BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
24 E
9


8.24.E.9

SERMONES
PER TOTVM ADVENTVM
AC
Quadrageſimam.

R. P. F. AVGVSTINI RIGHINI

Ferrarienſis Sacrę Theologię Magiſtri,& concionatoris ſua tempeſtate celeberrimi, inter Patres Fratres,& Seraphicę religionis Doctores Decanus.

AD VTILITATEM PVBLICAM DENVO IMPRESSI, Duplici indice digniora patefacientibus adeò ſplendidi.



VENETIIS,
Apud Horatium de Gobbis.
M D L X X X I.

AVGVSTINI ANGELERII
Nicien. Franciſc. Exaſticon.

Exiguus liber eſt (fateor) quem Lector in auras
Ire vides, miſſum, grata per ora virum.
Sed quid non claudit? claudit de ſentibus hauſta
Lilia, & altiſonis concelebrata modis.
Candida ſi ſerta exoptas, quò tempora cingas,
Ingredere hos hortos, lilia ſetra dabunt.

Eiuſdem Diſticon.

AVGVSTINVS adeſt Augens doctiſsima quæuis.
RIGHINVSq; Rigans dogmata ſacra virum.

ANAGRAMMA.

Auguſtinus Righinus.
His uſi ſurgunt gnaui.

Vim regnum patitur cœli, violentus & illud
Gnauus is eſt, ſic nam Di, voluere, rapit
His vſi cibis ſi SVRGVNT Righine GNAVI
Aetheris, his vſis regna ſuperna patent.

INTEGERRIMO PATRI, ARTIVMQVE, AC SACRAE THEOLOGIÆ EXIMIO DOCTORI, Auguſtino Ordinis Min. Conuentualium.

F. ALOYSIVS FINARDVS PATAVINVS eiusdem Ordinis, Perpetuam felicitatem.

SICVT nemini inficiari licet profe-
ctò,(integerrime Pater, doctiſsimeq;
vir) Sacrarum litterarum myſtica ar-
cana,miraq; ſancti Ieſu Chriſti Euan-
gelij præcepta apte, & diſtincte pro-
mere, maximum longeque difficile munus ſem-
per extitiſſe,& iugiter eſſe futurum; quod non illis,
qui in diuinis ſtudijs multum & diu fuerint verſati,
multumque olei conſumpſerint, dandum eſſe quiſ
que peritus ſcitè arbitratur: At ijs, quorum men-
tes, ac pectora diuino ſpiritu afflata vtique conſpi-
ciuntur. Ita inter alios, præſtantes, qui ingenij acri-
monia maximè pollentes, optimarum omnium di-
ſciplinarum inſignibus opido ornati, ſacrum Dei
Euangelium & prędicandi & interpretandi onus
vltro ſubire minimè ſunt veriti; non omnes ad vnũ
duntaxat Ferrarienſes ciues, te præſtantiſsimũ pa-
trem, ac virum & doctrina, & eloquentię vbertate
conſpicuum aſſerere audent; ſed totius terrarum
orbis incolę, Franciſcanorumque præcipuè cuncta

familia idem atteſtatur ac comprobatur. Quorum omnium ipſa minimus, cùm ſuperioribus diebus tuum in Euangelia, tum Aduentus, tum Quadrage ſimæ perpulchrum opus iterum ac ſæpius legiſſem; tua omnium rerum tam diuinarum, quam humana rum eximia perſpecta notitia ac ſcientia; quòd quẽ uis noſtrę Seraphicę Religionis tibi tam addictum, tam deditum, tamq; obſtrictum reddi cognoui, vt tantum tuæ magnitudini, ac virtuti omnes his tuis elucubrationibus debere exiſtimem quantum cui- que perſoluere eſſe difficile; nemini dubium eſſe cẽ ſeo. Ob id ijs litteris, vt ſaltem tibi cordis nitorem mei, omniumque Patrum optimę voluntatis ſignifi cem, quas ingentes poſſumus gratias, tibi pleno ore agimus; Atque abs te maiorem immodum peti mus, vt quam pro tuis ſtudijs ac laboribus, mẽtem, cor, & vitam dedicamus: velut ſummæ in te noſtræ iam conceptæ beneuolentię arratam, & pignus hi lari vultu ſuſcipias; eorum patrum, meiq; recordatus, qui & tibi, & tuis Neſtoris annos, & eos quidẽ perfelices plurimum precantur. Vale Franciſcanæ Religionis maximum decus; et proſpere age.

Patauij iij. idus Decembris M. D. LXXX.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, ET AMPLISSIMO S. R. E. DIACONO CARDINALI ESTENSI NVNCVPATO D. D. Aloyſio Ateſtino.

FR. AVGVSTINVS RIGHINVS FERRAR. Theologorum minimus. S. P. D.

NOSTI ingenium meum iam diu, Cardinalis Illuſtriſſime, quo pacto nemini à me honeſta petenti quicquam vnquam ſoleam denegare. Quamobrem cùm ſæpe, multumq; mecum egerint nonnulli diuini verbi præcones, atq; alii quamplures familiares mei, vt eorum ſermonum, quibus ego quadraginta perpetuis, & amplius annis in Chriſtianis concionibus meis vſus ſum in nobilioribus Italię vrbibus, exemplar aliquod ederem; Facile fuit id à me tot precibus impetrare, ꝙ ego, ſi mihi peringraueſcentem, & quaſi cadentem ætatem licuiſſet, vltro facturus eram. Aetati igitur meæ, nõ voluntati hæ frequentes efflagitationes vim intulere. Cùm igitur hæ quadrageſimales homiliæ in publicum exire geſtiāt vt tot præclaris viris rem gratā faciant; ſtatui illas tibi (Illuſtriſſime Princeps) dicare, hocq; non iniuria auſus ſum, primùm ea fretus animi mei fideliſſimi in vniuerſam nobiliſſimam Ateſtinā domum propenſione, quæ nõ modò, Franciſcanæ Religioni meæ, ſed toti orbi prope modū notiſſima eſt. Deinde, ꝙ cùm tu inter præcipuos S.R.E. Cardinales ſis, exiſtimaui ſpiritalē hunc cibum verbi Dei, tibi à me offerri potiſſimum decere, qui Religioni te totū penè puer tradidiſti, Si.n. mihi non de catholicæ, ortodoxæq; Religionis noſtræ concionibus liber edendus eſſet; ſed de ſeculi huius argumēto aliquo (vt de armis, req; bellica, aut de regni, rerumq; publicarum adminiſtratione) eos labores Illuſtriſſimo atq; Excellentiſſimo Alfonſo II. Ferrariæ Duci Fratri tuo Domino meo, hauddubiè nuncupaſſem, cui hęc atq; huiuſmodi multa ob ingenii eius admirabilē fælicitatem, & harum rerum magnam cognitionem merito accommodarentur. Quāobrem peto abs te maiorem in modū, vt ea qua Righinium tuum ſemper conſueuiſti vultus hilaritate excipere, hosquoq; fœtus ſpiritualium ſermonum editos ab effœtis iam viribus ſenis eiusdem, qui nonageſimum primum ætatis ſuæ annū iam agit, fouere tuæ ingentis auctoritatis calore digneris, vt ſuperſtites, ac vitales, hi mei ſint liberi, quamdiu.n. vixerint, tamdiu meæ in te obſeruantiæ teſtimonium poſteris erunt. Quòd ſi, vt ſpero, feceris, mihi animum addes, vt in aſſiduis meis ad Deū precibus (quæcunq; illæ ſint) principem locum obtineas. Vale, & conatus hoſce ſeniles, vt iuuenibus præclaræ indolis obſequar & proſim, boni cōſule. Deus faxit te quā diutiſſimè ſanum, ac voti compotem, quem maximè omniū & colo, & veneror. Datæ Ferrariæ. ix. Kalendas Octobris. M. D. LXXII.

CANDIDIS LECTORIBVS.

CVM ego ſępenumero tùm à iunioribus venerabilibus concionatoribus noſtris, tùm à quamplurimis amicis, atque domeſticis meis viris erudiſsimis rogatus fuerim, quid magni in Chriſtianis concionib. ab hinc triginta, aut quadraginta annos, inter recentiorē, quo nunc ferè omnes vtuntur, modo, & illum vetuſtum ſit diſcriminis, eorum precibus tandem victus ſum, vt eis breuius, & facilius, quo ad eius fieri poteſt, tùm modum, tùm ordinem, quo in huiuſmodi exercitatione, quadraginta abhinc annis vtebar, explicem, & eorum exemplum aliquod præbeam. Verum enimuero vt honeſtis eorum efflagitationibus quoquo modo ſatisfacerem, me maxima mentis cura ſollicitum fuiſſe inficiari non poſſum. Cum iam nonageſimum primum, ætatis meæ annum agam, ſitq; propterea hoc tē pore ingenium meum imbecillius redditum, & ſpiritus hebetiores, nam omnia fert ætas, animus quoq;. Preterea id me magis, magisq́; ſolicitat, quòd fortaſsis hæ veterum in morem conciones noſtræ ab erudiſsimorum, ſubtiliſsimorumq́; huiuſcæ tempeſtatis concionatorum pulcherrimis inuentionibus, prudentiſsimis diſpoſitionibus, elegantiſsimisq́; elocutionibus multùm diſtant. Quippè qui hunc meum veterem concionandi ordinem perſpicientes, eum fortè aſpernabuntur. Qui tamen ſi ſatis animaduerterint, me excuſatione dignum fore cenſebunt, cum hanc prouinciā iam ſenex capularis ſuſceperim, vt amicis morem geram, non vt eruditiſsimos huius temporis viros erudiam, neque gloriolæ inanis gratia, ſeptuaginta duobus abhinc annis, vbi primùm religionem ingreſſus ſum, à me prorſus abiectę; neq; vt nouam, & inauditam afferam doctrinam; cum nihil ſit iam dictum, quod nón dictū ſit prius. En igitur, (ò lectores candidiſsimi) ſermones illi, quibus ego tot annis, in præcipuis Italiæ præclaris, quibusq́; vrbibus non ſemel, ſed bis, quadraginta ſacri ieiunij diebus, pro I E S V CHRISTI fide tu[illegible]enda, & augenda, pro ſacroſancta matre eccleſia extollenda, proq́; hereſibus euellendis inſudaui. Sed duabus de cauſis hanc editionem valde ægre fero. primùm ne fortaſſe vobis ſatisfaciam, at hæc vna mihi conſolatio occurrit, quòd ſaltem vobis non meros flores, ſed fructus quoq́ue vberrimos, cōpendioſamq́, doctrinam, non prolixas homelias propono. Deinde quoniā ego meis concionatoribus ſermones duntaxat mutos nunc largior: ſed illam vocis, vultus, geſtus moderationem cum venuſtate, quam pronuntiationem appellant, quamq; mihi fęlicem admodum Dęi

Opt.

Opt.Max. munere fuiſſe fateor illis inſpirare nequeo,qua uiuæ uo cis energia, cum bonis lateribus orabam, docere, delectare, & commouere ſolitus eram. Reliquum eſt ut uos æquiſſimi lectores ex animo rogē ne miremini, ſermonū noſtrorū ordinē interdū immutari. Quādoquidem operæ pretium fuit,quò amicis,& familiaribus ſatisfaciam, ut uarium illum ueterem concionandi modum, non eo quo nunc utimur, hoc libello in lucem denuo reuocarem. Ne uerò ordinem ignoretis, ſcitote tres ſermones Dominicę Septuageſimæ,Sexageſimæ,ac Quinquageſimę materiā tantum pertractare, reliquos autem omnes totius ferè Quadrageſimæ ſermones, præter ſextam feriam, vſq; ad diem feſtum tertium ſanctę Paſc.(excepto ſermone ſolemni Dominicæ Reſurrectionis)textus euangeliorum ſimul ac materiam ab ipſis depromptam declarare. Singulis autem diebus Sabbati præmiſſa euangelii declaratione: De Beata Virgine ſermones haberi, quod propter multorum ſummam erga uirginem deuotionem factum eſt. Vos ergo hos meos ſermones,paruula munuſcula, quos lęto uultu, hilariq; animo ego uobis elargior, eodem ſuſcipite, & eos attentè perlegere ne dignemini, nam illos inutiles prorſus uobis minimè fore confido, cum grano terendo potius quàm palearum pompæ animum in hiſce ſermonibus adiecerim, rebusq; duntaxat, non uerborum elegantiæ ſtuduerim, nam(ut uetus eſt uerbum.)

Ornari res ipſa negat, contenta doceri.

Valete.

SERMONES FRATRIS AVGVSTI RIGHINI DE FERRARIA ORDINIS MINORVM CONVENTVALIVM DE ADVENTV, & per totam Quadrageſimam fęliciter incipiunt.

AD SVOS FRATRES.

QVoniam non ſolū nobis nati ſumus, ſed Patriæ et amicis, quorum commodis periude ac noſtris cōſulere debemus, ea propter, cum Seraphica mea Religio anuis ab hinc fer me quadragintaquatuor in hodiernum vſq; diem Pentecoſtes anno ab incarnatione Domini M.D.XLIIII. Me ab adoleſceutia enutrierit; Cumq́; itidem huiuſce preſcripti temporis annos triginta in celebrioribus, Italiæ vrbibus Dei tamen opitulante gratia, ſine qua nihil validum, aſſiduis concionibus, ſacraq́; Doctrina Chriſtum populorum ſuorum animis in inſerendo contrinerim, quo ſuperiorum meorum, (quorū iuſſis nunq; repugnaui nec rebellis extiti) decretis moregererem. Iccirco quo partim præfatam Religionem, poſteris meis me non inutiliter aluiſſe, ac etiam in hac non in glorium vixiſſe oſtenderem, partim etiam quo diſcipulorum meorum iuſtis præſertim poſtulationibus (quas apud me diutius inanes videri non paſſus ſum) ſi non ex toto, aliqua ſaltem ex parte ſatisfacerem, partim quoq; vt illos (qui poſt me erunt in poſterioribus ſęculis) ad ſimile peragendum incitarem, extimularēq; ac partim deniq; vt omnibus innoteſceret his triginta ſuperius ſcriptis annis quibus nam armis cum dęmone fallacia callido, in certamen exierim, quo quidem in negotio, non dicam quanta cum laude (quàm ego adeo non ſpectaui, vt nec a lmiſerim) ſed certe magno cum fructu cum plures quadrageſimas abſolui, duas etenim Venetiis, duas Pataiui, Mediolani itidē duas, Genuæ duas quoq;, necnō & Cremonæ duas. ac duas deniq; Bononiæ, alias Inſuper et Neapoli, Romæ, Sęnis, Lucæ, Parmæ, Placentiæ, Brixiæ, Veronæ, Vincentiæ, Piſauri, Ceſenæ, ac de Imulæ, aliiſq́; multis in locis, hos de Aduentu ſermones, vna cum ipſo Quadrageſimali ſubſtantialiter in vnum redegi; Me ſemper tamen literati cuiuſcunq; viri et iuditio, & caſtigationi, tam in ſermonum materiis, q̄ in orthographiæ ratione ſubiiciens, ardentiſſimis itaq́; votis obſecro humani generis reparatorē, vt quemadmodum mihi reliquere hæc laborum meorum monumenta (eo pacto quo vſus hac mea tempeſtate concionandi modum admittebat, ędita) inſpirauerit; ita etiam in mentes omnium diuino quodam ſpiritu eandem gratiam (quam mihi, dum laborioſiſſimis Concionibus in iam prænominato tempore ſpiritualia ſeminarem, elargiri dignatus eſt) iniiciat atq; infundat.

HAEC EST TABVLA SERMONVM PER TOTAM QVADRAGESIMAM.

Dominica ſeptuageſimæ De fide. Primum punctum Quid ſit fides. Secundum, An opera bona ſint neceſſaria ad ſalutẽ. Tertium, Quod meritum dabit nobis Deus credentibus, & ſeruantibus mandata eius. Car.1

Dominica ſexageſimæ. De neceſitate ſpei. Primum punctum. An uiatori ſpes ſit neceſſaria ad ſalutem. Secundum, An in ſolo Deo, & non in alia creatura ſpes ſit ponenda. Tertiũ, An ſola beatitudo ſit ſperanda. 4

Dominica Quinquageſimæ. De charitate Primum punctum quid ſit charitas. Secundum. An ſit uirtus diſtincta, & neceſſaria ad ſalutem. Tertium An in præcepto de dilectione proximi intelligantur Chriſtus Virgo, & Angeli, Quartum Cui comparanda eſt charitas. 6

Feria quarta cinerum, pręmiſſa declaratione euangelii De conſcientia. Primum punctum. Quid ſit conſcientia. Secundum. Quod officium habeat conſcientia, Tertium. Quotuplex eſt conſcientia: Quartum. Qua aqua ſit lauanda conſcientia. 8

Feria quinta cinerum, præmiſſa declaratione euangelii. De conuerſione. Primum punctum. Quid ſit conuerſio? Secundum. Quare gaudent Angeli de conuerſione peccatoris. Tertiũ, An differens conuerſionem ſaluetur. 11

Feria ſexta cinerum, præmiſſa declaratione euangelii. De Dilectione inimicorum. Primum punctum Quid ſit inimicus. Secundum. Quo tuplex eſt Tertium. Qualis eſt peior inimicus. Quartum. Quomodo debemus diligere, & non diligere inimicum. 14

Sabbato primo quadrageſſimę De Conceptione Beatæ Marię Virginis. Primum punctum. Quid ſit conceptio uiginis Mariæ. Secundum. Quomodo cognoſcitur Virgo eſſe immunis per declarationes doctiſſimorum doctorum & patrum. Tertium. Quomodo clarè habetur Mariam eſſe ſine peccato. 17

Dominica prima quadrageſimę, præmiſſa declaratione euangelii. De Peccato Primum pũctum Quid ſit peccatũ Secundum. Quot modis homo dicatur eſſe in peccato. Tertium. An exiſtens in peccato poſſit mereti. Quartum. Quare Peccator ſit tam negligens ad reſurgendum a peccato. 18

Feria ſecũda poſt primã Dominicam, præmiſſa declatatione Euangelii. De Iudicio uniuerſali. Primum pũctum Quid ſit Iudicium uniuerſale, Secundum. Quod modis probetur reſurrectio corporum in iudicio, Tertium. Qualis ordo erit ĩ iudicio. Quartum. Quãdo erit iudicium uniuerſale 21

Feria 3. poſt primam Dominicam, præmiſſa declaratione euangelii. De Timore Dei. Primum pũctum; Quomodo debeamus Deũ timere. Secundum. An quis teneatur obſeruare ea quæ promiſit, ex timore humano. Tertium. An bona facta ex timore ſeruili, ſut euitemus pœnam inferni,

proſiut. Quartum. Vnde eſt quòd in nobis ſit tam paucus timor Dei. 24

Feria.4. poſt primam Dominicam, præmiſſa declaratioue euangelii. De pœnitentia. Primum punctum, Quid ſit penitentia. Secundum. Ad quid requiritur iſta pœniteutia. Tertium. An ſemper oporteat dolere. Quartũ quanta triſtitia debeat eſſe in pœnitentia. 27

Feria.5. poſt primam Dominicam, præmiſſa declaratioue euangelii. De Gratia Dei primum punctum Quid ſit gratia Dei Secundum, Au quis ſine gratia Dei poſſi ſurgere a peccato. Tertium An ſine gratia Dei poſſit quis mereri paradiſum Quartum. An ſine gratia Dei poſſiut acquiri virtutes. Quintum. Quomodo acquiratur gratia Dei. 25.

Feria 6. poſt primam Dominicam, præmiſſa euangelii declaratione De Piſciua.i. De lotione peccatorum. Primum punctum. An infirmus a ſe ipſo poſſit ſelauare & lauando ſe ſanare. Secundum. An iufirmus per iſtam lotionem recuperet ſanitatem primam. Tertium. An iſta lotio, vel aqua ſanet quamcunque grauem infirmitatem. Quartum An infirmus ſit certus lauando ſe ſanari, Quintum. Quomodo ſit facta iſta piſcina in qua ſauantur infirmi. 32

Sabbato ſecundo Quadrageſimæ. De Natiuitate Virginis Mariæ. Primum punctum. An Deus potuerit facere Virginem diguiorem quam fecit. Secundum. An Virgo potuerit peccare. Tertium An Virgo plus valeat apud Deum, quam omnes ſancti. 34

Dominica ſecunda quadrageſimæ, præmiſſa declaratione euangelii. De Beatitudine. Primum punctum. Quid ſit beatitudo. Secundum. An animæ ſint æqualiter beatæ. Tertium Quomodo creaturę velint beatificari. Quartum. Quare difficulter Chriſtiani ſaluentur. 36

Feria 2. poſt ſecundam Dom. præmiſſa declaratione Euangelii. De contemptu mundi. Primum punctum. Quare homo tam nobilis non poſſit eſſe beatus, in hoc mundo Secundum. Quæ ſint mouentia hominem ad fugiendum hunc mundum, vel patriam. Tertium. Quare homo in hoc mundo eo magis, delectetur, quam paradiſo. 38

Feria 3. poſt. ſecunda Dom. præmiſſa declaratione euangelii. De gloria vana. Primum punctum. Quid ſit Gloria vana, et quomodo manifeſtetur. Secundum An voleus quòd opera ſua ſint mauifeſta, peccet. Tertium. Cui debeatur gloria in hoc mũdo. Quartum. Quot ſint geuera quærentium vanam gloriam ſub ſpecie boni. 41

Feria. 4. poſt. ſecundam Dom. præmiſſa declaratione euangelii. De amore erga Deum. Primum punctum. An homo poſſit ſe excuſare quod non diligat creatorem ſuum. Secundum. An homo poſſit perfectè diligere creatorem ſuum. Tertium. Quare homo debeat diligere creatorem ſuum. Quartum. Quo modo debeat diligere ſuum creatorem. 43

Feria 5. poſt Secundam Dom. præmiſſa declaratioue euangelii. De Aua-

Auaritia.Primum punctum.Si pauper Lazarus beatus,gaudeat de auaro damnato. Secundum. Quomodo Auarus peccet in diuitiis. Tertium. Quare diuitiæ non ſatient diuites auaros.Quartum.Quis facilius ſaluetur pauper,an diues. 46
Feria.6.poſt ſecundam Dom. præmiſſa declaratione euangelii. De libero Arbitrio.Primum Punctum. Quid ſit liberum arbitrium. Secundum. An homo ſit adeo liber vt poſſit bene vel male agere. Tertium. An liberum Arbitrium poſſit cogi. Quartum. An dignius eſſet homini habere liberum arbitrium ad bonum tantum, & non ad malum.Quintum punctum. Quare ſi homo eſt liber;magis ad malum, quam ad bonum tendat. 48
Sabbato 3.Quadrageſimę.De Purificatione Verginis Mariæ.Primum punctum, Vtrum fuerit verum matrimonium inter Mariam, & Ioſeph. Secundum quare Deus ordinauit illam legem purificationis.Tertium. Vtrum Maria debuiſſet obſeruare legem Purificationis, quia non peccauit. 51
Domi.3.Quadrageſimæ præmiſſa declaratione euangelii.De verbo dei.Primũ punctum. Vtrum ſine verbo dei homo poſſit Deum cognoſcere. Secundum.Vtrum verbum Dei ſit maioris ponderis corpore Chriſti. Tertium. Vtrum ad verbum Dei teneamur ſub pœna peccati mortalis. Quartum. Qua pœna puniantur non audientes verbum Dei. 52
Feria. 2.poſt. tertiam Dom. præmiſſa declaratione euangelii. De patientia.Primum punctum. Quid ſit patientia.Secundum.An ſit virtus perfecta, neceſſaria.Tertium. An patiens in hoc mundo ſit certus ſaluari.Quartum. An ſempre homo debeat eſſe patiens. 55
Feria 3. poſt tertiam. Dominica præmiſſa declaratione Euangelii. De correctione fraterna.Primum punctum. Quid ſit Correctio fraterna. Secundum. An ſit præceptum vniuerſale. Tertium. An ſubditus poſſit corrigere ſuperriorem.Quartum. An peccator poſſit corrigere peccatorem. 57
*Feria. 4. poſt tertiam Dominica præmiſſa declaratione Euangelii De honore parentum. Primum punctum, Quare pater ſit honorandus. Secundum. An inobedientes ſint in ſtatu damnationis. Tertium. Quare inobedientia ſi tam grauę peccatũ.Quartũ qua pęna puniantur inobediẽtes.*61
Feria 5. poſt tertiam Dominica præmiſſa declaratione euangelii. De oratione. Primum punctum, An quilibet chriſtianus teneatur pro alio orare ſub pęna peccati. Secundum, An exiſtens in peccato mortali poſſit pro alio orare. Tertium, An ſacerdos poſſit applicare meritum Miſſæ. Quartum, An ſancti orent pro nobis. 64
Feria 6. poſt tertiam Dominica præmiſſa declaratione euangelii De Indulgentiis. Primum punctum. Quid ſit indulgentia. Secundum, An Papa poſſit dare Indulgentias liberando animas peccatorum uiuentium a Purgatorio. Tertium, Quantum valeant iſtæ Indulgentię.

Quartum, An proſint defunctis. quintum. Quot cauſæ concurrant ad hocquòd ſint veræ. Sextum, Quot conditiones debeat habere Chriſtianus ad hoc. vt poſſit accipere Indulgentias. 65

Sabbato 4. quadrageſimæ, De Annunciatione. Primum punctum. An fuerit verum matrimonium inter Mariam, & Ioſeph. Secundum. De qua materia formatum fuit corpus Chriſti. Tertium. Quomodo Pater miſerit Filium in vterum Virginis. Quartum, Quare Chriſtus factus ſit homo. Quintum, An fuerit congruum mittere Angelum, Sextum. De quo ordine fuerit Angelus. Septimum, In qua forma apparuerit. Octauum, An Maria meruerit eſſe mater Chriſti. 67

Dominica 4. quadrageſimę, præmiſſa declaratione euangelii. De confeſſione, primum punctum. Quid ſit Confeſſio. Secundum, An pœnitens debeat quamcuque pęnitentiam acceptare. Tertium, An pęnitentia recidiuantis ſit ſatisfactoria, Quartum. An nolens abſtinere a peccato ſatisfaciat. Quintum, Quare Confeſio debeat cito fieri. 69

Fer. 2. poſt 4. dom. quadrageſimæ præmiſſa declaratione euangelii. De eadem confeſſione. Primum punctum, An non confitentes in lege naturę, & ſcripturæ eſſent ſalui, Secundum, Quare confeſſio vocalis in lege gratiæ ſit neceſſaria. Tertium, An confeſſio ſit neceſſaria immediatè poſt peccatum. Quartum, An confitētes ſint in charitate. 71

Fer. 3. poſt 4. dom. præmiſſa declaratione euangelii. De Iudicio temerario. Primum punctum, Quid ſit iudicium temerarium. Secundum, Quot modis ſit mortale. Tertium. Quare ſit peccatum mortale, quartum. Vnde oriatur iudicium temerarium. 75

Fer. 4. poſt. 4. dom. præmiſſa declaratione euangelii. De Liberalitate erga pauperes. s. eleemoſina. Primum punctum, Quid ſit eleemoſina. ſecundum. Quis poſſit facere elemoſinam. Tertium, An liceat de male ablato fieri eleemoſinam, Quartum, Quomodo debeat eſſe eleemoſina. 76

Fer. 5. poſt 4. dom. pręmiſſa declaratione euangelii. De ſuffragiis mortuorum. Primum punctum, Quomodo eccleſia probet Purgatorim, contra negantes ipſum, Secundum An oblatio facta pro vno tantum, ſibi tantum proſit vel omnibus in Purgatorio. Tertium. Quot modis poſſimus opem ferre animabus exiſtentibus in Purgatorio. Quartum, De quibus conquerantur animę exiſtentes in Purgatorio. 78

Fer. 6. poſt 4. dom. Præmiſſa declaratione euangelii. De Morte. Primum punctum, Quid ſit Mors. Secundum, Si mors ſit pœna peccati primorum parentum. Tertium, Vnde cauſam habeat Mors. Quartum, quare mortui non ſint flendi, Quintum, Quare homines tantum timeant morte. 80

Sabbato 5. quadrageſimæ De Incarnatione Chriſti in Virgine, Primum pun-

punctum, Quomodo Trinitas miſerit filium Dei in vterum Virginis. Secundum, Quomodo poſſit probari poſſibilitas Incarnationis in vtero Virginis. Tertium, An per iſtam Incarnationem homo debuerit ſaluari. Quartum, Quare per iſtam Incarnationem Natura Humana, & non Angelica ſit liberata. Quintum quare nomen Mariæ Virginis, conſiſtat in quinque literis. 87

Dom. 5. quad. præmiſſa declaratione euangelii. De numero ſaluandorum. Primum punctum, An numerus damnatorum ſit maior electorum. Secundum, An in Inferno ſit ignis materialis. Tertium An damnati cognoſcant eſſe noſtrum. Quartum. Qualis pœna ſit maior, hominis, An Diaboli. Quintum, Quare iſta ciuitatis ſit potius damnata quam beata. 88

Fer. 2. poſt 5. dom. de ſuperbia. Primum punctum, An peccatum primorum parentum fuerit Superbia, Secundum. Quis eorum magis peccauerit in ſuperbia. Tertium, Quare ſuperbia ſit peccatum graue, Quartum, Vnde oriatur ſuperbia. 91

Fer. 3. poſt 5. dom. de Amore Dei ad hominem. Primum punctum Quomodo conoſcatur ingratitudo hominis erga Deum. Secundum. Quomodo cognoſcatur amor Dei & hominis. 94

Fer. 4. poſt. 5. dom. De Blaſphemia. Primum punctum. Quid ſit Blaſphemia Secundum, An ſit remiſſibilis. Tertium, An Blaſphemia ſit grauius peccatum quam homicidium. Quartum. Quomodo blaſphemus debeat. puniri. 97

Fer. 5. poſt. 5. dom. de Conuerſione Magdalenæ, Primum punctum, Quomodo cõuerſio Magdalenæ fuerit poſſibilis. Secundum, An Deus dilexerit Magdalenam magis poſt peccatum, quam ante. Tertium, Quare peccatum Magdalenæ fuerit tã graue, Quartum, A quib. cauſis orta ſit ruina Magdalenæ. 100

Fer. 6. poſt. 5. dom. De Reſtituitione. Primum punctum, Quomodo teneatur damnificans animam. Secundum. Quomodo damnificans corpus. Tertium, Quomodo damnificans honorem. Quartum, Quomodo damnificans ſubſtantiam. 102

Sabbato ſexto quadrageſimæ. De Maternitate Virginis, Primum Punctum, Quomodo poſſit probari maternitas Virginis. Secundum. Quomodo Virgo ſe habuerit in filium in tali myſterio. Tertium Quare Chriſtus voluerit matrem eſſe Virginem. Quartum. An Virgo Maria dilexerit filium ſuum magis, quam aliæ matres. 104

Dominica Palmarum De Fide. Primũ punctum quomodo probetur fides Chriſti eſſe vera, & Chriſtus eſſe filius Dei. Secundum. Quid teneatur. Chriſtianus credere, & ſcire ad hoc ut ſaluus fiat. Tertiũ Quomodo Deus puniat ciuitates nõ credentes Chriſtum eſſe filium Dei. 106

Feria 2. Dom. Palmarum De ſacramento. Primum punctum. Quid ſit ſacramentum in genere. Secundum. Quot ſint ſacramenta. Tertium. Quot ſint uirtutes ſacramentorum. Quartum. Quando ſacramenta nouæ legis

legis fuerint inſtituta. 108

Fer. 3. poſt Dom. Palmarum De ſacramento eucharistię. Primum punctum. Quomodo probatur poſſibilitas corporis Christi, exiſtentis in hoſtia conſecrata. Secundum. Quot conditiones debeat habere Sacerdos qui conficit ſacramentum. Tertium Quid ſignificent illę tres partes hoſtię conſecratæ. Quartum Quarè aſſumantur a ſacerdote illæ tres partes hoſtiæ conſecratę. Quintum. Quare non poſſimus videre corpus Chriſti in carne, & in ſanguine. 110

Feria. 4. poſt Dom. Palmarum De Communione. Primum punctum. Quo tempore debet pęnitens accipere corpus Chriſti ſ. communionem. Secundum. An contritus, & non confeſſus poſſit accipere communionem. Tertium. An ſacerdos ſuſpecto debeat dare communionem. Quartum. Quot ſint genera accedentium ad communionem bene, & male. Quintum quot cōditiones debeat habere ille, qui vadit ad communionem. 113

Feria 6. in Paraſceue De Paſſione Chriſti. Primum myſterium. Vtrum fuerit neceſſarium Chriſto mori pro ſalute humani generis. Secundum myſterium. Vtrum Deus potuerit aliter redimere naturām humanam, quam per mortem filii ſui. Tertium. Myſterium. Vtrum Adam (quia cauſa fuit ruinæ) potuerit reparare humanam naturam. Quartū Myſterium Quot modis cognoſcatur vtilitas paſſionis Chriſti. 115

In Die ſancto Paſc. De Reſurrectione Chriſti, præmiſſa declaratione Euangelii. Primum Punctum. Quare fuerit neceſſarium Chriſtum reſurgere a mortuis. Secundum ſi Chriſtus diſtuliſſet reſurgere vſque in diem Iudicii, an corpus ſuum fuiſſet putrefactum. Tertium. An Chriſtus ſtatim poſt reſurrectionem introduxerit animas ſanctorum Patrum in cælum. Quartum. Quare diſcipuli non viderint eum reſurgere. Quintum. Quare Chriſtus prius apparuerit Virgini poſt ſuam reſurrectionem. 117

Feria 2. Paſc. De Victoria reſurrectionis Chriſti. Primum punctum. De Victoria quantum ad ſe ipſum. Secundum. De Victoria quantum ad nos. Tertium De victoria quantum ad Patres. Quartum de Victoria quantum ad electos. 119

Feria. 3. Paſc. De virtutibus Theologicis. ſ. De fide. De ſpe, De charitate. De virtutibus cardinalibus. ſ. de prudentia, De temperantia, De fortitudine & de iuſtitia.

FINIS.

INDEX
COPIOSVS EORVM
OMNIVM, QVAE IN
VOLVMINE CONTINENTVR.

Adoratio quid ſit. 27.1
Adoratio triplex. 27.2
Adorationis modus 28.1
adorationis tempus 28.2
adoratio magorum perfecta 27.1
angelus quomodo loquatur 24.3
acceptator perſonarum duobus modis. 16 2.
an liceat ſe exponere morti 15.2
animæ tres manſiones 10.3
actus dilectionis dei dupliciter conſideratur 10.1
angeli nō fuerunt beati à principio creationis 7.2
Auguſtinus ferrarienſis optimus concionator 134.1
aduentus Chriſti tripliciter conſideratur 118 4
Angelus cur animę in cuſtodiam detur. 96. 2
anima multis modis peccat. 96.1
animę conditiones contra philoſophos 96. 1
anima quid ſit oppiniones multæ. 95.4
amor dei quomodo cognoſcitur. 95.4
adæ peccatum quale. 93.2
appetitus duplex 93.1
amor ordinatus,& in ordinatus. 91.3
Angelus cur non fuerit redemptus. 88.1
Angelus nobilior homine. 88 1
anima in Purgatorio de multis conqueritur. 83.2
anima immortalis. 68.3
ad mortem quatuor præcedunt. 23.1
ad uentus Chriſti triplex. 21.3
appetitus hominis quor. 39.4
Arca Noe ſpiritualis 49.2
audit quis tribus modis. 39.2
animæ tres potentiæ. 37.2
adoratio triplex. 30.2
adulator tria facit. 15.4
angeli gaudent de conuerſione peccatoris. 13.2
agricolæ uineæ qui. 48.3
auari tres ſunt partes. 47.4
appetere diuitias an bonum 47.3
anima ſeperata quomodo loquatur. 46.4
Angeli quomodo portant animas. 46.3.
amores mundi ſeptem. 45.3
anna habuit tres uiros. 44.1
appetere dignitatem an peccatum. 43.3
anima Chriſti ſcit omnia. 73.4
ambitio prohibetur. 41.4
aduentus Chriſti dupliciter conſideratur. 30.1
angeli tribus modis mittuntur. 69.3
angeli nomen. 69.3
angelorum hierarchiæ. 69.2
argumenta hęreticorum contra indulgẽtias. 65.4
angeli poſſunt conſiderari dupliciter. 7.4
arbor uineæ Eccleſiæ eſt fides. 3.4
ad quid uocat Deus operarios. 1.1
Adam,& Eua debitores magni. 101.2
apoſtoli ſimiles ſerpenti. 132.4
amor triplex. 132.2
animas introire in cœlum dupliciter intelligitur. 126.4
agni paſchalis commeſtio. 121.1
aliud eſt uincere demonem aliud ei reſiſtere. 99.4

B

Blaſphemia triplex. 98.4
Blaſphemiæ deffinitio. 99.1
Blaſphemia omnium peccatorum grauiſſima. 99.1
Blaſphemia maius peccatum omicidio. 99. 3.
Blaſphemia quare eſt grauiſſimum peccatum. 90.4.
Baptiſmus quid 112.2
Baptiſmus triplex. 112.2

Baptiſmi materia,& forma. 112.3
baptiſmi partes eſſentiales. 112.3
Baptiſmi beneficia quinque. 111.4
beatitudo non eſt nobis nota. 5.2
beati non ſitiunt. 64.4
bulla Papalis quomodo voleat. 66.3
biſſus quid 46.2
beatitudo quid ſit. 37.2
beatitudo in qua potentia animæ. 37.3
beneficia à parentibus tradita. 61.3
baptiſmi partes non eſſentiales. 112.3
baptiſmi miniſter. 112.3
baptiſmus quare in aqua. 112.4
baptiſmi aqua à tribus mundat. 112.4
baptiſmi res,& ſacramentum. 112.4
bona matrimonij. 116.4
beneficia volũtatis deo cõformatę. 10.4
baptiſmus quando incæperit. 22.1
baptiſmi quatuor tempora. 22.1
baptiſmus circunciſione nobilior. 21.4

C

Chriſti commendationes 18.3
Circunciſionis tempus. 20.1
circunciſio multiplex. 20.1
circunciſio Habraæ quare data ſit. 20.2
circunciſionis inſtrumentum. 20.2
circunciſionis inſtitutio. 20.2
circunciſio quare maſculis, & non feminis detur. 20.3
circunciſionis tempus octo dierum. 20.3
circonciſionis dies ſignificationem habet. 20.4
circunciſio ſpiritualis que. 21.1
circunciſionis ſpiritualis fructus. 21.1
circunciſio ſupernaturalis quę. 21.2
Chriſtus quare circuncidi uoluit. 21.3
circunciſio baptiſmo euacuatur. 21.4
circunciſio,& alia legalia quantum durauerint. 22.1
circunciſionis quatuor tempora. 22.2
circũciſionis,& baptiſmi differẽtia. 22.3
circunciſio uſquequo licita. 22.3
Chriſt' an habuerit angelũ cuſtodẽ. 24.1
Chriſtus qua adoratione adoratur. 27.3
Chriſtus habuit triplex uelle. 122.2
Chriſtus a quatuor condennatus. 124.2
Chriſtus quinquies fuit in periculo mortis. 124.3
Chriſtus in triduo an fuerit homo. 127.2
Chriſtus in reſurectone apparuit primo matri. 127.4
Chriſtus in limbo quõ fuerit. 128.3
Chriſtus duas naturas dicit. 128.3
Chriſtus non fuit totus in limbo. 128.3
credere deum, deo, & in deo diſcrimen. 131.3
charitas duplicẽ amorem claudit. 132.1
charitas quid ſit. 132.2
charitas triplex. 132.2
Chriſtus ubique medium ſeruauit. 133.1
cauſa peccati quę. 102.1
cauſa peccati triplex. 102.2
conuerſio dupliciter conſideratur. 102.2
conuerſio Magdalenæ miraculoſa. 102.2
Chriſtus prędicauit oẽs uirtutes. 108.3
Chriſtus deus probatur. 108.4
Circunciſionis fructus: 111.1
Chriſti medici quinque dignitates. 111.1
cognitio triplex. 2.1
cauſæ iuſtificationis quatuor. 2.3
certitudo duplex. 5.1
charitas,& gratia nõ differũt inter ſe. 6.2
charitas dupliciter dicitur. 6.3
charitas ad quatuor comparari poteſt,& quadrupliciter diffiniti. 6.3
charitas ad ſalutem neceſſariam 7.2
Chriſtus dupliciter põt conſiderari. 7.3
charitas comparatur auro. 8.2
caput, & facies propter quid lauentur. 9.3
conſcientiæ diffinitio. 10.2
conſcientiæ officia. 10.4
chriſtiani quare eccleſia,& non ſinagoga uocentur. 62.3
Chriſtus ſine precibus non ſanat. 2.3
Chriſtus quare ſanabat tactu, & uerbo. 62.4
Chriſtus orat pronobis. 63.4
Chriſtus habuit uitam ſocialem. 64.2
coffini apoſtolorum qui. 70,4
chananea laudatur a Chriſto. 30.2
chathedra moiſi quid ſit. 41.2
Chriſtus uult apoſtolos ſeruare legem Moiſi. 41.2
Chriſtus quare paſſionem diſcipulis cõmunicauit. 43.4
Chriſtus quare filius hominis. 43.4
calix in ſcriptura quid 44.2
cognitio dei triplex. 44.4
cadere ſuper lapidem quid. 48.4

corpora

corpora cęleſtia ſunt i dei volũtate. 24.1
ciuitas qũo dicitur commota. 24.4
cognitio hois ante peccatũ triplex. 54.1
Chriſtus propheta. 56.1
conſcientia multiplex. 10.4
cõſciẽtia debet lauari triplici aqua. 11.2
Chriſt⁹ venit ad nos duplici modo. 12.1
conuerſio quid ſit. 13.1
Chriſt⁹ quare Chananeę nõ rñdit. 30.1
Chriſtus audiri debet propter tria 37.1
creature beatificati volunt 37.4
Chriſtus quomodo querendus 38.4
Chriſtus eſt principium 39.2
concluſiones catholicę de libero arbitrio. 49.4
Chriſtus impeccabilis 52.1
Chriſtus præſentatus in templo 52.1
conceptiones quinque 17.1
conceptio diuina quid 17.1
conceptio angelica quid 17.1
conceptio humana quid 17.1
Chriſtus iudicabit ſub qua forma. 23.2
citatio hominum ad iudiciũ p quæ 23.3
confeſsiones confeſſores doctores requirunt. 61.2
conditiones ſpirituales matrimonis 61.2
chriſtianus cur deum orare debeat. 62.2
confeſsionis quid nominis 71.2
confeſsionis quid rei 71.2
confeſsionis ramiplex 71.2
confeſsionis materia 71.3
confeſſionis circunſtantiæ: 72.1
confeſsio duplex 74.1
confeſsionis ueritas 74.2
confeſsio cur ſacerdoti fiat 74.3
confeſsionis diſputatio 74.3
confeſsio inactu,& in habitu 74.4
confeſsio:reiterabilis quæ 75.6
caſus confeſsionem reiterantes 75.1
conciones vbi fiendę 75.3
circunciſio cuiprimo data 76.1
charitas triplex 58.3
corrigere quibus ſit opus 58.3
correctio fraterna quid 58.4
corrigere an ſit præceptũ vniuerſale. 59.1
correctio duplex. 59.1
correctionis fructus 59.3
Chriſt⁹ an habuerit angelũ cuſtodẽ. 87.4
creare mundum,& conuertere peccatorem quid maius. 100.3
Chriſtus commendit quinque generibus hominum. 100.4
confirmatio quid ſit. 112.4
chriſma quid 112.
confirmationis partes non eſſentiales. 113.1
cõfirmationis partes eſſentiales. 113.1
Chriſt⁹ qd intẽdebat i ultima cęna. 114.1
contritio quibus neceſſaria 114.4
confeſſio duplex 115.1
confeſſio quando fuit neceſſaria 115.1
caracter quid ſit 115.4
caracter inquibus ſacramentis reperiatur 115.4
caracter triplicẽ poteſtatẽ donat. 115.4
Chriſtus habuit oĩa ſacramenta. 116.1
coniunctonis carnalis gradus tres. 116.2
confeſeſsio auricularis neceſſaria ad ſalutem. 117.1
cõdictiones ſacerdotis,ut cõſecret. 118.3
creaturarum tres partes 119.3
condictiones ſuſcipientis Euchariſtia. 120.4
condictiones uirtutis Theologicæ tres. 6.3
Chriſtus uiator,& comprehenſor 7.1
Chriſtus illuminauit omnes. 13.2

D

Diſputatio de circunciſione,& de baptiſmo. 21.4
Dei duplex potentia 123.1
Differẽtia inter charitatẽ,&gratiã. 132.2
damma peccati. 102.3
diſcrime inter reſtitutionẽ & ſatisfactionem. 103.3
damnum proximi quadruplex. 103.3
diuerſi modi reſtitutionis. 104.9
deffinitionis fidei declaratio 1.2
deus amatur dupliciter a nobis. 4.3
Deus eſt uerus medicus. 5.4
Deus eſt abſconditis quomodo 9.4
diabolus in corpore humano cognoſcit deum. 62.4
demon aliter habitat in corpore humano quam in anima 62.4
diſputatio de incarnatione veibi ſi Adã non peccaſſet. 68.4
Deus mitit angelos tribus modis. 69.9
dans legem tenetur eam ſeruare. 41.1
doctor dicit actum uirtus ſum 41.4
dei nomina 45.4
dilectio dei duplex. 45.1
Deus quomodo diligendus 45.1
deus eſt immortalis 45.2
dannati ſunt ſerui inuidiæ. 46.1
diuitiæ an ſubiaceat homini vel deo 46.2

damnati an deum videat 46.3
deus deus vias oſtendit 47.1
deus non compatitur damnatis. 47.2
diuitiarum error quadruplex. 47.2
diuitias poſſidere modi tres 47.3
diuitiæ auaros non ſatiant 47.4
diuites non ſatiantur pecuniis. 47.4
diuitiæ ſunt cauſa dannationis. 48.2
diſtinctio Iudęorum. 48.3
demones vbicunq; ſunt', patiuntur ignē infernalem. 53.2
diſcordię in regno Iudæorum 53.2
digitus dei quid 53.3
dies iuditii quomodo proſcimus. 24.2
dies iuditii vicinus eſt paulo 24.2
deus vbique multis modis 24.3
deus intrat ad hos quomodo 24.3
deus flagellat bonos propter duo 24.3
diabolus vt creatura dei diligēdus. 26.2
deus vbique adoratur 25.1
dolor pęnitentiæ naſcimus 28.4
deus bonos tribulat quare 32.1
dotes corporis glorioſi 39.3
deorſum eſſe quid 39.1
de conſenſu matrimonii. 51.2
diaboli coniecturæ de Chriſto 19.2
de omiſſione correctionis fraternæ quid dicendum. 58.1
documenta in morte Lazari. 84.4
deus immortalitatem homini non debe-rit. 85.2
dominica paſſionis cur ſic dicta 88.4
de numero ſaluandorū,& dānatorū. 90.1
damnatorum triplex pęna 90.4
damnati an cognoſcant ſtatū ſuum. 90.4
differentia inter attentionē, & intentionem in ſacramentis. 113.4
dignitates ordinis 116.1
diſputatio de ueritate Meſſiæ 4.4
deus diligit nos amore cōcupiſcētię. 10.1
deus duodecim modis vocat nos ad cęlum. 10.2
de electione creaturarum 14.3
diſputare de fide an liceat 15.1
diuinæ uoluntatis ſigna. 16.1

E

Expoſitio alleluia: 127.4
Eccleſia eſt pupilla. 104.1
Edificium materiale quot requirat. 4.4
Edificium ſpirituale quot requirat. 4.4
Exterminare quid ſit 9.2
Epiſcopatum deſiderare an bonū. 41.4
Elemoſina quibus danda. 15.2
Elemoſina eſt opus pium 77.2
Elemoſinæ deffinitio 77.2
elemoſinæ comendatio. 77.2
elemoſina eſt opus meritoriū, & ſatisfactorium 77.3
eleemoſina quibus facienda 77.3
eleemoſina a quibus fit 77.3
eleemoſinæ conditiones 68.2
eſse de hoc mundo eſt tribus modis 39.1
entium quatuor genera 40.1
entia animata in triplici differentia 40.1
error de libero arbitrio, unde 50.1
eccleſia in trib' locis prędicari uult. 75.3
euchariſtiā quid ſit 113.2
euchariſtia unde dicta 113.2
euchareſtię partes eſſentiales 113.2
euchareſtiæ forma 114.1
euchareſtiæ ſacramentū & res. 114.2
extrema unctio quid ſit 115.2
extrema vnctio ſemel in eadem infirmitate. 115.3
euchariſtia quid 117.2
eccleſia eſt paradiſus 120.3
exiſtens in peccato nō operet bonū. 3.3
eſſe hominis duplicitas capi poteſt. 11.1
Figuræ reſurectionis Chriſti. 128.4
Fortitudo quid ſit. 133.2
Fortitudinis partes quatuor 133.2
famæ damno 104.3
fides quid ſit 107.4
fidei deffinitio 108.1
fides Chriſti probatur uera 108.1
filii iudæorum an ſint baptizandi inuitis parentibus. 109.2
fides quid ſit 1.1
filius quomodo producitur a patre. 1.3
filius multis modis dicitur & quare. 1.3
fides ſpes charitas qđ ſint ī uinea dei. 3.4
fines duplex. 5.2
forma dat eſse rei 6.1
finis duplex 6.4
finis naturæ humanæ quis 8.3
febris quid ſit 61.3
filateria quid 41.3
fimbriæ ſcribarum quid 41.3
fides centurionis vnde cauſatur 12.1
fides dicitur magna duplici modo. 12.3
fomes peccati quid 35.3
fomes non fuit in Virgine. 35.3
feſtum purificationis Virginis multis modis vocatur. 51.1
fructus ſtatus innocentie 117.2
filii an in omnibus debeat parentibus obedire

bedire 61.4
feſtum ſenophegiæ quid 75.3
fides ſine operib.ad ſaluté nõ ſuficit.95.3
fructus circunſionis ſpiritualis 11.1

G

Gratitudo hoïs i pricipio anni noui.19.4
Gabriel ſub qua forma uenerit ad Maria 63.9
gloria triplex 42.1
gloria quomodo manifeſtetur 42.2
gloria dei in omnibus querenda 42.3
gloria cui debetur in hoc mundo. 42.3
gloria eſt premium uirtutis 42.3
gloria queſt modis deteſtatur 43.2
gratia duplex: 30.4
gratiæ diffinitio 30.4
gratiæ neceſſitas 31.1
gratie aquiritur tripliciter 31.4
gratia duplex 117.1
generatio digrina quid ſit 1.3
gratia duplex. 134.3
gratiæ gratis datæ quæ 135.4
gaudiũ natiuitatis quib' anuntiatũ. 11.1
gaudium duplex. 7.1

H

Hieruſalem locus conueniens paſſionis Chriſti. 123.3
Herodes machinatus eſt motti Xpi.23.3
Hereſis Eluidii,& Neſtoris. 24.9
Herodes tres 15.2
homo poteſt dici deus dupliciter 98.3
Hieruſalem ruina unde 110.2
Horrida quæ euenerunt hieruſalẽ. 110.2
hipochritum quid eſt. 9.2
hipocritæ merces: 9.2
Homo quare deum diligere debeat. 45.2
habere bonũ hic,& in cęlo difficile.46.4
Hieruſalem a deo percuſsa propter quatuor peccatum 55.2
hipocritarũ paſſio & labor quotẽdat.57.1
homo qũo cognoſcit deũ in hic vita 2.2
hõ patientia uti nõ debet i quatuor.57.2
homo moriens in triplici bello 13.4
homo tribus tenetur 14.1
homo nõ poteſt beari in hoc mũdo.40.3
homicida ad quid teneatur 75.2
homo debuit ſaluari & redimi 87.4
homo an nobilior angelo 46.4
homo naturaliter eſt mendax 97.1
homo cõpoſitus ex aïa,&corpore.119.3
hõ an poſſit p ſe ſurgere a peccato. 2.3
hõ ſurgẽs a ſono peccati ſex facit. 3.3
hõ quanũo ſurgere debet a peccato. 4.1
hõ cito ſurgere debet a peccato 4.2
honor triplex ſiebit triũfãti antiqt'130.2

I

In omni tpe de' puidit ď remediis. 20.3
In oi lege remediũ pecti orignalis. 20.3
in circũciſione imponebãt nomina.21.4
Ieſus imſortat omnia nomina 21.4
Ieſus ſaluat nos tripliciter 23.1
Ioſeph in ſomnis inſtruitur 24.2
iudæorum tres ſolemnitates 125.2
iudæi an peccauerit occidẽdo Xpm.121.
indulgẽtia plenaria abſoluit omnẽ penã 124.1
in reſurectione liberati sũt patres.129.3
inferni quatuor loca 129.4
iuſtitia quid ſit 133.3
iuſtitia triplex. 133.3
iuſtitia diſtributiua quid 133.3
iuſtitia commutatiua quid 133.3
iuſtitia diſtributiua triplex. 133.4
iuſtificatio duplex. 2.3
in creatura ſperare quoq; debemus. 5.1
in deffinitione charitatis quatuor notanda. 6.4
in deffinitione ,poximi q̃tuor coligũt.7.3
ieiunium quotuplex eſt 8.4
ieiunium tribus modis eſt meritoriũ.9.1
ieiunium dupliciter conſideratur.. 9.1
ieiunium quibus eſt ordinatum 9.1
ieiunium de iure diuino 9.4
ieiunium principiũ ueræ penitentię.10.2
indulgentia quid ſit 65.2
indulgẽtia qd remittit in peccatore.65.3
indulgentia non delet culpam. 65.3
indulgentia non eſt ſimonia 66.2
indulgentia tria habet 66.2
indulgentiæ triplex reſpectus 66.3
indulgentiarum cauſæ 66.4
indulgentiarum condictiones. 67.1
incarnatio a patrib. poſtulata. 67.4
incarnatio uerbi qualiter facta 68.1
in incarnatione qnque cõſiderant. 68.1
incarnatio nõ dicit mutationẽ i ver.68.4
inopia ẽ occaſio furti,& meretricis.48.1
iudæi cognouerunt Chriſtum. 48.3
ira quid ſit. 56.2
Ieſus trãſiẽs p mediũ illorũ declarat.56.2
inimicos quare diligimus 14.2
inimicus quomodo benefaciendũ. 14.3
inimicus quis 15.3
inimicus duplex. 15.3
inimicus apertus duplex. 16.1
imagines ſunt adorandę. 25.1

ieiunius Chriſti quale 19.1
indicium uniuarſale quid. 22.1
inobedientia eſt graue peccatum. 61.4
ingratitudo vnde oriatur. 73.1
iudicium duplex. 76.3
iudicium temerarium quid 76.3
iudicium temerariũ quare malum. 76.4
iudicium temerariũ deo contrariũ. 75.2
iudicii temerarii nomina 75.2
incarnationis poſſibilitas probatur. 87.1
in inferno quis magis patiatur homo, an demon. 91.1
iuſtificatio quot requirat. 114.3
iuſtitiæ partes eſſentiales ſex. 133.4
inſpiratio dei excitat hominem 4.1
in æterna electione an unus altero præponatur. 14.1
ioannis uocatio. 15.3
ioannes uocatus ab æterno 16.4
innocentes an martirio meruerint ali quid 17.1
innocẽtes an fuerint ſtatim pmiati. 17.4

L

Laudare reuereri, glorificare honorare differunt. 27.2
legis præcepti 108.2
laici tenetur orare in diebus feſtiui ſub pœna peccati. 63.2
loculus quid ſit. 81.1
Lazarus mendicus quis 46.4
lux a deo. 46.4
liberum arbitrium quid 49.2
liberum arbitrium non poteſt cogi 50.2
laquei ſex diaboli. 21.1
leges quinque contra blaſphemos. 100.1
leges quatuor docentes viuere. 103.1
lapidem cadere ſuper aliquẽ quid. 48.4
laudantium deum tria genera 82.1
lignum quotuplex. 115.3
laicus nõ poteſt diſpenſare corpus Chriſtus. 118.4
liberati ſumus tripliciter. 11.2

M

Modus puniendi peccata. 18.2
Morbi curationes. 18.3
Miſſio verbi dei mirabiles. 19.1
Maria ſuſcepit uerbum. 19.1
Maria am meruerit eſſe matrẽ Xp̃i. 19.4
meriti triplex 19.3
Maria humilitate deo placuit. 19.4
Maria degniſſima omnium mulierũ. 45.1
modis generationis quatuor. 25.2
Magi cur munera Chriſto dederint. 28.4
mors Chriſti acerbior quacunq; morte. 123.2
mulieris circa reſurrectiõẽ qd fuerint. 125.2
Magdalena quatuor conſiderauit in ſui conuerſione. 102.2
Magdalenę ruina unde 102.4
Maria tribus dotibus dotata 105.3
Maria maternitas probatur 106.1
Mulier an actiue concurrat ad generatio nem 106.2
Maria virginitas probatur 106.4
Maria maiori dilectione dilexit Chriſtũ, quàm aliæ matres 106.4
Maria paſſa eſt propter filium 107.1
medium ſufficiens ad ſalutem 107.3
miſterium incarnationis 67.3
Maria actiue ſe habuit in conceptione uerbi 68.2
miſterium incarnationis ſecretum. 69.1
meritum triplex 69.4
miraculum tria requirit 81.2
mortui non ſunt flendi 81.1
Mariæ tres omnes filiæ Annæ. 44.1
martirum diſcipulorum 44.2
mors auari quę. 47.4
Moiſes fuit torcular vineę 48.2
multa inuerſione peccatoris. 13.2
merces triplex. 15.1
meritum congrui, & condigni. 31.2
Maria maiorem gratiam habere non potuit. 35.1
Mariæ gratia non erat infinita. 35.1
Mariæ dignitas. 35.2
Maria virgo ſuper omnes angelos. 35.4
moralitas uineæ. 50.4
matrimonium quid 51.1
matrimonium unde dicitur 51.3
matrimonium fuit inter Mariam, & Ioſeph. 51.3
mulieres parturiẽtes frangunt pręcepta legis. 51.4
modi quibus homo eſt inpeccato. 20.3
meritum triplex. 20.4
mea doctrina nõ eſt mea declaratur. 75.3
mal merentur temporaliter. 77.1
malæ acquiſita an ſuper eleemoſina ca dant. 68.1
malę acquiſita quæ 68.1
morienti utrum liceat quęrere aliquid de ſtatu futuro. 81.1.
miraculi condictio. 81.1
miſſæ vigor 81.4

mi ſſę

miſſæ oblatio quid, & quantum depęna auferat. 83.1
martæ uerba domine ſi fuiſſes hic quæ digna contineanr. 84.2
Magdalenæ tres dolores 84.3
mors multiplex 85.1
mors vnde dicta 85.1
mors an ſit pœna peccati 85.3
mors capitur dupliciter. 85.4
mortis cauſæ quatur 86.1
mortui an ſint flendi 86.2
Marię nomen literis quinque inſignitum 88.1
Mariæ nominus miſterium. 88.2
mendacium fugiendum. 89.4
mundus capitur tribus modis 95.2
munus a patre Chriſto datum 98.2
manus dei quid ſit 98.2
miniſter malus an poſſit ſacramenta mi niſtrare 113.3
matrimonium quid ſit 116.2
matrimonii impedimenta 116.4
medicus ſeptē circa infirmū facit. 119.2
Mos prędicatur in fine concionum quis. 134.1
malitia miniſtri non impedit uirtutem ſa cramenti. 134.2
miſteria Chriſti omnia prophetata. 5.3
multę gaudiorum cauſæ 10.4
martiris genus triplex. 17.2

N

Nomen Chriſti à quo venit 22.4
Nomen ſenſus ſaluat nos à multis. 23.2
neceſſitas reparationis generis humani. 121.4
Nulla creatura deo ſatisfacere poterat. 123.3.
neceſsitas reſurrectionis Chriſti. 126.1
neceſſaria ad ſalutem 109.4
natura humana habuit tres leges 110.4
nemo excuſare ſe poteſt ſi nō diligit deū 44.4
natura hominis peſſima 24.3
natiuitas Chriſti quā pacē attulerit. 12.1
natiuitas nō oībus erat manifeſtāda. 11.2
natiuitatis gaudium generale. 11.2
natiuitas Chriſti triplex. 11.2
natiuitas Chriſti angelis profuit 11.3

O

Opera ſunt neceſſaria ad ſalutem. 2.2
Opera bona ſunt media ad ſalutem. 3.1
Oratio peccatoris qūo ſit mortua. 63.3
opera bona manifeſtare an ſit peccatum 41.2
ornatus veſtimentorum cui conueniat: 46.2
opinio philoſophorum de cognitione animæ. 54.1
oppinio theologorum decognitione animæ. 54.1
opera facta in peccato ad quid ualeant: 55.1
opera miſericordię 22.2
omnis plantatio, quam non plantauit, & exponitur. 61.1
omicida ad quid teneatur. 75.2
ordo claritatis 76.4
otium fugiendum. 81.3
opera facta an ſint meritoria. 88.3
ordo duplex 115.3
oppiniones de Magdalena 101.2
officium ſacerdotis in miſſa. 119.1
obiectum ſpei quid 6.3
oppiniones de innocentibus. 17.1
offenſa triplex. 57.3

P

Peccatum graue diſplicet deo. 18.2
Prophetiæ de aduentu Chriſti 18.4
paſſio Chriſti conſideratur dupliciter. 121.3
paſſionis Chriſti figuræ. 122.3.
Petro reſurrectio publicatur quare. 125.4
prędeſtinatio conſiſtit in duobus 132.1
prudentia quid ſit 132.3
prudentiæ tres partes 132.3
prudentia triplex 132.4
peccatorū omnium blaſphemia eſt grauiſſimum 99.1
peccata in ſpiritum ſanctum quæ. 99.2
peccatū irrimiſſibile tribus modis. 99.3
premiū pro operib. bonis quid ſit. 3.2.
præmium duplex. 3.2
præmiū ſubſtātiale, & acedētale q.d. 3.2
præmium bonorum operum in hac uita quid ſit 3.2
perſecutiones ſunt præmium bonorum operum 3.3
portio ſuperior animæ quæ. 4.3
peccatum quatuor habet. 65.2
proximus quis eſt 7.4
peccator quatuor habet damna. 65.2
Papa habet plenitudinē poteſtatis. 66.2
productio filii in diuinis. 68.3
productio ſpūs ſancti in diuinis 68.3
perſonæ ſeparantur non eſſentia. 68.4
pœnitentia duplex. 70

panes

panes ordeacei qui 71.1
panes ſpirituales quot 71.1
propheta quid 81.1
protectores defuncti 81.2
per fidem acquiruntur ſpūalia beneficia 30.2
populus iudaicus in quibus ab aliis populis erat diſtinctos 41.3
pater omnium quis 40.4
prælatorum documenta 42.1
Papa poteſt exercere poteſtatē inſubditos. 44.3
paſſio Chriſti dupliciter conſideratᷓ. 44.3
perſonæ diuinæ perfecte ſe inuicem diligunt. 45.2
purpura quid 46.2
pęna damnatorum a beatis viſa non obeſt eorum gloriæ 47.2
pater familias quis 48.2
præcepta ſunt ſæpes 48.2
poteſtas demōis ſup corp⁹ humanū. 53.2
præcepta eccleſiæ quot,& quæ 54.4
præceptum duplex 55.1
prædeſtinatio non eſt abſoluta 55.1
patria quæ ſit quærenda 56.3
peccatum eſt lepra 56.3
patria quid ſit 56.3
patientes multi dicuntur 56.3
patientia quintuplex 56.4
patientia ſanctorum quid 57.1
patientia ſanctorum in quib. cōſiſtit. 57.1
patientia de quibus eſse debeat. 67.2
pœnitentia triplex 28.1
pœnitentia quid 28.2
præcepta dei quot,& quæ 33.1
peccator cui pœnitet ita ad maiorē gratiam 33.3
piſcina languidi quid 34.1
portici piſcinæ qui 34.2
potentia dei triplex. 35.2
poſse peccare quot modis 35.2
paradoxa ſibillæ tiburtinæ 38.2
præcepta dei quot 51.4
peccatum quid 20.1
peccatum triplex 20.1
peccatum ueniale quid. 20.1
peccatum mortale quid 20.1
pontifex an poſſit obligare ad peccatū mortale. 20.2
pater tripliciter capitur. 61.2
pater carnalis eſt honorandus 61.2
pauperibus inobedientes puniatur. 62.2
peccatum ueniale unde dictum. 7.3.
peccatum ueniale uerum confitendum. 71.4
pęnitens quam pœnitentiam acceptare debeat 72.2
pœnitentia facta, in purgatorio utrum reiteretur. 72.2
pœnitentia impoſita quomodo ſit ſatisfactoria. 72.3
peccatum mortale conſiſtit in trib. 72.3
peccati mortalitas quomodo extinguitur 72.3
pœnitentiæ partes 72.4
peccatoris ſeptem febres 72.4
peccatores negligentes ad pœnitendū. 75.2
peccator interficit Chriſtum 76.2
purgatorii pœna grauior omni pęna. 85.2
punitiones hominum unde 76.2
peccator cęcus dicitur 77.1
pœna delinquentis duplex 58.1
peccator cui peccat quid obligat. 58.2
peccator an corrigere poſſit aliquē 59.2
purgatorium probatur. 81.3
purgatorium ubi ſit 82.2
præbere bonum exemplum omnibus cōuenit præſertim clericis. 84.2
pœnæ hominis duæ 85.4
perſonæ trinitatis quomodo idem, & quomodo diſtinctæ 87.3
potentia dei ſemper cognoſciturr 97.3
prædeſtinatio quid 90.2
prædeſtinatio contingens, & conditionata 90.4
pognatorum ſeptem genera 91.1
peccatum Adæ multipliciter conſideratur 93.3
peccatum vnde oriatur 94.3
pœnitentia quid ſit 114.3
pœnitentia duplex 114.3
pęnitentia virtus ad quid 114.3
pœnitentię partes eſſentiales 114.4
pęnitentia alia perpetua, alia ad tempus 115.2
partes quatuor ſacramenti extremæ unctionis. 115.2
partes eſsentiales ordinis. 116.1
partes eſsentiales matrimonii 116.3
partes oſtiæ conſecratę quid ſignificant 118.4
peccatum triplex 1.4
paſtoribus quare fuerit anunciata natiuitas. 11.2

pax quibus nunciata. 12.1
poſsibilitas incarnationis 13.3
prædiſtinationis deffinitio declarata:16.1
præmium correſpondet merito 17.2
præmium duplex eſsentiale, & accidentale 17.3

Q

Qualiter Adam peccauit,ita Chriſtus ſatisfecit: 123.2
Quis magis peccauit Iudas, pilatus, an iudæi. 123.3
Quis magis diligatur a deo innocens,an pęnitens 102.3
quatuor neceſſaria in quolibet ſacramẽto. 111.3
quæritur quis dupliciter 38.4
quatuor in deo 22.3
qua hora diei fuerit creatus Adam 93.1
quis grauius peccauit Adam,an lucifer. 93.3
quid ſi canis, aut mus ſacramentũ commendat 118.3
quare ſacramen tum ſub ſpecie panis,& vini 119.2
quibus negatur Euchariſtia. 120.4
qui dificulter ſurgunt a ſonmo peccati. 2.2
qui grauiter dormiunt 2.2

R

Redemptio capitur dupliciter 122.4
Reſurrectio Chriſti 125.1
Reſurrectio Chriſti apoſtolis erat publicanda 127.2
reſurrectio Chriſti probatur 129.1
reſtitutio neceſſaria 103.1
reſtitutio quid 103.3
reſtitutionis modus 104.1
reſtitutionis modi diuerſi 104.3
reſtitutionis declaratio 105.1
reſtitutionis doctrina pulchra 105.2
res multiplices 45.2
requiſita ad audientem verbum dei.54.4
realitas ſacramenti Euchareſtiæ 118.1

S

Sempiternum in ſcriptura quomodo intelligitur. 22.3
ſimilitudo inter Adã, & Chriſtum.124.2
ſanguinis Chriſti venetiis in magna domo fratrum minorum. 126.2
ſimbola fidei tria 131.2
ſpes duplex 131.3
ſpes triplex 131.3
ſpes quid ſit 131.3
ſpes duplex. 131.4
ſurrectio peccatoris tria requirit 102.1
ſancti duobus probantur: 108.3
ſacramentũ veteris legis qualiam 115.1
ſacramencta data in remedium peccatorum. 110.3
ſacramentum quid 111.2
ſacramẽtũ omne quatuor claudit.111.3
ſacramenta ſeptem 111.3
ſacramenti baptiſmo quinq; fruct⁹.111.4
ſacramentorum fructus. 111.3
ſpes eſt neceſſaria tribus generibus hominum 4.1
ſpes ad alias virtutes qũo ſe habeat.4.4
ſpes duo reſpicit 5.1
ſpes duplex 5.2
ſacerdotes tenetur orare ſub poena peccati 63.2
ſacerdos eſt diſpenſator theſauri eccleſiæ. 63.3
ſacerdos obligatus an poſſit pro aliis ſatisfacere 63.4
ſancti orant pro nobis 63.4
ſamaritana habuit cognitionẽ de Chriſto: 65.1
ſtatus angelorũ in tres Hierarchias.69.2
ſubditorum documenta 42.1
ſimilitudo inter deum,& animam. 45.3
ſancti ſunt conformes deo 46.4
ſępis quæ. 48.2
ſpiritus ſanctus eſt digitur dei 53.3
ſanctorũ paſſio,& labor quo tendat.57.1
ſequi Chriſtum dupliciter intelligitũ.12.3
ſcribæ vnde dicti 27.2
ſemper oportet dolere 28.3
ſanctificatio Virginis duplex 35.3
ſtatus hominis triplex 50.1
ſacerdotis triplex poteſtas 71.4
ſuſpitio triplex. 76.4
ſi peccauerit in te exponitur 57.4
ſacerdos quid agat in pœnitens 58.2
ſacerdotes debent venerari 58.4
ſacordos tenet feretrum 81.1
ſuffragium mortuorũ quibus valeat.82.3
ſuffragia mortuorum qũo proſcit. 82.4
ſuffragia in quibus conſiſtunt 82.4
ſtatus hominis quæ & quot 85.2
ſuperbi quid ſit 92.4
ſuperbię deffinitio 93.1
ſuperbia ruina omnium bonorum 93.4
ſuperbiæ ſpecies quatuor 93.4
ſuperbia,a tribus oritur 93.4
ſanguis eſt ſedes animæ. 114.3

ſatisfactio quadruplex 125.1
ſacramentum ordinis quid ſit. 115.3
ſignum quotuplex. 115.4
ſacerdos ante conſecrationẽ debet cogitare de ſacramento 117.3
ſumere cõmunionẽ cui conueniat. 120.2
ſuſpitio triplex. 120.2
ſuſcipientiũ ſacramentũ quatuor genera 120.3
ſacerdos ſacramentorum miniſter. 135.1
ſomnus quotuplex 1.3
ſomnus naturæ quid 1.4
ſomnus naturæ unde cauſetur. 1.9
ſomnus mortis quid 1.4
ſomnus peccati quid 1.4
ſurgendi à ſomno quare. 2.1
ſurgere à peccato quot modis. 3.3
ſpes quid ſit 5.4
ſpes eſt virtus 6.1
ſpes à fide diſtincta 6.3
ſpes an ſit in beatis, 6.4
ſpes an in purgatorio 7.2
ſpes an in damnatis. 7.2
ſaluator natus a tribus cõmẽdatur. 11.3
Stephanus dilectus a Chriſto. 14.4

T

Tempus redemptionis humanæ naturæ 18.1
Teſtamentum Chriſti. 123.4
Tempus reſurrectionis Chriſti 125.3
triplex tranſitus Chriſti. 129.3
temperantia quid ſit 132.4
temperantiæ partes tres. 132.4
temperantiæ dignitas 133.1
trinitas probatur in ſcriptura multis modis. 1.4
theſaurizare tripliciter. 9.4
theſaurus eccleſiæ quid 66.1
trinitatis perſonæ æquales 68.1
torcular quid 48.2
turris vineæ quid 48.2
timor dei principium ſalutis 24.3
tribulationis fructus 57.2
tripliciter quis peccat. 11.2
timor triplex. 25.4
timor dei non eſt in nobis quare. 26.1
transfiguratio Chriſti cur facta. 36.3
transfigurationis teſtimonia. 36.3
tentatio triplex 18.3
tentatio primi hominis. 19.2
tempus iudicii. 23.4
templum Salamonis in quatuor partes diſtinctum. 73.2
triſtitia capitur multis modis. 96.3.
templi Salamonis dedicationes tres. 97.4
tria hęc, Euchareſtia, Sacramentum altaris, & miſſa quomodo idem, & quomodo diuersa 113.1
tres perſonæ habitant in trib. potentiis animæ. 13.2
tres miſſæ in die natiuitatis quid ſignificant. 13.4

V

Vtilitas paſſionis Chriſti triplex 124.1
Victoriæ Chriſti. 128.2
victoriæ patriarcharum 128.1
virtutes ſeptem 130.3
virtus quid ſit. 130.4
virtus vnde dicta 130.4
virtutum Thologicarum quatuor cauſę. 131.1
virtus Cardinalis quid. 131.1
virtutes morales unde dictæ. 131.3
uirtutes Cardinales vnde dictę. 131.2
unguentum magdalenæ. 101.1
veritas de fide, & operibus 101.3
virginitatis ſtatus dignior aliis 106.3.
virginitas dupliciter ſumitur. 106.4
vir bonus virtutibus cognoſcitur. 108 3.
virtutes cęleſtes victũ æternũ reddũt. 1.1
verbum, intelligentia, filius ſunt nomina ſecundæ perſonæ. 1.3
vitis vineæ eccleſiæ eſt ſpes. 3.4
vineæ ligamen eſt charitas. 3.4
verbum cur factus homo 68.4
verbum incarnati poteſt dupliciter 69.1
videre deum tripliciter 44.4
uinea quid. 48.2
veritates dicendę quot, & quæ 55.3
voluntas complacentiæ, & efficaciæ. 38.1
vna perſona diuina inalia quomodo. 40.1
virgo Maria ſine peccato originali. 17.3
virtus baptiſmi 19.3
verba pauli de iudicio uniuerſali. 23.3
veritas Euchariſtiæ probatur 117.4
voluntas humana, & diuina põt conformari. 9.3
verbum creatum quid 12.3
verbum increatum quid. 12.4
verbum creatũ, & increatũ differunt. 13.1
vocatio duplex. 16.2

FINIS.

DE SOMNO.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

DE PRÆPARATIONE, ET VIGILANTIA ad ſuſcipiendum Chriſtum, Hora eſt iam nos,&c Rom. 13.

Rom.11

SIcuti dormientes aut nihil omninò cogitant, aut ſomnia tantum, & inania ſimulachbra concipiunt, iia qui in peccatis uitam dicunt, aut nihil boni operantur, aut inane duntaxat aliquam boni, & uirtutis imaginem conſectantur. Tanto autem deterior eſt ſomnus peccati ſomno corporis, quod corporalis ſomnus morti ſimilis eſſe dicitur, peccatum autem non ſolum ſimile morti ſed ipſiſſima mors animæ eſt, quare omni ſtudio peccatoribus ab hoc ſomno euigilandum eſt, ad quod hodierna die nos & Apoſtolus, & Sancta eccleſia adhortatur, ut in virtutibus, & bonis operibus vigilantes, & aduentum Domini preſtolantes, ipſi fideliter occurramus, eumque venientem digne excipiamus.

INTRODVCTIO EPISTOLAE.

QVatuor in aduentu magnorũ Dominorũ fieri ſolent, quæ a fortiori debent obſeruari in iſto aduentu Chriſti.

Primum temporis uigilans expectatio.

Secundum palatii perfecta mundificatio.

Tertiũ Talami congrua preparatio.

Quartum Ipſius domini ueneranda ſuſceptio.

De primo namque debent expectãtes regem ſciſcitari tempus Aduentus eius & illud vigilanter obſeruare ne forte hora qua dormitant homines nocte uel die, aut tempore quo in aliis occuparentur ueniret, & ſic in præparatos inueniret, & eis cõfuſio eet, &c.

Ma.14. Quemadmodum, In parabola docuit Chriſtus de virginibus expectantibus ſponſum, quarum aliquæ vigilantes præparatis lampadibus ſuis exierunt obuiam ei nocte venienti & ipſę ſuſcipere meruerunt ipſum & ideo prudentes appellari meruerunt, Aliæ uero dormientes neque lampadibus præparatis non meruerunt videre, nec ſuſcipere eum. Immo a domo in quã declinauerant abiectæ fuerunt & fatuæ dictæ ſunt. De hac vigilantia vel expectatione. Chriſtus dicit, ſint lumbi.&c. Luc.21.

Secũdum palatij.&c. Quia niſi purgaretur domus &c. Ita conſcientia noſtra debet mundari in talre pectatione Chriſti, ſcopis pænitentię & confeſſionis,&c.

De hoc ſecundo loquitur Leo. Papa in nocturno ſermone totis viribus debemus,&c.

Tertium talami.&c. ſ. Talamum ornare,

Exemplo de conſci entia ſit. talamus, & teplū. nare,in quo habet permanere precioſis ornamentis,&c. ſimiliter cum conſcientia ſit Talamus & tēplum in quo Chriſtus per gratiam habitare debet in hac ſolennitate cum omnibus uirtutibus preparare oportet,&c.

Quartum ipſius obuiare & ſuſcipere, in palatium & lætari exultare,&c. de qua ſi quis diligit me ſermonem meum ſeruabit & ad eum ueniemus & manſionem apud eum faciemus. *Ioan. 14.*

Compa ratio pul chra. Si ergo qualibet reſpublica in aduētu magnorum Dominorum hæc quatuor ſeruare iuſſit, a fortiori reſp. militantis eccleſiæ a fidelibus in aduentū Chriſti obſeruari iuſſit, ſcilicet, quatuor hebdomadas vt in prima primū, in ſecunda ſecundum, in tertia tertiū, in quarta quartum, Ideo hodie de prima ſcilicet vigilantia cum uerbis antedictis, hora eſt iam nos &c. in quibus tria tanguntur.

Primum ſomni declaratio.

Secundum ſ[illegible]

Tertium ſurrectionis feſtinatio.

De primo quæritur de quo ſomno intelligit Apoſtolus ibi de ſomno ſurgere, pro quar declaratione quatuor puncta.

Primus punctus, Quotuplex eſt ſomnus.

Secundus punctus, Quare peccatū dicatur ſomnus.

Tertius punctus, Quare ſurgendum eſt a ſomno cito.

Quartus punctus, Qui ſunt illi qui difficulter ſurgunt a ſomno.

triplex ſom nus Ad primum punctum dico, quòd triplex eſt ſomnus, ſcilicet mortis, naturæ & culpę.

De primo ſomno multotiens in ſacra ſcriptura in veteri Teſtamento, ꝙ Moyſes & Ioſue dormierunt cum patribus ſuis. & Chriſtus de Lazaro Lazarus noſter dormit, & Matth. Non eſt mortua puella ſed dormit, loquens de filia archiſinagogi reſuſcitata à Chriſto de iſto ſomno non loquitur Apoſtolis in Epiſtola, Quia nunc non eſt hora reſurgendi in iudicio ſed Euāgelium loquitur hodię. *Ioan. 11 Math. 9* *Rom. 13.*

De Secundo ſcilicet naturę & iſte ſecundum phyſ. de ſomno & uigilia, non eſt niſi priuatio actus ſentiendi per euaporationē nutrimēti eleuatā, ad Celebrum & infrigidatam. *Quid ſit ſomnus natur. ſecundū Ariſt.*

Quod de nutrimeto eleuatur quedam uapor qui ad Cerebrum aſcendit, Cum autē ibi peruenerit in frigidatur ibidem propter frigidantem Cerebri, & cum illa materia fiat grauis propter congelationem, nititur deſcendere ſicut pluuia è nubibus, & deſcendens peruenas obſtruit eas & opilat eas & artarias per quas ſpiritus tranſire habet & per quas ſenſus habent exercere actus ſuos, tunc cauſatur impotentia ſentiendi, & retractio caloris ad infima. Talis ergo ligatio ſenſus vel priuatio actus in potentia ſentiendi, & retractio caloris, ad intima, talis ergo ligatio ſenſuum uel priuatio actus eorum dicitur ſomnus naturalis, de [illegible] ſomno non loquitur Apoſtolus niſi methaphoricæ.

De tertio ſomno culpæ. ſ. peccati per quod priuatur homo operationibus uitalibus ſic ut non poſſit opera viua, ſ. meritoria vitæ æternæ, exercere & hic poſſumus dicere quod peccatū triplex ſcilicet. originale, ueniale, & mortale, & ſic homo dicitur mortuus illis tribus modis &c. de quo ſomno loquitur apoſtolus in Epiſtola. *peccatum triplex.*

Ad Secundum punctum Reſpon. quadruplici ratione ſcilicet cāionis interptationis deceptionis, & excitationis, De primo diximus .n. ſuperius quod per euaporationem ſeu fumum nutrimenti ad Cerebrum Frigidum opilat orificia Venarum & meatuum per quos ſpiritus ſenſitiui habēt tranſire & ligantur omnes ſenſus ita ut nihil operetur homo, ſed quaſi mortuus Iaceat, Sic moraliter peccator cū multū de nutrimento, ſcilicet Delectatione huius ſeculi ſuſcipiat & habuerit Cerebrum frigidum, ſcilicet charitate & amore dei & ꝓximi quia Charitas calori naturali corporatur, Cum ſit For

ma

operatio bartatis [illegible]

ma dans uitam animę & operationibus ſuis, Talis Tunc fit maxime ſomnolentus & habituãtur in paccatis, & Tunc á Fumo eleuato nutrimeuto Tereſtri claudunrur orifica potentiarum inferiorum ut nihil boni agere poſſit, quia parte, intellectiua ligata & nihil boni operante, pars ſeſitiua non operatur.

[illegible] multum. ſomniant

Secundo ratione interpretationis &c. Comuniter. n. ſomnolenti multum ſomniat & uidenẽ uidere, & habere interdum magna, & Excitati nil in uenientes triſtanẽ ſicut hac nocte, ego uidebam Totum populum meũ pęnitentem & nunc oppoſitum uideo Vnde uulgarum dicitur ab interpretatoribus ſomniorum quod ſomnia per contrarium interpretantur, unde cũ quis ſomniat mortem amici dicitur quod uita eius Elongat & ſic de aliis.

opinio. uulgi.

Qu. quo. [illegible] dicuntur. ſomniare

Vere optima eſt hec comparatio, nam ij qui querunt honores dignitates, ſtatus, diuitias, & alias huius ſeculi uoluptates poſſunt dici ſomniare, & vere illi qui in talibus, ſomniant in hoc ſeculo, in futuro illis priuati, ponentur in maximis & perpetuis poenis & miſeria, & per oppoſitum afflicti tribulationibus & anguſtiis in preſenti ſeculo, in futuro replebũtur gaudia ſicut ſaluator receſſurus a diſcipulis prædixit, Amen amen dico uobis, quia plorabitis &c.

Ioan 16.

[illegible] deſomniãs [illegible] in iudicio

Tertio ratione deceptionis, nã dormiens & ſomnians decipitur in iudicio ſuo, interdum enim iudicat ſe eſſe in magnis feſtis, poni in dignitate, inuenire theſauros &c. ſed excitatus à ſomno deceptus eſt.

Similiter dormientes in peccatis vt ſuperbi decipiunt in iudicio, preſumẽtes mereri dignitates, ſtatus, & honores. Auari iudicant pecuniam eſſe accumulandam, luxurioſi voluptates, &cæt.

Rom. 13

Quarto ratione excitationis, quia ſicut quis excitatur a ſomno, ita poteſt excitari a peccato, Ideo apoſtolus hodie d. hora eſt iam nos de ſomno, ſcilicet peccato ſurgere. &c.

Ad tertium Reſpon. propter quatuor rationes.

Primo propter inutilitatem, ſ. quia dum eſt in peccato nihil operatur homo quod ſit meritorium, (declara.)

Secundo pp periculoſitatem quia ſ. a diabolo illudi poteſt ĩo quot pericula, &c.

præmium duplex.

Tertio propter brenitatem, ſcilicet, tẽporis, quia vita breuis, & uia lũga.

Quarto propter prẹmium quod datur ſurgentibus a peccatis, quod eſt duplex ſcilicet gratia i preſenti & gloria in futuro.

[illegible] de ſomno. et uigilia.

Ad quartum pũctum, qui ſunt illi qui cum difficultate ſurgunt a ſomno Reſpon. ſecundum doctrinam Ariſtot. Tria genera, ſcilicet Habentes caput magnum.

Collum breue.

Et venas artas.

qui ſunt. illi qui cũ difficulta. te ſurgũt. á ſomno.

De primis dicitur quod naturaliter ſunt ſomnolenti, Ratio quia habentes magnum caput conſequenter magnũ cerebrum & magnæ frigiditatis, cum autem frigiditas cerebri ſit cauſa ingroſſationis vaporum eleuatorum a ſtomacho ſequitur quod habens magnum caput ciro & multum infrigidabit & ingroſſabit illos vapores.

Et ideo naturaliter redditur ſomnolentus, quia diu vapores remanent in capite, antequam ſubtilientur vel reſoluatnur.

Secundi ſunt habentes collum breue, Ratio quia breuior eſt via á ſtomaco ad cerebrum Et ideo cito aſcendũt Tales Fumi ad ipſum cerebrum, Et Cito ſomnus cauſatur in illis &c.

Tertii ſunt habentes venas ſtrictas: Ratio quia cum exgroſitie vaporũ, demiſſorum a cerebro obſtruantur vene Etora arteriarum ſenſuum ad hoc ut cauſetur ſomnus, ſequitur quod vbi Venæ erunt ſtrictiores habebunt orificia, ſtrictiora, Tunc citius clandentur & oppilabuntur, & ideo citius in

Talibus ſomnus cauſatur.

Tria genera hominum dormientium in peccatis.

Moraliter in Tribus generibus hominum dormientium in peccatis.

Primi ſunt habentes caput magnū .ſ. dignitates, magiſtratus officia, & iſti ſunt ſemper inflati &c. (Dilata)

Secundi ſunt habentes collum breue, & iſti ſunt auari quorum Fumi cupiditatis cito aſcendunt & ideo cum difficultate Elleuant caput ad charitatem proximi.

Tertii ſunt habentes venas ſtrictas, & iſti ſunt ocioſi & in pecatis hituati.

SECVNDVM MISTERIVM.

Queritur an homo poſsit per ſe ſurgere a ſomno .s. peccato: primo quod non: ratione, auctoritate: & exemplo.

Ratione ſic, præſuponendo quod ſurgere a peccato ſit bona operatio & arguo ſic: Homo dormiens in peccato non poteſt exercere ſine Dei ſpirituali illuſtratione aliquod bonū opꝰ: ſed ſurgere a ſommo eſt bonum opꝰ: patet quia eccleſia hoc precipit, ergo. &c.

Error pelagij vide pro hoc. D. Bon. 2. ſent. diſt. 27.

Aſſumptum probatur, quia aliter eſſet error pellagii dicere liberum arbitrium ſufficere ad bonum, qui error ſatis improbatus eſt a Doctoribus & Theologis, & eſt error condemnatus ab eccleſia, & ratio eſt quia tollit diuinæ gratiæ neceſsitatem quæ eſt cauſa noſtræ ſalutis.

Auctorit. ſine me nihil poteſtis facere. ſcilicet boni: Item ſaluatur. Nemo poteſt venire ad me &c. Et Pau. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis &c.

Diſtinc. 15 / uet. rom. ecl.

Exemplo: patet, in Tota natura humana quę dormiuit tanto tempore .ſ. ab Adam vſq; ad Xp̄m. vbi ſi Chriſtus ſpetiali dei clementia carnem aſſumēs ad illuminandum hominem non ueniſſet, nunquam homo a tali ſomno excitatus fuiſſet, Cuius figuram geſſit ille cecus ſedens ſecus viam quia neſcibat quomodo iret, cui clamanti, Ieſu filii Dauid miſerere mei, dixit

Ioan 15

Cor. 9.

Luca 10

Chriſtus, Quid tibi uis faciam? quomodo Chriſtus excitat ſuum lib. arb. ad petendum bonum. Sic moraliter homo vſq; ad aduentum Chriſti clamabat ut cecus, veni domine & noli tardare relaxa facinora plebis tuæ, Qui ad veniens dixit ſicut Ceco, Reſpice & ſtatim vidit &c.

Oppoſitum autem, Ratione, Auctoritate, & exēplo. Ratio eſt unumquod quæ magis ſe habet ad id ad quod naturaliter eſt ordinatum, quam ad id ad quod non eſt naturaliter ordinatum, ſed homo naturaliter ordinatus eſt ad bonum & non ad malum ergo magis ſe habet ad bonum quam ad malum, Cum autem poſsit facere malum per ſe ergo & bonum ergo non eſt neceſſaria ſpālis illuſtratio, Dei ſed ſufficit comunis eius influentia, Confirmatur quia tunc Deus præcepiſſet homini aliquid impoſſe quod eſt falſum &c. Quia pęnitentia eſt poſsibilis & eſt bonum opus &c.

Pœnitentia eſt poſſibilis, & bonum opus.

Auctoritate, Deus ab initio conſtituit hominem & reliquit eum in manu conſcilii ſui & Zach. Conuertimini ad me & ego cōuertar ad uos, ergo uidetur quod homo poſsit conuerti per ſe &c.

Eccl. 15

Zach. 1.

Exemplo, quia philoſo. naturaliter ſine ſpetiali dei gratia multa docuerunt de moralibus, & multos actus virtuoſos operati ſunt vt de ſocrate, & Platone.

De gentibus patet. Quis enim negaret conſcientiam ſcipionis fuiſſe bonam Iuſtitiam Bruti? Marci Reguli fidelitatem? Mutij Fortitudinem? Marci marcelli, clementiam? Totiuſque ſenatus liberalitatem, & magnificentiā

Pro ſolutione huius dubij Tria Dubia declaranda occurrunt.

Tria dubia declaranda.

Primū an peccator poſsit aliquod bonum operari.

Secundū an Tale bonum .s. per ſe ſurgere a ſommo peccati poſsit peccator operari.

Tertium. Quæ requiruntur & quid

debet

debet homo facere in ſurgendo.

Bon. in 2 d. 28.

Ad primum pro declaratione primi dubii. Notā. quod preter bonitatem naturæ quæ .s. bonitas naturæ eſt qua vnum quodque eſt bonum, Adhuc triplex bonum reperitur. s. morale bonū. ſufficiens, & perfectum bonum moralis conditionis: bonum ſufficientis diſpoſitionis, & bonum perfectæ ordinationis.

Bonitas moralis quid ſit, Scot⁹ primo ſent. diſtinc. 17.

primum bonum.

Primum bonum eſt quando actus tranſit ſuper materiam debitam, ſiue obiectum conueniens habet. circunſtantias ad talem bonitatem requiſitas non elicitas tamen à charitate, nec in deum tamquam finem reſpicit, ſed precisè quia recte rationi conſonus, exemplum in dare ælemoſinam pauperi ex pietate naturali vel propter pompam, ſicut faciebant illi phariſei tubā ſonantes ante ſe, quos Chriſtus reprehendit. &c.

Mat. 6.

Secū dū bonum.

Secundum bonum eſt quod fit ab exiſtente extra charitatē propter Deū Diſponens de congruo ad gratiam habendam, in preſenti & gloriam in futuro, vel eſt actus peccatoris facientis quod in ſe eſt ad recuperationē gratię deperdite propter quod difficultant aliqui ſi Deus de neceſsitate conferat Tali operanti vel facienti quod in ſe eſt gratiam an non ſicut peccator deteſtans peccatum ſuum a Deo veniā, & gratiam petens, videtur habere bonum actum diſ poſitiuum de Cōgruo vt Deus illi gratiam conferat.

Tertium bonum.

Tertium Bonum eſt quod fit ab habente charitatem & hoc quidem ſpiritum, inclinationem charitatis elicitur, non. n. ſufficit ad tale Bonū quod eliciatur ab habente charitatē vt dicitur quia tunc comedere bibere, & Aliæ hominis operationes in tali operante eſſent meritoriæ quod nullus diceret, oportet igitur quod ſecundum inclinationē Charitatis eliciatur quę in huiuſmodi bonitate habent rationem primæ cauſæ reſpū voluntatis, ut dicitur, & tale bonum dicitur bonum meritoriū quia Deus ſtatuit talibus dare vitam æternam pro præmio.

A d primum ergo Reſpondet per duas concluſiones.

Sco: in 2 d. 17.

Prima Concluſio eſt quod homo peccator per ſe ſine ſpāli Dei illuſtratione, ſed ſolo generali eius influxu poteſt bona moralia operari, & iſta concluſio patet per rationē & exēpla infidelium ad oppoſitum adducta Nā nullus dēt dubitare fuiſſe opa moralia in philoſophis & in illis romanis ut ſupra licet aliquis dicat tales nō fuiſſe operationes morales quod ſi intelligat perfectas eſſe & in finem vltimum dirigentes, verum dicitur Quia virtutes morales ad hoc quod perfecte dicantur oportet quod dirigant in Deum tamquam in vltimum finem, quem finē non habebant Romani in operationibus ſuis, ſi vero intelligitur non fuiſſe bonas in genere moris, male dicitur, quoniam bonum eſt eſſe liberalem Caſtum &c. Et in hoc ſequēdus eſt ſcotus, nam doctrina moralis & politica naturaliter à philoſophis inuenta eſt, ergo in eis erat, Tunc propter tales fines operabantur. ſ. rē pub. ſeruandam pacem.

Gre. di ari. in 2. ſent. diſ vltima.

Qua ſit bonitas moralis vnde ſco tum. 18. q. quolib.

Secunda Concluſio homo exiſtens in peccato nō poteſt operari aliquod opus bonum meritorium vel dignum vita æterna Ratio eſt Quia ſicut Dormientes ſommo mortis non poſsūt opera uitæ exercere eternæ, ita peccator qui dormit ſommo mortis æternę non poteſt opera vitæ æternæ exercere, quia caret gratia quæ gratia ſe habet ad opera uiua ſpirituali ſicut anima in corpore exiſtens ad opera uitæ ſpiritualis, Nam ipſa anima eſt forma a qua actiones proueniunt, quia materia eſt principium paſsiuū forma uero principium actiuū, ſic etiam charitas eſt forma omnium uirtutum, quantū ad actum meritorium ſicut tenet omnes Theologi iuxta illud apoſtoli ſi linguis hominum &c.

Homo exiſtens in peccato mortali, an poſſit operari.

Doctrina Ariſ. S. 1 in 2 d. 17. & in 2 di. 28. & in 3. d. 26. Ariſt. de ſom: & vi.

Exem p. queritur an dormiens poſſit

ſit exercere opera uigilię,& reſpondetur quod ſic: ſed quod illorum operũ non recordantur, licet bene ſomnii memoriam habeant:nam ſunt quidã malenconici & collerici quod nocte loquuntur,comedunt, bibunt,& ambulant iſti bene recordantur quod ſomniabant ſed non quod loquerentur & comederent.

Moraliter ſic eſt de dormitione in peccato quia Talis licet exerceat opera quę uidentur perfecta tamen illorum non recordabitur in uigilia lucis æternę,quia nõ ſcribunť in libro uitę.

Reſurgere a peccato contingit dupliciter. Ad ſecundum dubium dico quod reſurgere a peccato contingit dupliciter aut complectiuæ, aut diſpoſitiue: primum eſt mediante gratia quia ibi eſt remiſsio culpæ quæ non fit niſi per infuſionem gratiæ ex lege ordinata,Dei quia Deus abſolute ſine gratia poteſt remittere culpam ſecundũ ſco: contra tamen alios Doctores:ſecundũ uero eſt facere aliquam operationem per quam ut meritũ de cõgruo Deus gratiam infundit. *Sco.in.4. diſtinc. 19 6.*

ultimum complementum in meritoeſt a Deo,vide ſcotum primo ſent: diſtinc. 17. Quantum ad ſurgere complectiue dicitur quod homo per ſe ipſum ſine ſpeciali Dei,gratia non poteſt ſurgere ab aliquo ſomno peccatorũ quia non poteſt homo in ſe ipſo cauſare gratiã quæ eſt complementum talis ſurrectionis a peccato,Cum Deus non ſtatuerit remittere culpam ſine infuſione gratiæ.

Quantum ad ſecundum.ſ. diſpoſitiue, dico quod homo poteſt per ſe ſurgere ab omni peccato ſine ſpeciali excitatione tum quia habet libertatem lib. arb. Tum etiam quia per ſe poteſt ſemper agere penitentiã de peccato ergo poteſt ſurgere a peccato, probare,quia pęnitẽtia (licet in formis) po uitur meritum de congruo ſufficiens ad delectionem culpæ & infuſionem gratię Cum ingemuerit peccator &c. *Eze. 18*

Ad tertium dubium Reſpon: quod ſex requiruntur: ſex.n.facit homo inſurgendo a ſomno.

Primo aperit oculos & reſpicit ſi lux appareat alicubi in hoc eſt primũ requiſitum ad Iuſtificationem impii.ſ. peccati cognitio, nam cum lib: arb. non moueatur niſi in præcognitum non poteſt voluntas aliquid delibcrare circa hoc niſi præuia cogitatione & ideo homo primo cogitare debet circa peccata ſua dicens, ò miſer quãto tempore in peccato iacuiſti, in lecto ſuperbiæ auaritiæ &c. ſurge aperi oculos vide lucem Dei. *Ad iuſtificationẽ requiritur peccati cognitio.*

Secundo homo ſurgit ſedendo in lecto ubi parti erectus eſt & partim iacet, & eſt.ſ.peccati deteſtatio per motum lib: arb. in deum, & deteſtationem peccati quia.ſ. dolet de peccato & de amiſsione gratiæ Dei,Cũ.n.quis cogitauit peccatum & nouit illud dei offenſiuum. Tunc deteſtatur peccatum & ecce quia ſedet partim quod ſignificat humilitatem et deteſtationẽ peccati quod eſt primum in atritione, & errigit ſe in deum quem offendit, quia dolet de peccato ſin reſpectu ad Deum quia eius offenſiuum & eſt ſecunda pars contritionis. *Quando peccatum de teſtatur.*

Vnde penitentia ab eccleſia chatholica adhuc effectum eſt ordinata.

Tertio induit ſe vamiſcia & diploy de cum propoſito bono ſurgendi à lecto, & hoc eſt.53.

Boni diſpoſitio:Cum cognouit reatum & ſibi diſplicet,proponit illud dimittere & inde bene operari, hoc eſt quod tangit apoſtolus in Epiſtola,Cũ ait Abiiciamus. ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis &c. *Rom. 13*

Quarto Abluit manus ſuas & Faciem lauat & hoc autem eſt, ſcilicet, Peccati ablutio, per aquam confeſſionis,quam debet accipere volẽs per fecte ſurgere à peccato. vnde ſecundũ fidem noſtram pęnitentia illa niſi adſit cum propoſitio confitẽdi quia per confeſsionem exteriorem homo de remiſsione peccati fit ſecurior quam per quemcunque alium actum &c. *lotio quid ſignificet*

De locione manuum intellige reſti-

ſtituere mala ablãta: ſecundo faciem .s. conſcientiam ibi faciem tuam lava &c.

Secundo Homo induit ſe toga ſecundum gradum ſuum, ſic peccator cum lavit ſe a peccato induitur a deo toga gratiæ quam per ſomnum peccati relinquerat, Unde poſt contritionẽ vel confeſsionem, Deus remittit culpã & infundit gratiam talem qualem homo meretur.

Sexto Homo exit ad ſuas operationes laudabiles, ſic & homo Iuſtificatus debet exire ad bonas operationes; & maxime ad laudem, Dei, exemplũ de Paralitico, cui Chriſtus dixit, ſurge tolle grabatum tuum & ambula ad bene.s.operandum. *Exemplum paralitici.*

TERTIUM MISTERIUM.

Primus punctus que ſunt quæ faciunt hominem a ſomno ſurgere.

Secundus punctus quãdo debet homo a ſomno reſurgere.i.ſi ſtatim poſt peccatum homo tenetur ſurgere a peccato.

Tertius Quare debet feſtinanter a ſomno ſurgere.

Ad primum dico quod quatuor ſũt quæ hominem a ſomno ſtatim excitant.

Quid ſit lux vide ſcotum in 2.ſent. diſtinc. 13. Prima eſt magnitudo ſubita luminis, quando.n.de nocte intrat lumen aliquod magnum ſtatim (cum lux ſit qualitas ſubtilis & activa & calida, ſtatim immutat organum uiſus propter humiditatem contrariam exiſtentem in eo, & in tali motione videtur homo excitatus pati nec poteſt recte aſpicere, ſic etiam moraliter, primum excitativum hominis a peccato eſt interior inſpiratio Dei, quę eſt quędam luminis cognitionis peccati, ac memoriæ claritatis cęleſtis patriæ in mente peccatoris cauſatio, Nam ipſe Deus prope eſt cordi humano & ſemper immittit ſubtiliſsimas ſcintillas lucis ſuæ excitans peccatorem ut ſurgat a peccato, Tu autem fornicata es cum amatoribus multis tamen revertere ad me & ego ſuſcipiam te. *Inſpiratio Dei quid?* *Hiere 3*

Secunda eſt magnitudo ſtrepitus terrentis & expergeſcentis ſicut magnus clamor tonitruum, aut alia vox vel ſonus fortis per veniens ad auditum, tunc ille aer interior aurem movet & ſic immutatur ſenſus auditus & homo excitatur. Moraliter, ſecundum excitans peccatorem a ſomno peccati eſt iudicii ultimi expectatio, Nam tũc erunt magni ſtrepitus quia terremotus magni tuba &c. *Dies iudicij excitat peccatorem.*

Tertia eſt pũctura Vermis, vel ſcorpionis, uel pulicum, uel Cimicum & Zanzalarum &c. Moraliter ſic remorſus Conſciæ & ſtimulus &c. Quia ſinderæſis ſemper remurmurat de malo &c. (Dic bene.)

Quarta eſt fumus ſulphuris, ſicut faciunt pueri in ſcolis quãdo Dormientibus apponunt ſulfanellum ſub naſo. Moraliter eſt fetor pœnarum inferni &c.

Ad ſecundum Punctum Reſpõdet diſtinguendo quod poteſt dupliciter intelligi, vel actualiter tunc non, niſi ſemel in anno in paſcate &c. uel habitualiter tunc dico, quod ſemper cum recordatur, debet quantum in ſe eſt ſurgere, alioquin peccaret: Moraliter eſt.n. regula Theologorum: quod cũ quis recordatur de peccato debet de illo Triſtari. *Quando debeat homo a ſomno ſurgere.* *S.o. in 4 di:46.*

Ad tertium dicitur, quod ſunt tres rationes, quę ſumuntur conformiter a peregrino itinerante.

Tria. enim Faciũt ipſum ſurgere.ſ.

Primum eſt Breuitas temporis: ſic moraliter Breuitas vitæ noſtrę.

Secundum eſt itineris quantitas, quia habens Breuæ tempus & lõgam viam neceſſe eſt cito ſurgere, ſic homo in hoc mundo.

Tertium eſt muneris multiplicitas, quando.ſ. expectat aliquod magnum prę mium de ſuo labore: ſic Moraliter de homine Cito reſurgente quia magnum

quia ipſe Nabucdonoſor cepit ſedechiam Regem & filios corā eo occidit, & ipſum poſtea excecauit, vt habetur ibidem. quarti Reg. 25. Huic Euaſioni nos dicimus quod mentuntur, quia poſt captiuitatem babilonicā .s. poſtquam Nabuchodonoſor expoliauit Hieruſalm, & duxit Iudeos captiuos in babilone habuerunt poſt hoc duces & principes. ſ. Zorobabel, Heſdra, Neemia, vt patet in libris Heſdrę, & de Machabeis, vt patet in libris Machab. Item habuerunt Reges quia Ircanus filius Simonis Machabęi fecit ſe regem in hieruſalem & ex tunc regnauerunt filij eius vſque ad Herodē Aſcalonitam qui fuit Alienigena .s. gētilis tempore cuius Herodis, ceſſauit regnū Iudeorum nec ante ipſum ceſſauit &c. ergo Chriſtus fuit meſſias. &c.

Quōo ſi fuerit ve rus meſ ſias.

Item ſi Iudei dicunt quod iſte filius Simonis qui factus eſt rex in hieruſalem non fuit de tribu Iuda, ſicut fuerunt alij Reges, & ad quos Reges de tribu Iuda ſolum pertinebat regnum, ſed fuit de genere vel de tribu ſacerdotali cui non pertinebat regnum Iudeorum. ſ. hieruſalem, Dico quod mētiuntur: Tum quia fuit de tribu Iuda vt patet in libro Machabeorum: Tum etiam quia illę due tribus .s. ſacerdotalis & regia erant iunctę ſimul & ideo Dato quod fuiſſent de tribu ſacerdotali tamen propter coniunctionem reputabantur de Tribu Regia:

Secundo patet de Zorobabel qui fuit dux poſt dictam ruinam hieruſalem per nabuchodonoſor & tamen erat de tribu Iuda vt patet.

Heſdr. 1

Minor patet. ſ. quod tempore Herodis fuerit ablatum ſceptrum a Iudeis: Quia Auguſtinus narrat quomodo fuit ablatum regnum a Iudeis & in ſeruitutem Romanorum deuenerunt dicit quod poſt captiuitatem Babilonicam vltimo principes & duces vt ſupra dictum eſt quos habuerunt, habuerunt & reges quorum primus fuit Ariſtobolus: ait. n. prim' apud iudeos Ariſtobolus aſſumpto Diademate & Rex & Pontifex factus eſt, huic ſucceſſit Alexander & rex & pontifex: poſt hunc, Vxor ipſius Alexandri regina fuit qui habuit duos filios, quorū vni nomē Ariſtobolus alteri Ircanus, ij inter ſe de regno diſceptare ceperunt, & Ircanus adhęrens Romanis ab eis popoſcit auxilium contra Fratrem Ariſtobolum & tunc Romani in eius ſubſidium miſerunt Pompeū magnum, qui ingreſſus Iudeam ciuitatem hieroſolimam cepit, Templum reſerauit, non deuotione humilitatis ſed iure victoris vel victoriæ, & ad ſancta ſanctorum quo niſi ſummo ſacerdoti licebat intrare, non vt venerator ſed vt profanator acceſsit &c.

Aug. de ci. Dei.

Confirmato autem Hircano in pōtificatu ſubiugata gente, poſito cuſtode anti patre nomine, victum ſecum Ariſtobolum duxit & ex tunc Iudei Tributarij Romaſacti ſunt, hec eadē Gri: & eutropius.

Poſt paucos autem annos herodes Aſcalonita regnauit qui fuit primus Alienigena regnans in iudea quia ergo primo alienigena, ergo regnum ablatum eſt tunc Temporis a manibus Iudeorum &c.

Exemplum patet quia à ſupraſcripto tempore herodis vſq; ad iſtum annum. 1544. non habuerunt regem Iudei ſed magis elungati ſuut, propter eorum incredulitatem veri meſsiæ & propter iniquitatem quam exercuerunt in Chriſtum, non ſuſcipientes ſed crucifigentes ex quo ipſi venundati ſunt, eorumq; ciuitas deſtructa fuit & per totum orbem (vt videmus diſperſi vagantur:) ò igitur obſtinati Iudei &c.

Vnde eſt quod Iudei vere ſerint Regem.

Ceſſationem regni Iudeorum confirmo multis auctoribus.

Ceſſatio Iudeorū.

Hæc dicit dominus exercituum adhuc modicum unum & ego &c. ſequitur & veniet deſideratus gentibus.

Agge. 2.

Item de Nabuchodonoſor vidēte

Daniel 2

B ſtatuam

ſtatuam illam &c. Figurantem imperium fore ſubiugandum Chriſto tempore Conſtantini & ſilueſtri &c.

Item Ioſeph: in libro 18. cap. 19. verba Ioſephi ſunt iſta . atquitus fuit his temporibus Ieſu ſapiens vir (ſi tamen virum nominare fas eſt , erat .n. efector mirabilium operum doctor hominũ ex quibus patet veritas predicte rationis vel cauſſationis.

Secunda Ratio ſcripturarũ in Chriſto adimplectio.

Iſa. 7. Luca.1. Primo de conceptione prophetatũ fuerat ecce virgo concipiet &c. hoc adimpletum eſt,ſpiritus ſanctus ſuper ueniet in te : Notandum quod hebrei .d.hanc aucto:Iſa:non intelligi de Virgine ſed de Iuuencula nubili quia textus hebraicus.d. Ecce alma & non .d. Ecce virgo: Alma vero ſignificat Iuuẽculam & non virg: igitur &c.

Alma quid ſignificet. Ad Quos reſpondemus quod iſtud nomen Alma ſi ſcribatur cum aſpiratione.s.h. tunc ſignificat uirginem & ſic ſcribitur in iſto paſſu ſi autem ſine .h. tunc ſignificat Iuuenculam & ſic non Capitur hic.

Mich.7. Secundo de generatione propheta tum eſt. & Tu Bettelem terra Iuda ne quaquam minima es , in principibus Iuda ex te.n. exiet Dux qui regit populum meum Iſrael, Hoc, impletum

Matt. 2. eſt . Quando Magi venerunt dicentes vbi eſt qui natus eſt rex iudeorum.

Iſai. 1. Tertio De reclinatione in preſepio cognouit bos poſſeſſorum ſuum &c: hoc adimpletum eſt in Chriſto , poſt

Luca.2. quam impleti ſunt dies marię vt pareret filium (dic vſque reclinauit eum in preſepio)

Num.24 Quarto De ſtellæ apparitione,orietur ſtella ex Iacob & exurget.hoc im

Matth.2 pletum eſt , vidimus ſtellam eius in oriente .

Quinto De eius nominatione. ego

Abac 3. gaudebo in Domino & exultabo in Deo Ieſu meo:hoc impletum eſt. ec-

Luca.1. ce concipies filium & vocabis nomẽ eius Ieſum.

Pſal. 71. Sexto De eius adoratione , Reges Tarſis & inſulæ munera offerent &c. Hoc impletum eſt. Ecce magi ab oriẽ

Matth.2. te venerunt Hieroſolimam(dic vſque ibi venimus adorare eum.)

Iſai. 19. Settimo De eius fugatione in Egiptum, & ingredietur egiptum & mouebũtur ſimulacra egipti à facie eius hoc impletum eſt . vbi angelus appa

Matth.2 rens Ioſeph. di: ſurge tolle puerũ &c.

Oſee 11. Ottauo De eius reuerſione in Iudeã , ex Egipto vocaui filium meum: hoc impletum eſt Math: ſurge tolle

Matt.2. puerum & matrẽ eius & vade in terram Iſrael.

Iſa. 11. Nono de eius ſapientia,egredietur virga de radice vſque ibi & replebit eum ſpiritu Timoris domini: hoc impletum eſt. Puer Ieſus creſcebat etate

Luca 2. & ſapientia coram Deo & hominibus : hoc autem patuit in templo in etate. 12. annorum quando in medio Doctorum diſputauit .

Iſai 35. Decimo De eius miraculorum operatione. Ecce Deus noſter , veniet, & ſaluabit nos tunc aperientur oculi cecorum & aures ſurdorum patebũt, & ſaliet tunc claudus ſicut ceruus ;

Mat. 10. hoc autem impletum eſt. Ite dicite Ioh: quæ vidiſtis Ceci vident &c.

Et iſta ſunt vel pertinent ad eius natiuitatem & probationem veritatis ante eius paſſionem: Modo videamus de pertinentibus ad eius paſſionem.

Zach.9. Vndecimo De eius humiliatione , Dicite filiæ Syon : ecce rex tuus venit tibi manſuetus ſedens ſuper Aſinam :

Mat.21. Hoc impletum eſt. Ite in caſtellum quod contra vos eſt &c.

Zach 11. Duodecimo De eius venditione, Apprehenderunt mercedem meam tri

Mat.26. ginta argenteos : hoc impletum eſt Math: At illi conſtituerunt ei triginta argenteos &c.

Hier. 9. Tertiodecimo De eius traditione Frater ſuplantans ſuplantabit in ore

Matt.26. loquetur pacem cum proximo ſuo & occulte ponet ei inſidias:hoc adimpletum eſt. Aue Rabi & oſculatus eſt &c.

Quar-

Quartodecimo de eius contriſta-
tione in orto, Anxiatus eſt in me ſpiri
Mat. 26. tus meus, hoc impletum eſt, Triſtis eſt
anima mea vſque ad mortem &c.
Quintodecimo De eius captione
Iſai. 53. voluntaria, oblat' eſt quia voluit, hoc
adimpletum eſt, ſurgite eamus, ecce
Mat 26 prope eſt qui me tradet.
Seſtodecimo De diſperſione Apo-
Zach. 13. ſtolorum, percutiam paſtorem & di-
ſpergentur oues, hoc impletum eſt,
Mat. 26 Relicto eo omnes abierunt & fugie-
runt.
Tre. 3. Decimoſettimo De Percuſsione Ma
xillæ, Dabit percutienti ſe maxillam:
mat. 26. Hoc impletum eſt Quidam aſiſtēs de-
dit alapam Ieſu.
Pſal. 26. Decim'ottauo De eius accuſatio-
ne. Inſurrexerunt in me teſtes iniqui:
mat 26. hoc impletum eſt, Nouiſsime autem
venerunt Duo falſi teſtes &c.
Decimonono, De taciturnitate, tā-
Iſai. 53. quam ouis ad occiſionem ductus &c.
hoc impletum eſt. tacebat & non re-
mat. 26 ſpondit ei verbum.
Vigeſimo De velatione oculorum
& nocturna percuſsione faciem tuam
Zach 12 in labis & non videbis terram hoc au
tem tunc expuerunt in faciem ſuam
mat. 26. & colaphis eum percutiebant.
Pſal. 2. Vigeſimoprimo De confederatio-
ne principum contra eum, Aſtiterunt
Luce 23 reges terræ & principes &c. & facti
ſunt amici herodes & Pilatus in illa
hora.
Vigeſimoſecundo De eius flagella-
mat 26. tione, & fui flagellatus tota die: tunc
aprehendit illum & flagellauit.
Vigeſimotertio De eius coronatio-
Cant. 3. ne, egredimini filię Syon & videte re-
gem Diademate coronatū, hoc Ioh.
mat. 19 Milites plectentes coronam de ſpinis
impoſuerunt Capiti eius.
Vigeſimoquarto De conſilio mor-
Sap. 2. tis, Circumueniamus Iuſtum quoniā
in ſuauis eſt nobis: hoc impletum eſt
Ioan 19 Ioh: mane autem facto congregati
ſunt principes &c.
Iſai. 53. Vigeſimoquinto De iniqua aſocia-
tione, Ipſe tradidit in morte animā
ſuam & cū iniquis deputatus eſt. tunc
Duo latrones cum eo crucifixi ſunt. mat 27.
Vigeſimoſeſto De diuiſione veſtis,
Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea &c. Pſal 21.
Hoc autem impletum eſt Ioh: & Mili
tes acceperunt veſtimenta eius: & fece Ioan. 19
runt quatuor partes.
Vigeſimoſettimo De eius illuſione
omnes videntes me Deriſerunt me:
& preter eūtes illo blaſfemabant eū. mat. 27.
Vigeſim'ottauo De oratione pro
inimicis, Ipſe peccata multorum tulit Iſai. 53.
& pro transgreſſoribus orauit: pater mat. 27
ignoſce illis.
Vigeſimonono De eius potatione
Dederunt in eſcam meam fel & in ſi-
ti mea potauerunt me aceto: Vas er Ioan. 19.
go poſitum erat aceto plenum illi au
tem ſpongiam aceto plenam Iſopo
circumponentes obtulerunt ori eius.
Trigeſimo De ſolis & terræ com- Iſai. 50
motione in morte ſua. A facie eius cō
tremuit terra: moti ſunt Cęli, Sol &
Luna obtenebrati ſunt, hoc autem A Luca 23
ſetta hora vſque ad horam nonam
tenebre &c. (Vide totum.)
Trigeſimoprimo De lateris aperi- Iob 16.
tione, Circundedit me hoſtis lan cea
ſua. ſed vnus militum lācea latus eius Ioan 19.
aperuit.
Trigeſimoſecundo De eius ſepeli-
tione, & erit ſepulchrum eius glorio- Iſa. 40.
ſum, Cum ſero eſſet factum &c. & po
ſuit in monumento nouo. Ioan. 19
Trigeſimotertio De eius reſurrectio Luca 23
ne. Domine probaſti me, &c. hoc
in die paſcæ, Ieſum queritis crucifixū, mat 27.
ſurexit non eſt hic, ergo Chriſtus eſt
qui venturus erat. marc. 16
Tertia Ratio miraculorum Chriſti
operatio, fundamentum huius ratio-
nis eſt, quia ex lege habeſ quod Chri
ſtus debet eſſe Deus. paruulus natus
eſt nobis (dic vſque ibi Deus fortis) Iſa. 9.
Quo fundamento ſtante .s. quod de-
bebat eſſe Deus, Probo ipſum Deum
eſſe, ratione vnica.
Faciens opera pertinentia ad Deū

eſt Deus, Chriſtus eſt huius modi ergo Minor patet quia vt ſupra cęcum vident, claudi ambulant &c. Contra Iudei ſic arguunt.

Primo .ſ. quod Chriſtus non fecit miracula ſed chriſtiani hanc inuentiuam fecerunt ad magnificadum Chriſtum & fidem ſuam.

Secundo Dato quod faceret huiuſmodi miracula, illa tamen non a teſtabātur veritatem in ipſo Chriſto quod patet quia & magi pharaonis fecerūt miracula virtute Demonum.

Tertio cōceſſo quod miracula eius a teſtarentur veritatem non tamen deitatem, Quia Moyſes & Helyas etiā miracula fecerunt non tamen fuerūt Deus.

Ad primum Reſp. quod ſi Iudei negent ea quæ ſcribuntur de Chriſto ab Apoſtolis .ſ. miracula &c. Pari formiter, omnia de quibus nos non habemus euidentiam poſſent negari vt de hiſtorijs Romanorum quamuis autenticis & de multis conſimilibus a plurimus ſcriptis. Hoc non debemus negare ergo nec de ſcriptis de Chriſto cum ea toti mundo fuerunt nota

Ad ſecundum di. quod non eſt ſimile de iſtis & illis quia miracula Chriſti fuerunt ad perfectionem hominis & quautum ad corpus & quantum ad animam iuxta illud ecce Iam ſanus .ſ. anima & corpore factus es &c. Miracula vero magiorum ad decipiendum homines fiebant & ad perſuadēdum falſitatem, quod patet quia nunquam potuerunt producere vermes vere exiſtentes & viuentes bene oſtenderunt Ranam Eneam eſſe viuam vel mobilem per deluſinnem ſenſuum. Exodi. 8.

Ad tertium Reſp. qnod Chriſtus operabatur virtute propria & Imperando vt Dominus, Moyſes vero & alij deprecando & virtute ſui ſuperioris .s. Dei. Ergo Chriſtus eſt qui venturus erat & alium non debemus amplius expectare, ò Chriſtiani, ò Iudei, ò Infideles. &c.

Nota pro hac materia exemplum vnum pulcherimum quo probatur Chriſtum filium Dei in prohemio Tertuliani a Marſilio Ficino recitatum. &c. Exemplū pulcherrimū.

De ſpe Venturi Meſſię.

Gaudete Dominus enim prope eſt. Phi. 4.

QVemadmodum Sperata boni dilatio ex teſtimonio diuinę ſcripturę, affligit animam: ita eiuſdem ſperati boni propinquitas ſummam af- pro. 13. *ferre iucunditatem ſolet Hoc autem quotidie in bonis minoribus experimur, cuiusmodi hęc terrena, et mortalia ſunt. Quanto ergo maior debet eſſe iucunditas ex propinquitate ęternorum, cęleſtiumque bonorum? immo uerò ex propinquitate ſummi Dei bonorum omnium auctoris: de quo in hodiernę, Epiſtolę Lectione dicitur. Gaudete. Dominus enim prope eſt.*

PRemiſſa Introductione ſequuntur iſta Puncta.

Primus punctus quid ſit ſpes: Auguſtin. de Ciuit: dei lib. 11 cap. 2. ſpes eſt uirtus qua quis ad id quod credit ſe perueturū preſumit. (Aug. de. ciui. dei: lib. 11: cap. 2.)

Secunda magiſter ſententiarum. Spes eſt uirtus qua ſpiritualia & eterna dona ſperantur. (Magiſter ſen: lib. 3 diſt. 26.)

Tertia Comunis à Theologis Spes eſt, expectactio certa futurę beatitudinis prouenieus ex gratia Dei, meritis pręcedentib. in qua quinq; particulæ.

Prima dicitur ex pectácio, ubi tangitur actus eius quod eſt expectare omnis enim ſperās expectat, licet non e contra quia expectatio poteſt eſſe de malo ut quartanarius expectat Febrem non tameu ſperat: Notandnm quod ſpes eſt de abſentibus ſolum quia preſentia non expectantur ſpes que uidetur non eſt ſpes &c. (Aug. in enchiri. dion.)

Scd'a dicitur certa & tangitur Formale & complementum actus & per hoc diuiditur à ſuſpitione uel diffidētia uel coniectura quę ſunt de futuris dubijs uidelicet ſi quis cras expectat amicum, pluuiā, nauem ſuam, non propterea dicitur ſpes, quia nō eſt certa illa expectatio ſed dubia & pluries contrarium euenitur. &c.

Tertia dicitur Futurę beatitudinis per quod tangitur obiectū principale ipſius ſpei quod eſt ipſe Deus & diuidit à ſpe alicuius boni exacti ut pecunię promiſſę, uel a ſpe alcuius dignitatis & per hoc apparet quod eſt uirtus Tehol. quia circa bonum tantum ſcilicet infinitum et differt a timore quod eſt de malo imminenti in ſe uel in opinione.

Quarta dicitur prouenieus ex gratiam dei & Tāgitur hic cauſa principalis iſtius boni acquiſiti ſcilicet Dei quia gratia Dei ē cauſa ſine qua non poſſum peruenire ad Deum & beatitudinem & dato quod in aliquo eſsēt infinita merita & opera bona non tamen ſine gratiam Dei &c.

Apoſtolus Non ſunt condignę paſſiones &c. Rom: 8.

Secunda dicitur ex meritis precedentibus, Tangitur cā diſpoſitiua quia hō per bona opera ſe diſponit ad Deum & ēt, hic cognoſcitur iuſtitia Dei, quia tantū dat beatitudine ēt bene merentibus, ideo di. ſpes eſt expectacio certa Future beatitudinis prouenieus ex gratiam Dei precedentibus meritis &c.

Secundus punctus An ſpes ſit uirtus Theolo. diſtincta a fideet caritate.

Tertius punctus An in beatis exiſtē-

tibus

ctibus in limbo uel nunc in purgatorio ſit iſta ſpes.

Quintus Punctus An damnati habeant iſtam ſpem.

Sextus punctus An in peccatoribus in hoc mundo ſit iſta ſpes.

Ad primã partẽ ſecundi puncti uĩ ꝙ non dupliciter primo quia actus uirtutis Teologicæ non põt ẽe exceſsiuus Exemplum non .n. põt eſt quis nimis credere deo uel nimis amare deum ſed actus ſpei poteſt ẽe exceſsiuus & inordinatus patet quia præſumptuoſus plus ſperat quam merita ſua exigant, ergo ſpes non eſt uirtus Theolo. ſed potius cardinal. ſecunda ſic Virtus Theolo. non poteſt eſſe media inter duas malitias quia non poteſt e ſſe extremum exceſſiuum quia uirtus Theologica habet ſemper deum pro obiecto per hoc .n. differunt a moralibus quia moralia habent bonum creatũ ſed ſpes eſt media inter deſperationem & preſumptionem ergo non eſt uirtus Teologica.

Ad Tertiam partem ſecundi punctis Reſpon. quia idem eſt obiectum ſpei Fidei & chari. quia ad Deum tendunt immediate. Item ſi ſpes eſt expectatio futuræ Beatitudinis ita Fides eſt & cæte. Item ſperare in domino & Deum amare & hæc eſt caritas. 1. cor. 13

Oppoſitum illud pau. nunc autem manet fides Spes, chari. &c. ſed inter fidem & cari. eſt ſpes ergo &c.

Ad hanc difficultatem Reſp. quod tres conditiones requiruntur ad uirtutem Theo. prima reſpicere Deum pro primo obiecto, ſecunda habere pro regula primam ueritatem ſeu legem dei quę eſt regula omnium actuum humanorum.

Tertia eſt ꝙ immediate infundatur a deo ſicut a cauſa efficiente, propter hoc apparet diſtinctio uirtutũ Theologicarum a cardinalibus quia Theo. habent bonum increatum pro obiecto Cardinales uero bonum creatum ut Iuſtitia, habet æquũ & Iuſtum, ab ſtinentia Cibum, fortit. arduum & terribile &c. Cum autẽ habeat deum pro obiecto iuxta eius deffinititionẽ expectatio, future beatitudinis & habeant regulam diuinam .ſ. uoluntatem dei diſponentem actus ipſius ſpei & certificationem & a deo in anima immediate infundatum patet quod eſt uirtus Theologica. Ad Arg. in oppoſitum.

Ad illud de exceſsu, dico, quod cũ Deus ſit quid amabile, infinitum non põt nimis a nobis amari, & ideo i actu ſpei non contigit dare exceſsum, ut in Virtutibus moralibus quia quis poteſt nimis diligere amicum, quam ſeipsũ nimis affectuoſe facere Iuſtitiam. Ad ſecundum Reſp. quod duplex eſt medium ſcilicet per participationem & per abnegationem utriuſque extremi primum eſt in uirtute cardinali uel morali ut liberalitas mediat inter nõ dare & nimis dare. Secundum mediũ eſt in uirtute Theologica ſicut inter deſperationem & præſumptionem quia nihil capit de utraque.

Ad Secundam partem ſecundi punctus di. quod ſpes non diſtinguitur a Fide & charitate obiectiue quia idem eſt opera unius & aliarum uirtutum Theologicarum, ſed diſtinguitur habitu quia alius & alius habitus. Theo. iiij di. 14.

Ad Tertium punctum aliqui dixerũt quod ſic & primo de Chriſto quia ab inſtanti ſuę conceptionis uidit eſſentiam diuinam & fuit beatus, & tñ habuit ſpem dum eſſet in hoc mundo Pſ. 10.
probatur. In te Domine ſperaui &c. Gloſa.
Vbi Gloſa d. quod illud intelligere in perſona Chriſti &c. Secundo de Angelis patet quia dicitur quod angeli fuerunt beati a principio & ſic uiderunt continuo diuinam eſſentiam & tamẽ habent ſpem quia obſequia quæ preſtant hominibus in cuſtodia eorum, &c.

Item Gaudium eſt Angelis ſuper uno peccatore &c. gaudent. i. ſperant de ſalute illius. Item. In quem deſiderãt angeli proſpicere. Tertio De beatis animabus Luce 15 prima petri. cap. 1.

mabus patet, quia uident & habent beatitudinem & tamen ſperant & deſiderant uniri corporibus ſuis & expectant glorificationem corporis quare &c.

Reſpond. quod nec Chriſtus nec angeli nec animæ beatę & exiſtentes in paradiſo habent ſpem, ratio quia re mota ratione formali eſſendi alicuius rei. Tollitur & ipſa res exemplum remota forma naturali a corpore remanet idem ſecundū ſpeciem, uel ſicut, ſi remoueatur anima rationalis ab hoīe non eſt homo, & cęte. uel de uiſibili remota luce uel colore & c. ſed obiectum ſpei eſt beatitudo, ut eſt futura ut dicitur in diffinitione eius ergo ſequitur quod cum beati uideant & poſſideant illud bonum quod in eis, non eſt amplius ſpes.

Vnde Auguſt. quod ſpes quę uidet non eſt ſpes &c.

Ad clariorem doctrinam notandū quod duplex eſt Gaudium, primum eſſentiale & eſt quod habetur in eſſētia & de eſſentia diuina, uiſa, exemplū quā eris in patria illa uidebis & frueris eſſentia ipſa diuina. Secundum Accidentale & eſt quando de aliquo creato. habetur ut angeli de ſalute hominum, Animæ de unione ad corpus & de ſalute etiam amicorum, Vel dicendum quod ſpes capitur dupliciter proprie & ſic eſt ſolum expectatio premii ęternæ beatitudinis.

Secundo large & ſic poteſt dici ꝙ ſpes eſt expectatio gaudii accidentalis.

Ad primum de Chriſto dico quod Chriſtus fuit ſimul uiator & comphenſor, ut uiator habuit corpus paſſibile, ſicut nos & mortale & potuit iſto modo habere ſpem de glorificatione ſui corporis poſt reſurrectionem, & ſic etiam animæ beatorum eſt hęc ſpes improprie & large, quia gaudium accidentale eſt, ut uero comphenſor non habuit ſpem, non poſſibilitatem non moralitatem quia deus &c.

Ad illud De Angelis ſperantibus ſalutem hominum, & de animabus beatis ſperantibus uniri corporibus & gaudentibus. de ſalute amicorū Reſp. quod intelligitur ibi de gaudio accidentali non de eſſentiali uel. d. quod intelligitur de ſpe improprie & large & non de ſpe proprie.

Ad Allegationem ſupradictarum rationum reſp. quod non tenetur ꝙ angeli a principio fuerint beati, illa beatitudine perfecta, quia ſi fuiſſent in principio ſuę creationis Beati perfecta beatitudine non potuiſſent peccare, ut modo ſunt exiſtentes in patria, quia a deo ſunt beati & confirmati in gratia quod non poſſunt demereri. *Vide ſco. in ſcum. di. 5. q. 2*

Ad Quartum punctum &c. Videtur quod non quia illi antiqui erant certi & qui ſunt nunc in purgatorio ſunt Certi quod non poſſunt damnari, Immo quod habebūt beatitudinem, quare non indigent ſpe ut ſtent in expectatione beatitudinis adipiſcende.

Contra Antiqui patres non habebant, & nunc in purgatorio Exiſtentes non habent beatitudinem, quare illis ſpes erat poſſibilis. Reſp. quod in antiquis patribus & nunc in purgatorio etiam eſt ſpes & patet in diffinitione, quia eſt expectatio future beatitudinis, pro clariori doctrina Notandum quod ad habendum ſpem beatitudinis tria requiruntur, primo quod non habeant actu premium beatificū propter quod diximus in beatis non eſſe ſpem. Secundo quod non habeāt contrarium habitum uel impeditum ut eſt deſperatio, uel certificatio de non poſſe conſequi propter quod poſſemus dicere quod in damnatis non eſt ſpes, uel impedimentum ut eſt deſperatio, uel certificatio de non poſſe conſequi propter quod poſſemus dicere quod in damnatis non eſt ſpes.

Tertia quod ita duo præcedant, ſ. gratia dei & merita hæc autē tria ſunt in exiſtentibus in purgatorio, uel erāt in

in antiquis patribus in limbo exiſtentibus quia nullus eorum eſt aſſecutus beatitudinem nec habent habitum cõtrarium ,ſ.incompoſſibilem beatitudini & habet merita præcedentia & gratiam Dei in qua deceſſerunt ergo in eis eſt uera ſpes. Vnde Beda inquit qđ patres Antiqui in limbo felici ſpe ingreſſum celeſte expectabant.

Bona. in 4. diſtin. 20.

Ad argumentum in contrarium ꝙ illi erant & ſunt certi de Beatitudine quod certi erant & ſunt ſe non poſſe damnari , non propter aſſecutionem gloriç,quia adhuc illam non habebãt uel non habent,ſed propter confirmationem lib. arb. quod eſt extra ſtatum merendi notandum quod exiſtentes in limbo uel purgatorio habent confirmationem lib. arb. & non poſſunt amplius mereti nec de mereri,& talis confirmatio non euacuat ſpem , licet ponat extra ſtatum uertibilitatis lib. arb. ut ſcilicet non poſſit malum uelle Vnde Beatus non ſolum eſt certus beatitudine ſua , eo quod non poſſit damnari , ſed etiam tenet actum beatitudinem quam ſperabat, ideo beatis ſpes non eſt neceſſaria , ſed bene iſtis qui actualiter illam non habent , ut patres antiqui & exiſtentes in limbo & in purgatorio, Vel certitudo duplex ſcilicet uite patrie primo non Tollit ſpem quia exiſtentes in uia , uel in purgatorio uel in limbo habent ſpem ſcđa uero ſic quia in patria habent quod tanto tempore deſiderant.

certitudo duplex

Ad Primum Punctum quod ſic, Demones creduut & contremiſcunt , ſicut ergo illis eſt fides, ita & ſpes & ſic dicendum de damnatis.

Iacobi 2

Item ecce ſpes eius Fruſtrabitur eum: ibi loquitur de diabolo ergo in ipſo eſt ſpes.

Iob 41.

Item Ratione , omnes naturaliter appetunt beatitudinem ergo damnati deſiderant illam.

Contra diſtinitio ſpei quod di. ꝙ ſpes eſt expectatio certa future beatitudinis, Damnati ante non expectant illam immo ſunt certi de perpetuitate penç ideo deſperant non ſperãt, Aug. ad cumulum damnationis ſuç de ſpe rauit. Reſponſio ſecundum perfectos doctores quod in inferno et in damnatis non eſt ſpes Vnde notandum ꝙ ſicut ad prefectam beatitudinem neceſſario requiritur perpetuitas glorię ita ad miſeria damnatorum requiritur perpetuitas pęnalitatis,& ſicut Beati confirmati ſunt in beatitudine & certi facti ſunt ut ſciant ſe non poſſe peccare uel damnari, Immo perpetuo frui Deo , Ita & damnati confirmati ſunt in malitia ſua , & certi ſunt & ſciunt ſe nõ poſſe inde exire aut ſaluari Cum ergo obiectum ſpei ſit beatitudo ut poſſibilis haberi auxilio & ordinatione, diuinam , patet quod illi non poſſunt habere ſpem , Cum ſciant impoſſibilem ſibi eſſe beatitudinem , & hoc eſt quod. d. Iob , de damnatis. non credit quod reuerti poſſit de Tenebris ad lucem, ſi ergo non credit damnatos poſſe inde Exire quomodo poterit ſperare unde. d. Glo. ſuper Illud Iob , quod ſicut inuolutus tenebris luce deſperat, ſic etiam damnati deſperant: unquã poſſe exire de tenebris & penis inferni.

Aug. de civ. dei cap. 1

Iob 15.

Gloſa.

Ad Primum quod dæmones habeant fidem & per conſequens ſpem.

Reſpondeo quod habent fidem in formẽ non tñ habent ſpem ſic & dãnati Notandum quod fides in formis eſt credere abſque gratia & caritate, ut hõ Exiſtens in peccato mortali habet fidem in formem Damnati ergo poſſunt credere deum eſſe & in celo beatificare bonos & de Iudicio & huiuſmodi, non tamen poſunt ſperare illam beatitudinem ipſis futuram.

Ad Secundum ad Iob reſp. Grego. quod hoc dicitur de ſpe uictorie contra bonos.

Grego.

Ad Tertium Reſpondeo quod non ſequitur per hoc quod habeant, ſpem quia ſpes dicit actum elicitum quo ſperans tendit dum premiantem.

Ad

Ad Sextum Punctum, Videtur quod non, quia in diffinitione habetur quod ſpes prouenit ex gratia Dei & meritis, ſed peccatum nullum iſtorum habet, ergo & ceter.

Augu. Vnde Auguſtinus, ut magiſter allegat ſine meritis aliquid ſperare, non ſpes, ſed præſumptio dici poteſt.

Contra, omnes homines peccant & tamen omnes ſperant conſequi beatitudinem, aliter nullus ſaluaretur, quia vana, Reſpon. Bonau. quod per quatuor poteſt aliquis exire in actum ſperandi, ideſt, ſperare. Bona.

Primo aut enim ſperat habendo merita in propoſito, radice & in effectu ſicut Homo Iuſtus qui diu domino ſeruiuit, & iſte actus eſt ſpei formatę & exercitatę, quia cum charitate, & ſic huic ſpei ſuccedit prẽmiũ, quia bene ſperat.

Secundo aut ſperat habendo merita in propoſito & in radice, ſed non in effectu, ſicut ille qui ante bonum vſum uirtutum poſtquam ſuſcepit gratiam, expectat beatitudinem, & per illam ſperat ſaluari, & iſte actus eſt formatæ, & primo infuſæ ſpei, & ſic bene ſperat.

Tertio aut ſperat habendo merita in propoſito tamen, non tamen in radice nec in effectu, ſicut ille qui peccator eſt, tantũ proponit multa bona facere, & per illa ſaluari, & iſte actus eſt ſpei informis.

Quarto aut ſperat neutro modo habendo merita, ſicut peccator perſeuerans in malis credens per miſericordiam ſolam Dei ſaluari, & iſte actus eſt proſumptionis & male ſperat quia damnatus.

DOMINICA IIII. ADVENTVS

Luc. 3. *De conformitate voluntatis diuinę & humanę.*

Cor. 4. *Parate uiam Domini & rectas &c. Luc. 3.*

Vel Nolite ante tempus iudicare quoaduſque ueniat, &c. Cor. 4.

Experimento compertum eſt ſtatuarios, atque Pictores artis ſuę peritiam magis extollere, qui uel exculpendo, uel pingendo magis ad uiuum rerum imagines exprimant. In nobis quidem diuinitatis relucet imago, naturali ueluti impreſſione facta in potentijs animę à ſapientiſſimo opifice Deo Sed preter naturaliter inſitam imaginem multò ſpetioſior, gratiorque Deo eſt imago libera, & uoluntaria, per quam ipſimet Deo in uirtutibus, & uitę rectitudinẽ conformamur. Ad quam conformitatem nos inuitate hodie Precurſor Chriſti ſaluatoris noſtri inquiens. Parate uiam Domini rectas facite ſemitas Dei noſtri.

EXquo, Epiſtolę omnes atque Euangelia iſtius ſancti Chriſti Aduentus, aperte oſtendunt uoluntatem Dei mittentis animum ſuum, atque manifeſtant uoluntatem diuinam ut ſalui efficiamur, merito quatuor uidebimus.

Primo An uoluntas humana poſſit conformari cum uoluntate diuina.

Secundo An Deus diligat omnes æqualiter.

Tertio Quod modis uocat nos deus uel uult nos conformari ſecum.

Quarto Quid acquirit homo conformando ſe uoluntati diuinę.

Quantum ad Primum Aliqui auſi ſunt dicere quod uoluntas Humana non poteſt conformari cũm uoluntate diuina duobus medijs, & primo ſic ſicut exaltantur cæli à terra ita exaltatę ſunt uię meę à uijs ueſtris, & cogitationes meę à cogitationibus ueſtris,. Gloſa autem di. ſuper hoc, quantum diſtat Deus ab homines tantum diſtat uoluntas dei à uolũtate hominis ergo Voluntas humana cum Volũtate diuina non poteſt &c.. (Iſa. 55.) (Gloſa.)

Tertium fundamentum eſt, infinite diſtantię nulla eſt conformitas, Sed deus & homo diſtant in infinitum, ergo non poſſunt cõformari. Opinio aut uera, hæc eſt, quod poſſint conformari & probatur dupliciter.

Primo tali ratione Quando una uoluntas poteſt perfecte obedire alteri, ambe poſſunt conformari, Sed humana uoluntas poteſt perfecte obedire diuinę, ergo poſſunt conformari. Minor probatur quia ſi iſtę duę uolũtates non poſſent conformari Deus non obligaſſet hominem ad preceptorum obſeruantiam.

(Mat. 12.) Secundo Tali auctori. Chriſti omnis qui facit uoluntatem patris mei qui in celis eſt, ille eſt frater meus & illa ſoror, Sed non di. eſſe frẽm. uel ſororem per propinquitatem ſanguinis quia Chriſtus fuit filius unicus. ergo per conformitatem uoluntatum ergo iſtę duę uolũtates poſſunt cõformari.

(Bõ. i primo di. 48. q. 1) Ad hanc quæſtionem magiſtraliter dico quod poſſunt conformari, quia ſunt duę uoluntates quæ poſſunt uelle idem ad eundem finem.

Vt hodie patet in Euang. parate uiam domini, poſſumus ſi uolumus & debemus parare uiam domini Venturi ergo poſſumus conformari. Vel dicas cum Epiſtola Nolite ante tempus iudicare quoadusque ueniat dominus poſſumus ſi uolumus, non iudicare quemquam ſed ipſum iudicem expectare.

Ad aucto. ergo Iſa. & ad Glo. Reſp. quod ibi intelligit de obſtinatis quia uoluntas Dei eſt quod iuſtitia habeat locum &c.

Ad rõnẽ de diſtantia Reſp. & concedo quod infinite diſtantiæ nulla eſt conformitas in entitate, ſed nego quod nullã ſit cõformitas in uoluntate, exemp. Pontifex eſt Romæ & ego hic Ferrarie, & tñ poſſumus ſi uolumus conformari ergo Voluntas humana poteſt conformari cum uoluntate diuina, ergo poſſumus parlare uiã domini, ſicut uult ipſe Domin⁹ uel expectare ipſum iudicem ad iudicandum..

Ad Secundum aliqui dixerunt ꝙ ſic & probauerunt Ratione Auctoritate & exemplo. ratione ſic. ille qui eſt paratus dare omnibus idem bonũ. & omnes ad illud uocat, diligit eos æqualiter exemplum de p̄re familias uocante omnes ſuos filios ad ereditatem, ſed Deus eſt huiuſmodi. omnes ſitiẽtes uenite ad aquas ergo &c. Auctoritate, Puſillum & magnum diligit Deus, & eſt ei cura equaliter de omnibus.. (exemplũ) (Iſai. 55.) (Sap. 6.) (Mat. 5.)

Deus ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos &c. ergo Exemplo, quia Deus mittit filium ſuum pro omnibus, ergo æqualiter diligit omnes &c..

(Dio. de di: no: cap. 4.) Et ſi quis dicat quod uerus amor amantẽ extra ſe ponit, exemplum de patre uel uera matre que a deo tantũ diligit filium uel filiam, quod ſæpe ex ſe &c. ſed non eſt dicendum ꝙ deus extra ſe ſit poſitus, ergo iõ non eſt uerus amor, ergo non diligit nos uel nõ mittit filiũ ſuũ ut nos oẽs rdimeret. Itẽ alio modo poſſet aliquis dicere, ſi D⁹. diligeret nos oẽs, aut iſte amor eſſet amor cuncupiſentie aut amicitie, non primo quia Deus non indiget iuuamine noſtro, non Secundo, quia amicitia noſtra nichil deo iuuare poteſt ergo

in Deo

in deo non eſt extra ſe Reſp. ꝙ actus dilectionis Dei poteſt conſiderari dupliciter primo in ſe abſolute, & ſic quia immutabilis equalis, permanens, & ſtabilis æqualiter diligit omnes & eſt indifferens, Secũdo modo quantum amor Dei tranſit & cadit ſuper obiecto ſcilicet ſuper nos operantes in hoc mundo & ſic non æqualiter diligit, ſed ſecũdũ maiorita tẽ & minoritatẽ meritorũ quia quidã ſũt magis diſpoſiti ad accipiẽdũ amo rem & quedam non exemplum de ſole ſuper lutum ipſum liquefaciente. quare hoc. Reſp. quia alia & alia eſt diſpoſitio iſtarum duarum materierum & non hoc prouenit ex parte ſolis qui eſt equalis iſtis duabus, materijs.

Scot.⁹ in 2 diſtinc. 7. & in 3 diſtinc 11. et 27

Vel exemplum de uenientibus ad predicationem quia quidam tradũt memorię & bene operanť quidam autem ueniunt ad pompam & ut teneantur chriſtiani, hoc autem non eſt ex cauſa predicatoris ſed ueuientium ad predicationem.

Ad inſtantiam de amore amantẽ extra ſe ponentẽ Reſp. qđ illa auctoritas debet ſic intelligi. ſcilicet ꝙ amans vult omne bonum amato, & nihil ipſi mali vult. & ſic deus amat nos & nihil mali uellet nobis

Ad illud de amorem concupiſcentię velamicitię Reſp. ꝙ deꝰ diligit nos amore concupiſcentię non quod indigeat noſtro iuuamine, ſed quia vult quod omnia ab ipſo ordinata ad ſalutem, noſtram habeant locũ &c. Vnde Au. creauit Deus hoiem utſummum bonum intelligeret intel ligendo amaret, amando poſſideret, & poſſidendo frueretur &c. Secundo diligit nos amore amicitię non quia amicitia noſtra ſibi iuuare poſſit, ſed quia creauit nos maxima amicitia: ſ. ad ſuam imaginem & ſimilitudinem ſed quia omne ſimile diligit ſibi ſimi le, ergo Deus diligit nos & pro nobis omnibus mittit filium ſuum, & ſic

Sco. in 4 ſent. diſtinc. 49. q. 5. & in quolib q. 7. Augu.

nos omnes debemus parare uiam do mini, & rectas facere ſemitas eius, uel non debemus iudicare ut di. Pau. ho die ſed ipſum iudicem expectare.

Ad Tertium Reſp. quod deus. x i i modis uocat nos ad cælum, Ideo debemus conformare uoluntates noſtras, cum uoluntate Diuina.

Primo uocat nos per creationem, quia quelibet creatura habet naturalem inclinationem ad ſuum finem.

Secundo uocat nos per angelum cuſtodem ut cuſtoditi aſcẽdamus ad gloriam.

Tertio per inſpirationem uocat, Aperi mihi ſoror mea ſpõſa &c. *Apoc 3.*

Quarto per x. p̃cepta ſi uis ad uitam ingredi ſerua mandata. *Mat. 19*

Quinto uocat nos per prophetas, in ueteri & in nouo Teſtamento miſ ſos & occiſos. *Luc. 11.*

Sexto uocat nos per proprium filium In propria uenit. & ſui eum nõ receperunt.

Septimo per doctrinam Chriſti nobis declaratam & per ſanationes corporum noſtrorum.

Octauo per diſcipulos predicantes, docentes, admonentes, & uiam paradiſi demoſtrantes.

Nono uocat nos in cruce di. Ven. ad me omnes quod lab. & one. eſtis & ego reficiam uos. *Mat. 11.*

Decimo Per reſurectionem uocat nos, quia reſuſitatus aparuit nobis.

Vndecimo Per aſceſionem, quia aſcendens Chriſtus in altum captiuã duxit captiuitatem.

Duodecimo Per miſſionẽ Spiritus ſanctui, & per inſtitutionem uel obſeruationem. i i. articulorum fidei.

Ad Quartum Reſp. quod acquirit quinque beneficia, quorum.

Primum eſt quod conformans ſe uoluntati diuinę deum amiſſum pro pter peccatum, & gratiam ſuam recuperat, unde notandum quod ſicut in trinitate ſunt tres perſonę ita in

Quomodo in anima noſtra ſint tres manſiones. anima ſunt tres manſiones iſtarum trium perſonarum diuinarum Prima eſt memoria in quia pater debet habitare. Secunda eſt intelle͞ts in qua Filius qui eſt intelligentia patris debet habitare.

Tertia eſt uolũtas in q̃ua Spũſſctũs habitare debet, Vnde Chriſtus pro ſe, pro patre, & pro .ſ.ſc͞di.& ad eum

Ioan 14. .ſ. hominem ueniemus & manſionẽ apud eum faciemus. Quãdo ergo homo conformat ſe uoluntati diuinę. illę tres manſiones apertę ſunt illis tribus perſonis & e contra.

Secundum eſt Quod conformans ſe uoluntati diuinę angelum ſuum

Luce 15 Cuſtodem lętificat, Vnde Chriſtus Gaudium eſt angelis &c.

Tertium Beneficium eſt quod per ipſam conformitatem ſanctos lętificat quod ſancti poſt modum gloriã pro eis deſiderant In lætitia egrediemini (.ſ. à mundo, & in pace deducemini) .ſ. ad patriam, omnes montes & colles (.ſ. ſancti ſpiritus, cantabunt deo coram &c. Iſa 55

Quartum eſt quod conformans ſe deo, demonem confundit quod oppoſitum uellet damnationem.

Quintum eſt quod conformans ſe deo, ſpiritu ſuo, ſemper uidet creatorem ſuum, ergo debemus nos conformari & uiam domini uenientis preparare, & ipſum uenientem expectare ut gratiam in hoc mundo & gloriam in alio habeamus.

DE NATIVITATE CHRISTI ſuper primum Euangelium.

Euangelizo uobis gaudium magnum quia natus eſt Vobis hodie &c. Lu. 2.

Luce 2 *Vel Gloria in excelſis Deo & in terra Pax hominibus bonę uoluntatis.*

Quam plurimę ſunt tum priuatę tum publicę humanorũ gaudiorum cauſę At nulla omnino de eſt feſtiuitati huiuſmodi, in qua & Cęli, & Terra, & quique Cęlicolę, & Terrigenę prę nimia lætitia concinunt, & exultant immo & ſancti patres in Limbo detẽti mira iucunditate exhilarantur ob natale ſaluatoris tot ſeculis expectatũ. et nos ſimiliter exhilarari decet, atque omnia ſigna ſpiritualis exultationis oſtendere, recolentes fauſtisſimum Angelorum nuntium, quia natus eſt nobis hodie ſaluator: quia glorioſus in immẽſitate bonitatis ſuę apparuit Deus, & Pax facta eſt ominibus bonę uoluntatis ex beneficio ineffabili humanę redemptionis, de qua nobis futurus eſt ſermo.

INTRODVCTIO MATERIE.

Diſputatur An aĩa hũa per incarnationem Chriſti debebat redimi, Quidam dixerunt q̃ nõ, quia aut opera dei ſunt perfecta aut non, non Secundo quia à perfecto non ſequitur niſi perfectũ, ſi ſic intelle͞ts humanus eſt immediate opus dei, ergo immediate eſt beatus, ergo homo non indigebat quod Chriſtus ueniret ſua incarnationem ad eum redimẽdum. Reſp. quod eſſe hominis poteſt dupliciter capi. ſ. eſſe Sen. in 4 d. 49. q. 1

naturæ

naturę & eſſe glorię. primo Deus fecit hominem perfectum quantum ad primum eſſe naturę & quantum ad perfectiones neceſſario conſequentes illud eſſe, quia. ſ. dedit homini intellectum uoluntatem, & memoriam ut intelligeret uellet & memoraretur.

De Secundo eſſe. ſ. glorię di. quod non fecit hominem perfectum perfectione glorię, quia non fecit hominem beatum, ſed bene docuit & oſtēdit media ad acquerēdum ipſam beatitudinem, ut obſeruaret precepta & huiuſmodi. Cum ergo ipſa noſtra humana per lapſum primorum parentum cecidiſſet ergo indigebat incarnatione Chriſti ueri meſſię. de qua incanatione aliqua uidebimus ſup primo Euangelio.

Primum quibus annuciatum ſit iſtud gaudium, Ibi Euangelizo uobis gaudium magnum.

Secundum quotuplex eſt Natiuitas Chriſti, Ibi quia natus eſt uobis hodie &c.

Tertium Quod modis ſaluati ſummus à Chriſto, ibi, ſaluator mundi &c.

Quartum Qualis ſit iſte ſaluator qui hodie nobis natus eſt.

Quintum Que nam utilitas per iſtā incarnationē, Ibi gr̄ia in excelſis deo.

Sextum Quotuplex pax ſit hominibus acquiſita Ibi & in terra pax hominibus.

Septimum An omnibus hominibus, an tantum hominibus, Ibi bonę tatis.

Quantum ad primum duo queruntur, primo quibus ānūciatum ſit iſtud gaudium.

Secundo qui fuerunt illi qui ſuſceperunt gaudium iſtud,

Ad primum Reſp. quod paſtoribus annunciatum eſt, ut patet in Euangelio prime miſſę. Si autem queras an ſolis paſtoribus annunciatum ſit, quidā dixerunt quod non, quia Deus manifeſte ueniet, igitur omnibus manifeſtabitur Reſp. quod non debuit eius natiuitas omnibus manifeſtari, Ratio quia per demones fuiſſet impedita Talis incarnatio iuxta eorum poſſibilitatem. Ad aucto. di. quod loquitur de Aduentu Iudicij in quo manifeſte apparebit.

Si iterum queras quare magis paſtoribus quam ceteris anunciatum ſit. Reſp. quia chriſtus uoluit oſtendere ſuam humilitatem, humilibus & ſimplicibus ſe manifeſtantibus, ſuperbis deus reſiſtit humilibus dat gratiam, Iacobi 4

Ad Secundum Reſp. fuit gaudium generale. ſ. in celo, ī terra, & in īferno

Primo in celo ut de Angelis qui gauiſi ſunt & hic etiam dicendum eſt de ſtella &c.

Secundo in terra quia paſtores, ſimiliter magi, & omnes populi gauiſi ſunt.

Tertio in inferno, quia patres ibi eum expectantes, gauiſi ſunt.

Ad Secundum principale. Reſp. quod natiuitas Chriſti eſt triplex. ſ. æternalis, mentalis & temporalis, prima dicitur eternalis quia uerbum diuinum incarnatum à patre. in inſtanti ęternitatis eſt genitus, In principio erat uerbum & uerbum erat &c. Ioan. 1.

Secunda dicitur mētalis quia Chriſtus per fidem naſcitur In mentibus hominum: quia ſicut ſole exiſtente ſuper terram dies eſt, ita dum Chriſtus ſol iuſtitię habitat in cordibus noſtris illuminamur & in tenebris non ābulamus

Tertia dicitur temporalis quia natus eſt Chriſtus de Maria Vir. que non fuit æterna ſed temporalis, unde Euāgeliſta di. poſtquam impleti ſunt dies Marię ut pareret & peperit filium ſuū primo genitum.

Ad Tertium Principale Reſp. quod tripliciter liberati & ſaluati ſumus.

Primo à diuina iracundia, eramus enim nos omnes filij irę ſicut &c. iuxte illud In obedientia primorum parē

tum

An ſcien breuc de bono. tum iuſtitię debitę nuditatis fuit cauſa per quam omnes facti ſumus filij irę & ab hoc malo Per Chriſtum liberati ſumus, quod etiam figuratum eſt Gen. 4. Gen. de Ioſeph qui liberauit populũ Iſrael a miſeria famis, ſic Chriſtus ſaluator ſaluauit nos à miſeria infernali &c.

Secundo ſaluati ſumus à diabolica ſeruitute quia an Aduentum Chriſti Diabolus tirannice, genus humanũ poſſidebat, à qua tirannide ſalui ſumus, cum inimici eſſemus recõciliati Rom. 5 ſumus deo Chriſtum.

Tertio ſaluati ſumus à perpetua dãnatione, nam peccatum cum ſit culpa ad ipſum neceſſario ſequitur pena, quam pena ſaluator noſtre Excluſit, ideo ecclia in ſer. hodiernę feſtiuitatis, dicit Dei nãque filius ſecundum plenitudinem temporis quam diuini cõſilij in crutabilis altitudo diſpoſuit, recõciliandam auctori ſuo, naturam generis ſumpſit humane ut inuentor mortis Diabolus, per ipſam quam uincerat uinceretur.

Ad Quartum Principale Reſp. ꝙ iſte ſaluator qui nobis natus eſt ex tribus commendatur Primo ex generis claritate & hoc patet ex ei⁹ genea Math. 1 logia Natus eſt ergo ex primo patriarchus, quia di. filij habraam.

Secundum ex regibus, quia di. filij dauid Tertio ex ducibus, quia di. ut de neptalim, de ſalatiele ducibus.

Poſtea ex uirtutis ſublimitate, ut patet de eo cum in ſua etate 12. annorum inter doctores ſic ſubtiliter diſputauit, ut omnes dicerent nunquam ſic locutus eſt homo in mundo.

Deinde ex ciuitatis dignitate, Quia Ciuitas nazareth eſt ſita in medio mũdi, ſecundum Iſidorũ et ideo moraliter fuit medium interdum hominem.

Ad Quintum principale Reſp. ꝙ non ſolum natura humana, ſed etiam Angelica plurima beneficia per iſtam natiuitatem ſuſceperunt, ideo iure gratitudinis Angeli hac nocte in ſignũ gratiarum actionis laudes deo de cãtauerunt di. gloria in excelſis Deo, Si queras quæ nam fuerunt beneficia angelis à Chriſto collata, Reſp. ꝙ tria.

Primum quia per eum natum, fuit eorũ hierarchia reparata, hoc patet ꝑ prælium illud magnum, factum inter michaele & angelos eius, & inter luciferum cum ſuis ſatelitib. De quo, prælio, habetur Ciuitas celeſtis paſſa eſt maximam ruinam, cum deuicto lucifero ipſe ceciderit e celo, & ſecum quaſi Tertiam partem angelorum traxerit, Ideo dom⁹ celeſtis paſſa eſt & Apoc. 12 ſedes multæ uacuæ remanſerunt, quæ niſi per homines ſaluandos per Chriſtum debebant repleri, Vnde Augu. Aug. De mortali progenie merito iuſte que damnata, deus ſua gratia tantum populum colligit ut inde ſupleat partẽ quæ lapſa eſt angelorum.

Secundum Beneficium eſt quod ꝑ talem Natiuitatem eorum cuſtodia eſt roborata, unde Notandum eſt ꝙ angeli nedum nunc cuſtodunt nos ſed à principio creationis animæ deputantur cuſtodiæ noſtre, Vnde Hiero. magna eſt dignitas animarum ut unus quiſque à principio ortus ſui habeat angelum delegatum. Si dicas Quid proderat ante Chriſti natiuitatẽ angelorum cuſtodia, cum omnes dãnaretur. Reſp. nihil, oportuit ergo Chriſtnm naſci ut nos ſaluaret & ut cuſtodia angelorum que nulla erat roboraretur.

Tertium Beneficium eſt, quod per Talem incarnationem, eorum ecclesia Fuit illuſtrata, ſicut n. Sol iſte materialis illuminat omnia per eſſentiam ſuã, ſic Chriſtus eſt ſol ſpiritualis & lux uera qui illuminat oẽs nnturas tam inferiores ut homines quam ſuperiores ut angelos, quę tria beneficia angeli cognoſcentes illa, non ingrati cantarunt Deo laudem di. Gloria in altiſſimis deo.

Ad Sextum Principale Reſpõ. ꝙ per natiuitatem Chriſti, Quintuplex

pax

pax eſt hominibus acquiſita. Prima dicitur Monoſtica Pax, & eſt unius ad ſe ipſum .ſ. ſuipſius, dicitur .n. à Monos grecę quod eſt unius latine, Vnde monaſtici dicuntur, qui uitam ſolitariam ducunt, hanc pacem intulit nobis Chriſtus quia poſuit cōcilíú inter rationem ſeu intellectum & ſenſualitatē ſeu uoluntatem, & ſic inter has duas potentias, per Chriſtum pax facta eſt.

Iconom.

Secunda pax dicitur Iconomica & eſt inter eos qui habitant in eadem domo, dicitur.n. ab Icos grecę quod latine dicitur unum. Hec pax facta eſt inter partem ſenſitiuam & partem intellectiuam quę habitant in homine ut inter intellectum uel rationem dictantem caſtitatem, & carnem uolentem concupiſcentiam, Vnde Caro pugnat Contra ſpiritum &c.

Tertia polithica.

Tertia pax dicitur polithica eſt, hec eſt illorum qui habitāt in eodem regno, quę condonata eſt nobis per natiuitatē Chriſti iuxta illud dauid, Orietur in diebus eius, iuſtitia & habundātia pacis, ideo & in terra pax.

Quarta Ierarch.

Quarta pax, eſt Ierarchica, quę eſt inter creaturas rationales: & hec eſt illa quę eſt inter angelos & homines, ante autem natiuitatem Chriſti erant inimici, quia iſti .ſ. angeli erant ciues dei & paradiſi, homines uero ciues diaboli, & inferni, inter quos nunc per natiuitatem Chriſti orta eſt, pax non erat inter illos quia angeli erant ſubditi deo per bona opera, homine diabolo per mala.

Quinta Ietrarchica.

Quinta pax dicitur Ietrarchica, & hec eſt inter deum & creaturam rationalem, maxima.n. inimicitia inter deū & hominem propter peccatum orta eſt, quam oſtendit deus, ex hoc quod expulit primos parentes eſt paradiſo deliciarū per natiuitatem autem facta eſt pax, iuſta illud dauid Miſericordia, & ueritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculata ſunt. Pſal. 84.

Ad Septimū principale Reſp. quod ex uerbis primi Euangelij hodierni colligitur, & uidetur quod hec pax non fuerit anūciata omnibus hominibus, ſed tantum hominibus bonæ uolūtatis, homines autem non ſunt omnes bonę uoluntatis p3 ut ergo. Si dicas q ſunt, omnes bonæ uoluntatis Reſp. ꝙ ſunt quinque genera hominum, Primi qui peccata odiunt nam peccatū non ſtat in uoluntate bona, & ubi eſt peccatum ibi eſt bellum, & per cōſenſus non eſt pax illis anuciata Secundi ſunt qui iuſtitiam diligunt & bona opera ſequunt̄ Dilexiſti iuſtitiā & odiſti iniquitatem: Pſal. 44. Terti ſunt qui Deum ſuper omnia diligunt & legem ſuam ſeruant Pax multa diligentibus legem tuam, Pſal. 118. Quarti ſunt qui proximū ſicut ſeipſos diligunt Qui odit fratrem ſuū omicida eſt. Iohan. 3 Quinti ſunt qui mundana poſt ponunt & cæleſta querunt qb. ab angelis nunciata eſt pax, & ideo merito hominibus bonæ uoluntatis.

Alia Materia de incarnatione, Pro Tertio euangelio.

Verbum caro factum eſt & habitauit in nobis. Ioh. 1.

MAgno diſcrimine dignitatis creati à Deo, & recreati ſumus, creati ut homines eſſemus, recreati, ut eſſemus Dij. facta que eſt hęc noua creatio noſtra per Chriſtum, qui utranque complexus naturam, Deus cũ ſit, homo factus eſt, ut nos homines Deos faceret quod miſterium prędeſtinitũ ante omnia tẽpora in plenitudine temporis adimpletum eſt. modusque eius myſterij abſconditus in arcanis ęternitatis, reuelatus eſt, quod fuit in utero uirginis, formatoque per ſpiritum ſanctum fætu, eodemque in uirgineis uiſceribus geſtato (humanæ generationis more) non modo, hodie ſtupente, & exultante uniuerſa natura, editur, & naſcitur. quia Verbum (ut inquit Ioãnes) caro factum eſt, & habitauit in nobis.

Sco. in 1. d. 27. PRimus punctus quid ſit uerbum creatum.

Secundus Quid ſit uerbũ increatum.

Tertius In quibus conueniunt & differunt.

Ad primum Reſp. Verbum creatũ eſt noticia intellectiua actualis diſtincta, naturaliter genita, in qua diffinitione ſunt quinque particulæ.

Prima dicitur noticia, quia Exprimit, declarat & manifeſtat rem cuius eſt uerbum, ut noticia homnis declarat hominem,

Secũda dicitur intellectiua, ut excludat noticiam ſenſitiuuam, que non eſt uerbum, ut uidere, audire, que non ſunt uerbum ſed cognitio ſenſus.

Tertia dicitur actualis, ut excludat noticiam habitualem que non eſt uerbum, quia noticia eſt duplex. ſ. actualis & habitualis, prima eſt actu intelligere, Secunda eſt ſpecies intelligibilis cum intellectu & obiecto relucẽte in ſpecie.

Quarta dicitur diſtincta, ut excludat noticiam confuſam, que non eſt uerbum, ut quod homo ſit aial habẽs caput groſſum, capillos criſpos, dicitur noticia confuſa, & hæc non eſt uerbum, Diſtincta autem eſt ut homo eſt aial ratiõale, & hæc dicitur Verbũ

Quinta dicitur naturalr producta quia ſic intells noſter natr & de neceſſitate intelligit illud obiectum ẽpreſentatum, ita Deus natr & neceſſario producit Filium.

Ad Secundum punctũ Reſp. quod eſt noticia, intellectiua, actualis, diſtincta, naturaliter pro ducta. Sco. ubi ſu.

Prima dicitur noticia, quia per ipſum uerbum declarat̃ eſſentia diuina ſicut per noticiam homnis declarabat̃ homo (ut ſupra.)

Secũda dicitur intellectualis, quia in deo non eſt noticia ſenſitiua, quia non uidet, non audit, & nullum habet ſenſum,

Tertia dicitur actualis, quia pater actualiter intelligens eſſentiam ſuam pro ducit noticiam, quæ eſt actualis, & dicitur uerbum.

Quarta dicitur diſtincta, quia noticia confuſa non eſt in deo, rõ eſt quia talis noticia eſt imperfecta que imperfectio nullo modo eſt in deo.

Quinta dicitur naturalr producta ad differẽtiam ſ. ſancti, qui libere & p uoluntatem ſeu per uelle patris & filii inuicem ſe amantium producitur.

Ad Tertium punctum di. quod hec duo uerba ſ. creatum & increatum differunt,

Primo quia noſtrum uerbum ſ. creatum

creatum eſt accidens, exemplum ut noticia quam homo de homine eſt accidens intellectui meo Verbum uero increatum eſt ſubſtantia,

Secundo noſtrum uerbum .ſ. creatum non eſt perſona quia ut di. eſt accidens inherens intellectui noſtro. Verbum autem diui. eſt ſecunda perſona producta a patre.

Tertio Noſtrum uerbum non eſt equale ĩ perfectione intellectui noſtro .i. non eſt ita perfectum ſicut eſt intellectus noſter Verbum autem diuinũ eſt æquale in perfectione patri & .ſ. ſãcto, & ſic patent differentiæ. Deueniamus modo ad Conuenientias.

Prima Conuenientia. quia ſicut ciens & cauſa omnium creatura omnia per ipſum facta ſunt &c. Ita uerbum noſtrum eſt principium & cauſa ſufficiens omnium noſtrarum operationum bonarum & laudabilium, quia homnes non habentes iſtud uerbum creatum ſeu noticiam beſtiales ſunt & in rationales. Secunda conuenientia Verbum diuinũ eſt omnibus alijs principium ut cognoſcant, erat lux hominum.i. illuminat omnes homines, ita uerbum creatum noſtrum dicitur lux noſtra, quia per ipſum cognoſimus bona & fugimus mala,.

Ioan. 1.

Ioan. 1.

Tertia conuenientia ſic ut uerbum diuinum illuminat, dirigit, & reducit homnes in deum, ita uerbum noſtrũ cretum reducit nos, & conſcientias noſtras ad ſeruiendum deo.

Sed ad abundatiorem doctrinam Quatuor uidebimus neceſſaria ſuper Tertium euangelium

Primum Vtrum Chriſtus illuminauerit omnem hominem uenientem in hũc mundum fide & gratia.

Secundo Vtrum poſſe fuerit deum incarnari.

Tertium Vtrum Congruum fuerit ipſum uerbum incarnari.

Quartum Quare in hac ſolẽnitate natiuitatis dicuntur tres miſſe.

Ad Primum Quidam dixerunt. ꝙ non Primo quia multi fuerunt in fideles qui neque fidem neque charitatẽ nec per conſequens gratiam habuerunt,.

Secundo quia antiqui patres non habuerunt fidem ideo non fuerũt illuminati. Tertio. quia unuſquiſque ſaluatur in ſua fide.

Reſp. ad primum quod uerum eſt quod illuminauit omnes [illegible] ex ſe, nõ Tamen omnes illuminantur quia uertũtamẽ dorſũ lumini exẽplũ de ſole lucente omnibus hominibus quantum eſt ex ſe, non lucet tamen mihi quia claudo oculos.

Ad ſecundum dico quod omnes patres antiqui fuerunt illuminati & habuerunt fidẽ, Chriſti preuiſam, quia deus nunꝗ dereliquit genus humanũ ſine remedio ſuę ſalutis, An Tertiũ reſ. quod falſum eſt, quia Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum celorum &c. ergo illuminabit omnes homines eos liberando, paſcendo, gratiam in firmis & bonis dando & huiuſmodi Si dicas quod Chriſtus habitauit nobiſcum (Secundi & habitauit in nobis) Reſp. quod tribus perſonę Trinitatis, habitant in tribus Potentijs animæ bonæ. Nam pater in memoria quia tenemur recordari ſemper de beneficijs nobis a deo colatis.

Scotus in 4. diſtin. 1. q. 7.

Ioannis.

Secundo filius habitat intellectu, quia per ipſum filium (qui eſt ſapiã patris) intelligimus tale beneficium nobis collatum.

Tertio ſpiritus.ſ. habitat in uoluntate, quia continue debemus uelle deum diligere.

Ad ſecuudum Quidam dixerunt ꝙ non triplici ratione.

Prima quia illa que non habent preportionem, non poſſunt coniungi exemplum de Pictura, que nõ poteſt fieri in aqua in aere, &c. Sed inter deum & hominẽ nulla eſt proportio quia deus eſt infinitus, impaſsibilis homo autem oppoſitum ergo non poſ-

ſunt coniungi.

Secunda Ratio ſi natura humana uniretur uerbo, uideretur quod ipſũ uerbum eſt etiam compoſitum, quia ubi eſt unio, ibi eſt compoſitio, quæ nullo mõ eſt in deo. ergo nõ poſſunt coniungi.

Tertia ratio quia ſi homo & uerbũ unirentur, uideretur ꝙ uerbũ mutaretur, in deo autem nulla eſt mutatio, ergo nec unio.

Ad hanc queſtionem, Reſp. quod uerbum diuinum, uniuit ſibi naturã humanã ſeu natura humana unita eſt uerbo, Verbum caro factum eſt .i. uerbum unitum eſt homini ſuper quo Glo. Augu. di. Caro.i.homo. unitus eſt uerbo. Ad primũ dic. quod duplex eſt proportio, ſcilicet, perfectionis, & ordinis, prima non requiritur nec eſt neſceſaria, quia Deus eſt infinitę perfectionis, Creatura autem limitate & infinitę, Secunda autem.ſ.ordinis ſufficit ad unionem iſtam immo neceſſario requiritur iſta ꝓportio, & hæc eſt in omni creatura, quia Deus eſt gubernator, cauſa et Dominus omnium creaturarum Ideo omnes creature habent originẽ & dependentiam ad Deum & ſic dico quod hæc eſt inter uerbũ diuinũ & nãm humanã.

Ad Secundam di. quod non ſequitur, nec uerum eſt quod dicitur i argumento, quia licet uerbum uniat ſibi naturam humanam, & illa depẽdeat à uerbo, non tantum uerbum dicitur compoſitum, quod patet exemplo Quia ſeruus dependet a domino, & tamen non cõponuntur adinuicem quia alius eſt domin⁹ & alius eſt ſeru⁹.

Ad Tertium di. quod nulla ſequitur mutatio, quod declaratur Exemplo quia uidemus quotidie ſiunt creaturę & mutantur, & tamen deus qui eſt cauſa earum non mutatur.

Ad Tertium Principale Reſp. quod aliqui dixerunt quòd non duobus medijs, Primo ſic. quia illud quod di. imperfectionẽ non eſt attribuendum Deo, ſed incarnari di. imperfectionẽ quia idem eſt incaruari & carni paſſibili & mortali uniri, ergo non fuit congruum.

Secundo ſi hoc eſſet congruum fuiſſet ut uerbum diuinum humanã naturam redimeret, ſed hoc non oportuit, quia Augu. di. alius modus redimendi hominem deo non defuit.

Ad dubium Reſp. quod fuit conueniẽs triplici ratione. Primo ratione potentię Auguſtin. in rebus per tempus ortis, nulla maior fieri potuit quã quod fieret homo de⁹ & deus homo.

Secundo propter oſtenſionem infinite ſapientiæ, in qua ipſe finis .ſ. homo qui eſt finis omnium rerum creatarum (omnia ſubiecisti ſubpedibus eius) coniungitur principio ſcilicet, uerbo diuino, quòd eſt principium omnium.

Tertio propter oſtenſionem infinitę iuſtitię, iuſtum.n. erat naturam humanã ſubleuari à miſeria in qua erat per peccatum, quòd non poterat fieri niſi à deo.

Ad primum Reſp. negando quod dicat imperfectionem, immo ſummã perfectionẽ, quia per hoc magnificat ſuam potentiam ſapientiam, & iuſtitiam ut di. eſt ſupra.

Ad ſecundum di. quod potuit aliter redimere, ſed non decuit, propter iuſtitiam ſeruandam, quia iuſtum erat quod peccatum primum deleretur, ꝙ nõ potuit fieri niſi a deo, ergo fuit cõgruum uerum incarnari.

Ad Quartum Principale. Reſp. ꝙ eccleſia ſancta hoc decreuit, quia per illas tres miſſas repreſentantur tres, ſtatus hominis.ſ.ante legem, ſub lege, & ſtatus gratię, Nam illa quæ dicit in nocte ſignificat ſtatum illorum quòd fuerunt ante legem, qm̃ omnes erant in tenebris, Secunda quæ dicitur in Aurora, ſignificat ſtatum ſub lege, qui incipiebat ſcire Chriſtum fore promiſſum & apropinquare. Tertia que dicitur in die ſignificat ſtatũ gratie in quo orta

orta eſt lux, Chriſtus deus noſter, et ideo ueniens Chriſtus per ſuam natiui uitatem hodiernam, ſubleuare nos a tenebris, ad lucem noſtre ſalutis, cum manifeſtaſſet ſe populo, ad quem promiſſus erat di. ego ſum lux mundi. &c.

DE SANCTO STEPHANO

Stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat ſigna magna in populo Actu. 6.

SVmma eſt in Deo bonorum omnium plenitudo, & de eius plenitudine nos omnes accepimus. ſed in Deo infinita eſt, & immenſa. noſtra uerò iuxtà eam capacitatem, quam ſua nobis bonitas elargitur ſicuti uaſa maiora, et minora (eodem ad ſummum infuſo liquore) plena ſunt quidem omnia nec maior in his quam in illis plenitudo, ſed infuſi copia liquoris. Tale diſcrimen inter ſanctos etiam uiros et glorioſos martires fuit. Inter quos eminentiſſimus fuit inuictiſſimus protomartir Stephanus de quo illud effertur hodie celeberrimum Encomium, quòd fuit plenus gratia, et fortitudine.

PRimus Punctus An in æterna electione una creatura alteri preponatur & pre altera diligatur.

Secundus. Quare iſte prothomartir in eccleſia Chriſti, uere comendatur.

Ad Primum Aliqui tribus medijs auſi ſunt dicere quod non, & tali medio.

Primo illa electio Dei non eſt niſi actus diuinę uoluntatis ordinãtis creaturam rationalem ad bonum, uel ad uitam ęternam, & illa uoluntatis non habet niſi unicum actum, ergo unica electione omnes diligit. ergo ibi non uidetur poſſe etiam aliqua diuerſitas prioritatis, uel maioris dilectionis.

Secundo ſi hoc eſſet ſequeretur ꝙ Deus eſſet acceptator perſonarum ꝙ eſt falſum, quia actus 10. In ueritate comperi quod Deus non eſt acceptator perſonarum, Aſſumptum probatur quia omnes homines mundi æqualiter preſentatur uoluntati diuinę, ergo nullus alteri preponitur.

Tertio ſi una creatura alteri preponeretur uel pre altera diligeretur, uideretur alteri facere iniuriam & in miſericordiã, quod eſt contra naturã diuinam, quia eccleſia 26. q. 6. ca. his qui, miſericordie domini nec menſuras ponere poſſumus, nec tẽpore diffinire. &c.

Ad quæſtionem Reſpõ. Ponendo duas concluſiones. Prima concluſ. eſt quod deus ab æterno unico actu produxit in mente ſua ideas ſiue ſimilitudines omnium creaturarum, & ſimiliter omnes creaturas ſic ideatas, unico actu intellectus intellexit, uoluit & dilexit, ratio quia in Deo non poteſt eſſe aliquod nouum, quia qcq̃d eſt in Deo, eſt æternum, & ideo ille ideę uel ſimilitudines ſunt ęternę, Vnde Aug. idea eſt Ratio æternæ in mente diuina.

Secunda concl. quod uolitio Dei uel electio, licet ſit unica in ſe, tamen diuerſimode tranſit ſup diuerſas crea

turas, quia ille actus diuinę uolutatis poteſt comparari ad duo.ſ. primo ad agens qui eſt Deus ſic uolens & tunc eſt unicus & æqualiter omnium hominum, quia ille eſt idem cum uolũtate & eſſentia diuina in ſe indiſtinctus in uariatus, Secundo poteſt comparari ad obiecta, ſuper que trãſit, & tunc eſt inæqualitas & diuerſitas, non quia in illis creaturis uel obiectis ſint diuerſe bonitates, mouentes illam uoluntatem diuinam, quia illa uoluntas diuina non mouetur à creaturis, nec quia aliquod ſit bonum, ideo ſit uolitum à Deo ſed ideo aliquid eſt bonum, quia uolitum à Deo, quia deus ſuo uelle dat bonitatem rebus, eſt ergo inæqualitas iſto.

Secundo modo. ſ. quia deus ordinate uolens, actu ſuę uolũtatis ordinate tranſit ſuper obiecta, unum alteri preaceptãdo, & ad maius bonum ordinãdo. Vel alia Reſp. faciliori. dicendum Quod licet Deus ab æterno uoluerit eſſe omnium creaturarum æqualiter ordinauit tamẽ illas creaturas uel obiecta ſucceſiue pro alio & alio tempore, exemplum nos fuimus ab ęterno in mente diui. cũ patribus noſtris, ipſi tamen fuerunt priores nobis, in eſſe exiſtentię & ſubſiſtentię, exemplum etiam de ſole illuminãte eodem actu uniuerſa, prius tamen unam partem quam alteram, ſecundum propinquitatem ad eius eſſentiam & longitudinem.

Ad Primum patet Reſp. per ſecundã cõcluſionem & eius declarationem quia licet ſit unicus actus uolendi omnes homines, & in illo actu nulla ſit uariatio, tamen ut tranſit ad extra ſuper obiecta, diuerſi mode & ordinate tendit in illa ſecundum eius beneplacitum, & ideo unum plus altero diligit, & ad bonum maius ordinat.

Ad Secundum Reſp. quod propter ea nõ di. acceptator perſonarum quia acceptio perſonarum eſt quantum sũt aliqua duo æque uolibilia & ordinabilia ad aliquem finem, & ex parte ſui habet rationem illam propter quã ſunt uolenda ad aliquo. & ſic uolens preacceptans unum alteri peccat per acceptionem perſonarum exemplum ſi ſint aliqui promouendi ad aliquam dignitatem æqualiter in meritis & ſufficientia, promouere unum & non alterum dicitur acceptator perſonarũ, ſicut nunc ſit in comunitatibus in quibus non promouẽtur niſi & ignorantes.

Ad Tertium di. quod Deus eſt miſericors & nulli in iuriam facit Reſp. autem quod nullum iniuriat, quia ipſe Deus nulli tenetur, quod autem nõ faciat in miſericordiam patet, quia miſericordia eſt compasſio de malo alieno, hic autem nullum eſt malum. exemplum quando regi preſentantur quam plurimi iuuenes ęquales imeritis, in parentela, & non habeat cognitionem de uno, nec de altero, tamen aliquos eligit & aliquos nõ, nec propter hoc dicitur quod rex iniuriã faciat non electis ab ipſo quia hoc facit quia ſic ſibi placuit, ſimiliter de cõdemnatis in carcere ad mortem aliquos liberat & aliquos nõ, nõ dicitur iniuriam facere non liberatis, quia ſibi placuit ſic facere ex ſua liberalitate non tamen magis tenetur uni quam alteri. Ad propoſitum ergo di. quod Deus pre alijs dilexit ſtephanũ, & illũ ad maius bonũ & ad altiorem gradũ ordinauit, & ſi relucebat in uerbo æterno cum omnibus alijs, tamen deus neminem iniuriando, ipſum preelegit & amauit.

Ad Secundum Reſp. propter tria. Primo propter uitam uirginalem quia habuit gratiam in caſtitate, nam in primitiua eccleſia uiri & mulieres conuerſi poſtulabant unum cuſtodẽ ſanctum, fortem, caſtum &c. ne aliquãdo ex diaboli tẽptatione uincerentur &c. Apoſtoli autem conſilio facto Sſteſanum elegerunt, & ipſum dederunt in cuſtodem illis mulieribus & homi-

hominibus.

Secundo propter doctrinam quia diſputauit.

Primo contra ſinagogam libertinorum de aduentum Chriſti.

Secundo contra ſinagogam Cirenēſium, de diuinitate & humanitate Criſti incarnati.

Tertio contra ſinagogam Allexandrinorum, de Trinitate exemplum de ſole in ſubſtantiam, in radics, in calorem.

Quarto contra ſinagogam Ciliciaanorum, de ſacramento altaris &c.

Quinto contra ſinagogam Aſianorum, de nouo teſtamento, quibus confuſis ſtridebant dentibus, ſi autem queras an liceat unicuique diſputare de fide, Reſp. quod hoc pōt dupliciter intelligi, Vel communiter uel i caſu, ſi comuniter. dico quod non licet alicui laico diſputare de fide ex. de hæ. c. ul. lib. 6. c. 4. de ſum. trini. quia hoc prohibetur extra de hereticis. capitul. ſicut in uno corpore, & lib. ſexto ca. quicunque & de ſum. tri. & ſi. ca. prohibetur clericis, Turbis coadunatis, plublice diſputare de fide.

Notandum tamen quod aliqui dixerunt quod tripliciter contingit clericum diſputare de fide, Primò uel quia dubitat de fide, & diſputat ad experiētiam, & tunc non licet.

Secundo uel diſputat ſine occaſione eum mouente, & hoc etiam non licet, quia Rudes non capaces peruertuntur qſi audiunt aliquas rationes cōtrarias rationi naturali. Tertio aut diſputat ad fugandos erores cōtra hereticos, & ſic licet omnibus doctis, Quarto Vel diſputat ad exercitium cū uiribus doctis, & ut ſtudioſi bene inſtruantur & tunc licet Vel queris an liceat diſputare de fide i caſu. & Reſp. qđ hoc poteſt dupl'r itelligi, primo. ſ. Primo cum quis negat aliquo modo fidem Chriſti, & tunc licet contra eum diſputare oſtendendo ei errorē ſuum, Secundo cum aliquis à ſpiritu ſancto edoceretur ut diſputatiua & predicatiua ſe ...ugerteur, & iſti duo modi fuerunt in Stephano.

Tertio ſtephanus ab eccleſia comendarur propter uoluntarium martiriū tum quia fuit ...prtho martir, tum etiam quia non recuſauit marturium.

Sed queritur an liceat aliqui ſe exponere morti. Reſp. quod exponere ſe morti contingit dupl'r. ſ. Abſolute & in caſu. Bon. 3.

Primo modo di. quod non licet alicui niſi manifeſta neceſſitate.

Secundo modo dico, uel loquitur propter fidem Chriſti ſeruandam in ſe ipſum, & ſic licet ſe exponere morti de facto, exemplum de coacto negare Chriſtum qui dēt potius mori. Vel loquitur pro fide Chriſti ſeruanda in alijs, & pro ſalute eorum, & hoc homo non licet omnibus, ſed aliquibus ex officio ſuo, ut epiſcopus pro animabus ſuę Ciuitatis, & curatus pro animabus ſuę parochię Ideo Chriſtus Iohan. Bonus Paſtor ponit animam ſuam pro ouibus ſuis. Vel Ioan. 10. loquitur quantum ad preparationem animi ad mortem & ſic dico quod omnibus licet, imo habemus ab eccleſia preceptum, eſſe paratum mori pro fide Chriſti, & in hoc male faciunt prelati timidi, & predicatores, qui nō audent dicere, & reprehēdere &c.

Ad propoſitum ergo ſtephanus quādo lapidatus ab iniquis ſinagogis, leuauit occulos ad cęlum, & uidens cęlos apertos dixit, Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum quia neſciunt quid faciunt &c.

Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet de his Ioannes 21.

INter Aulicos Principum illi primarij eſſe ſolent, qui à ſecretis ſunt nam, quemadmodum ex Principis familia, iuxta diuerſa eorum munera, alij ut oculi eius ſunt, uel manus, uel pedes. ita qui arcanorum conſcij ſunt, eius pectus, & cor exiſtimantur. Huiuſmodi Diuus Ioannes euageliſta fuit. qui dilectus Chriſto Domino, ſupra eius pectus in Coena recubuit. & fluenta Euangelij de ipſo dominici pectoris fonte potauit. Id circo uiriſſime de eo pronunciat ſacroſancta eccleſia, illius Euangelio ſubſcribens, ipſumque autenticans. Hic eſt Diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hęc, & Scimus, quia uerum eſt teſtimonium eius.

PRemiſſa introductione iſtius materię quęritur & diſputatur Vtrũ Deus ſpecialiter uocauerit B. Ioãnem, Duę opiniones.

Prima probat quod non, tribus rationibus auctoritatibus, & exemplo.

Phi.1. Prima Ratio eſt, Deus omnes homines ordinauit ad beatitudinem hoc bonum & acceptum eſt coram ſaluatore noſtro Deo, qui uult omnes homines ſaluos fieri &c. ergo uocauit omnes & non ſpãliter Ioanem, Confirmatur quia tradidit ſemetipſum pro omnibus ergo &c.

Act.11. Secunda Ratio eſt quia aliter ſequeretur quòd eſſet acceptator perſonarum, quod eſt falſum In ueritate comperi quod Deus non eſt acceptator ꝑſonarum, hęc Ratio confirmatur quia Deus nullum reprobat.

Sa 2. Tertia Ratio eſt. quia Puſillum & magnum diligit Deus & eſt ei cura de omnibus.

Math.5 Secundo Auctoritate Chriſti eſtote perfecti ſicut pater meus ꝑfectus eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, ergo omnes uocat.

Tertio exemplo quia omnes ęqualiter dignificat. ſ. intellectu & lib. arbi. omnes ęqualirer adiuuat ſua gratia, omnes ęqualiter expectat Miſerris omnium domine: Rom.8.

Secuudo opinio tenet oppoſitum di. quod Deus ſpecialiter uocat bonos qm̃ ſcimus quãtum diligentibus deũ omnia cooperãtur in bonum, his qui ſecundũ prepoſitum uocati ſunt ſancti, nam quos preſciuit & predeſtinauit, conformes fieri imagini filij Dei ut ſit ipſe primogenitus i multis fratribus quos autem predeſt. hos uocauit, Mi. prob. quia nullus fidelis ſaluatur. Extra de ſu.. Tri. & fide ca. Vna eſt uniuerſalium eccleſia extra quam nullus omnino ſaluatur, Alia Ref. eſt quia Luce.19 fruſtra eſſet in infernus ad puniendũ malos contra illud mortuus eſt diues & ſepultus in inferno.

Secundo Auctoritate multi ſunt Mat.10 uocati ſed pauci electi ergo.

Tertio exemplum In diluuio perdidit omnes homines dẽpto Noe cum ſuis, & in ſubuerſione ſodomę ſimiliter omnes dempto loth cum Vxore.

Pro declaratione iſtius difficultatis dico

dico quod predeſtinatio uel electio eſt præparatio gratiæ qua Deus elegit quos uoluit, añ mũdi conſtitutionẽ. Reprobatio autem eſt ecõuerſo.ſ.pre paratio damnationis & preſciam ini quitatis quorundam.

Scotus. 11. diſt. 4. Aliqui autem melius deſcribũt iſtã predeſtinationem & in eorum ſua dif finitione. Quatuor tangunt di. pre deſtinatio ſeu electio eſt alicuius natu rę intellectualis preordinatio ad gra tiam & gloriam Prima particula dici tur naturæ intellectualis & non ratio nalis preciſe quia ẽt angeli cadunt ſub predeſtinatione, tamen non ſunt ratio nales, tantum ſed intellectuales.

Secunda particula dicitur preordi natio, quia De' æternal̃r nõ ordinauit omnes ad gratiam & gloriam ſed ali quos ſic & aliquos non.

Tertia dicitur ad gratiam, ubi tangi tur effectus pedeſtinationis qui eſt gratia. Quarta dicitur ad gloriam ubi tangitur finis quæ eſt beati tudo ad quam preeliguntur, Vnde Notandum quod Deus ab æterno om nia intellexit, uoluit, & ordinauit, li-

Scotus in 1. d. 41. cet non pro æterno ideſt noluit iſta omnia eſſe eterna. ideo diuinæ uolũ tati per intellectum diuinum fuerunt omnes homines preſentati in puris naturalibus, ſic quod nullus habeat in ſe aliquam rationem dilectionis quã alter Tunc diuina uoluntas in primo ſi gno uele inſtanti preſentãtur (per in tellctũ diuinum, diuinæ uoluntati) omnes boni & mali in puris naturali bus, & tunc Deus omnibus bonis vult gloriam, malis autem non.

In Secuudo autem ſigno uel inſtã ti bonis vult gratiam & malis.n. vult.

In Tertio ſigno uel inſtanti permit tit tam bonos quam malos eſſe de maſſa perdictionis propter peccatum originale uel etiam actuale & in hoc inſtanti preuidet malos finaliter ma los & ſic non vult dare illis nec gra tiam, nec gloriam in Quarto ſi gno uel inſtanti preuidet bonos bene uſuros lib. arb. & lege, Malos autem non, & tunc Deus miſericorditer etiã ſine illa preuiſione ipſos bonos præ miare, & malos punire.

Reſpon. modo, ad queſtionem ꝙ duplex eſt vocatio vel electio Dei.

Prima eſt generalis & eſt ordina tio complacentiæ voluntatis diuinæ ad ſummum bonum, & collectio om nium mediorum ad conſequendum illud, vt lib.arb. intellectus, lex ſeruan da, ſacramenta ad culpam delendam, & hęc in omnibus eſt æqualiter.

Secunda vero dicitur ſpetialis, & eſt ordinatio efficacis voluntatis Dei ad ſpecialem gratiam & gloriam.

Ad Primum argumentum de ordi natione generali. &c. di. quod propter hoc non omnes ſaluabuntur, quia illa ordinatio generalis eſt volitio compla centię, ſed non omnes ſic ordinati ſal uantur, non ex deffectu ordinantis.ſ. Dei, ſed ex deffectu ordinati.ſ. homi nis, qui tendit ad malum & non ad bo num, Ad illud Deus vult omnes homi nes ſaluos fieri, dico quod verum eſt voluntate complacentię non autem efficacis voluntatis, niſi concurrat ali qua cauſa bona.

Ad ſecundum argumentum de ac ceptatione perſonarum Reſpon. quod acceptator perſonarum eſt duobus æ qualiter bonis ſecundum rectam ra tionem eligibilibus a voluntate vnius ad alterum præelectio, Talis autem ele ctio non eſt in Deo reſpectu boni exi ſtentis in creatura, quia creaturæ præ uiſæ & præſentatæ voluntati diuinæ erant nudę nullis meritis, quia etiam nihil boni eſt in creatura cui debeat Deus, & cum nulli ſit debitor, nulli in iuriam facit, Amice non facio tibi in iuriam Tolle ꝙ tuum &c.

Ad tertium argumentum di. quod eſt ei cura æqualiter de omnibus.s. vo lentibus talem beatitudinem pro debi ta medi.

Ad auct. & exẽpla di. ꝙ Deus vellet omnibus æqualiter bonum voluntate com-

complacentiæ, non tamen voluntate efficaci ergo his ſupradictis ſtantibus Deus potuit & voluit ſpecialiter vocare Iohannem.

Si dicas ergo predeſtinatio fallitur di.quot non, Deus bene præuidit quid debet facere homo ſiue bouum ſiue malum, ſuo lib.arb.

Et hic confunditur error calumniantium bene agendum, quaſi non poſſunt aliter agere, quia ſic Deus prædeſtinauit, videlicet Deus præuidit bonos cum omuibus ſuis, bonis operibus ſaluandos, e contra vero præuidit omnes, malos cum ſuis malis operibus damnaudos, vide quam libera ſit humana voluntas non ne Gen. Secondo & Eccleſ. 15. creauit Deus hominē & reliquit in manu ſui cōſilij &c.

Aug. Quinto de ci. Dei, ſunt noſtræ voluntatis quæ in nobis ſunt quæ faciunt quicquid volēdo facimus ſiue bonum ſiue malum, Hier ad Heluidium, Deus cunctos ęquali ſorte creauit & dedit arb. in voluntate vt faciat vnuſquiſquæ quod vult, Eccleſiaſ. 15. q. pri. ca.non eſt. Non eſt ut cuiquam noſtram aſcribamus erumnam niſi noſtrę voluntati.

Exemplum de duobus populis.ſ.de Sodomis, & Niniuitis, primi noluerūt pænitentiam Aloth prędicatam, Secūdi vero pænitentiam fecerunt in prędicatione Iouæ.

Exemplum etiam de duobus Regibus .ſ. Faraone, & Nabuchodonoſor de quibus optime Augu. & ponitur ab eccleſia 33. queſtione quarta. ca. Nabuchodonoſor.

Ad propoſitum vero dico, quod Deus ab ęterno vocauit Ioannem vocatione generali, & propter benemerita ſua quæ in hoc mundo ſuſtulit & operatus eſt, meruit vocari ſecundo modo.ſ.vocatione ſpetiali, & ſic vocatus eſt ad illam patriam Ad quam nos Deus conducat. Amen.

Hi ſunt qui cũ mulieribus, non ſunt coinquinati, Virgines .n. ſunt Apo. 14.

NIhil glorioſius de Innocentibus Infantibus dici poteſt. quorum pro Chriſto martyrium hodie ſancta celebrat ecclesia, quàm quod flores martirum fuerint. flores inquam, qui nitorem ſuum, ſuauisſimumque odorem apud Deum non amiſerunt, tametſi uelut i aratro perſecutionis reciſi, et pruina tyrannicę crudelitatis decocti, in ipſo primo germine extincti ſunt Beatisſimi .n fuerunt, quibus mori pro Chriſto contigit. Vnde & immunes criminis, & Agni uirgunculi Deo optimo immolati innocentięque q̃ titulum adepti, ſequuntur Agnum, quocunque ierit.

PRemiſſa Introductione quæruntur Tria dubia quorum.

Primũ An innocẽtes habuerint aliquod meritũ. Secundũ. Quale fuit illorum premiũ.

Tertium Quando habuerunt illud tale premium.

Ad primum Sunt tres opiniones prima eſt aliquorum dicentium quod nihil meruerunt. Nam non habuerũt uſum rationis ex quo poſſent mortẽ per Chriſto acceptare quia ad rationem meriti requirit̃ ꝙ ſit actus libere elicitus ſecundum inclinationem charitatis, qualẽ ipſi non habuerunt, ſed hęc opinio non eſt rationabilis, quia ecclesia tenet eos ſanctos & ſic eos colit Sanctus autem nullus eſſe uidetur niſi preueniente aliquo merito, unde nulla anima ſine meritis beata eſſe poteſt, etiam anima Chriſti, cui Deus ex ſua liberalitate uoluit dare plenitudinẽ gratię & glorię unde Augu. in ſer. huius diei di. hodie fratres cariſſimi natale illorum infantiũ colimus (uide ibi &c.) Augu.

Secunda opinio aliqui dixerunt ꝙ in ipſis fuit accelleratus uſus rationis & quod pro illo momento potuerũt libere mortem pro Chriſto acceptare, nec mirum quia ſic legimus de Io. bap. fuiſſe accelleratum, cum in uentre matris deum cognouit & adorauit in ſalutatione, ſimiliter de iſtis poteſt dici.

Tertia opi. eſt ꝙ iſti paruuli meruerunt, non quidem actu proprio lib. arb. ſed in uirtute meriti Chriſti habuerunt meritum, ſicut .n. paruuli noſtri nunc baptizati decedentes ſaluantur, non in merito proprię uoluntatis ſed Chriſti propter inſtitutionem baptiſmi à Chriſto inſtituti, ut meritoriũ, ita ipſi per ſanguinis effuſionem, quę æquiualet baptiſmo ad palmam martirij & conſequens ad gloriam. Nam baptiſmus ſanguinis non ſolum peccatum originale aufert & gratiam confert, ut baptiſmus aquæ immo amplius meritum & gratiam adauget. Vnde Auguſti. in ſerm. de epiph. di. illa de ueſtra corona dubitauit, uide &c. Aug.

Ad Secundum Reſp. quod ex quo premium coreſpondet merito, ideo quia habuerunt meritum ſanctorum martirũ & per conſequens habuerunt premium.

Ad abundatiorem doctriuam notandũ quod tria ſunt genera martirij.

Primum genus martirij eſt, illorũ qui mortem pro Chriſto actualiter & uoluntarie ſuſceperunt, exemplum de martirio beati ſtephani prothom.

Secundum genus mar. eſt, illorum

qui mortem corporalem non actu, ſed ſola uoluntate paſſi ſunt, exemplum de B. Ioanne euangeliſta qui illeſus &c.

Tertium genus mar. eſt, illorum qui mortem corporalem ſolum pro Chriſto paſſi ſunt ſed non uoluntate, ſicut illorum Infantium à quo Chriſto remuneratorem omnium bonorũ remunerati ſunt.

Sed melius notandum eſt quod duplex eſt præminm, eſſentiale & accidẽtale, primum eſt in patria Celeſti ꝙ habetur de eſſentia diuina. ſ. uidendo Trinitatem, & uocatur corona aurea, Corona aurea ſuper caput eius & tale præmium cor eſpondet meritis.

Secundum eſt accidentale quod habetur de Creatura, ut de aliquo actu excellẽti pro Chriſto habito in hac uita, ſicut de actu uictorię carnalis per uirginitatem, & doctrinę uel predicationis, & ſufferre mortem ꝓ Chriſto qui ſunt actus perfectiſſimi huius uitę in quib. eſt præliũ cũ carne cũ demone cum mũdo, cum tirannis, qui ergo fuerunt auctores in aliquo iſtorum pręliorum preter pręmium eſſeutialę & coronam auream, habent etiam pręmium quodam accidentale, quod eſt quodam gaudium ſpirituale de egiſſe & toleraiſſe tot & talia pro Chriſto & tales habent in patria aliquod ſignum, quo ab alijs diſtinguũtur & per quod cognoſcuntur eb aliis ſctis, tales actus fuiſſe exequtus, Dico igitur qui Innoc. iſti (ultra pręmium eſſentiale) habuerũt etiam præmium accidẽtale ut martirum & Virginnm, nam de ambobus laudantur in ſacra ſcriptura, quod non fieret niſi reſpectu amborum præmiaretur, primo de Virginitate ibi, virgines enim ſunt ſecundo de martirio ecclesia dic. &c.

Innocentes pro Chriſto infantes occiſi ſunt &c.

Ad Tertium aliqui uoluerunt dicere quod ſtatim poſt mortem fuerunt premiati propter illud Apoc. & ſequũtur agnum. i. Chriſtum ſicut etiam de latrone, Sed Notandnm quod Paradiſus primo modo dicitur locus à Deo ordinatus ad beatitudinem animarũ, & ille eſt Cęlum empireum & in iſto nullus añ paſſionem Chriſti intrare potuit quia ipſe Chriſtus ut uictor & redemptor primo eſſe debuit, Apoc. 14

Secũdo mõ Paradiſus dicitur locus quiqunque in quo quis uidet Deum & beatitudine præmiatur, & hoc momo Deus ubique poteſt pręmiare & paradiſum facere, quia ubique eſt, & ubi ipſe ẽ ibi eſt ſua merces & præmium ſuũ quod eſt eſſentia ſua, quia ficut dicitur ubi papa ibi Roma, ſic, ubi Deus ibi præmium, & ſic Innocẽtes in uiſioue uerbi & eſſentiæ diuinæ quę in Chriſto eſt, ſtatim fuerunt pręmiati.

Et licet iſta opinio ſubtilis, uideatur probabilis, tamen non tenetur communiter.

Dicendum eſt ergo quod non ſtatim poſt mortẽ præmiati ſunt & beatificati, ſed deſcendentes ad limbum ſicut Ioh. Bapt. Sanctns in utero, & ẽt uirgo (ſi ante Chriſtum obiiſſet) deſcendiſſet, ſteterunt per 33. annos uſq; ad paſſionem Chriſti, & per diſceſsũ ad eos liberandum, ratio autem quia nullus debebat eſſe, reconciliatus cũ Deo, uel illi patere gloriam Dei, ante paſsionẽ Chriſti redemptoris, & tunc ſimul cum patribus e limbo educti in cęleſtem patriam in die aſcenſionis eius introducti ſunt & ibidem præmiati in illa gloria æterna, ad quam perducat nos deus, &c.

De miſſione uel legatione Chriſti.

Gal. 4. *AT ubi uenit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum natum ex muliere, factum ſub lege ut eos qui ſub lege erant redimeret Gal. 4. Propter inobedientię primorũ parentum in tam perfecto ſtatu & loco creatorum & poſitorum. Factum eſt prælium per grande inter Deum & hominem, expulſusque fuit homo, à paradiſo Tereſtri, Ianue celeſtis porta clauſa fuit & in hoc miſerabili mũdo uiuens ſub diabolica Tirãnide à Deo irato relictus eſt, nec inueniri poterat creatura aliqua, quę diuinam iram placaret, aut pacem inter Deum & hominem componere poſſet, Clamabant antique patres opreſſi à demonibus & diuina gratia priuati ad Deum ut miſericordia motus humanum Genus redimeret, Clamabat Moyſes obſecro Domine. &c. Vnde tria uidebuntur.*

PRimum temporis Congruitas, cũ dicitur At ubi uenit plenitudo.

De prio principali. ſcilicet de temporis congruitate di. quod & ſi De' potuiſſet ſtatim hominem redimere ut acceptando pęnitentiam Adę uel alio modo quia copioſa eſt apud Deum redemptio, tamen uoluit tantum tempus mediare inter peccatum & ueniam & uſque ad illius complementum miſſionem filij ſui redemptoris & legati differre, ad cuius tempris ordinationem uel determinationem tres congruitates aduci poſſunt.

Prima eſt peccati punitio.

Secunda eſt morbi curatio.

Tertia eſt Chriſti comendatio.

Secundum patris mittentis benignitas Cum dicitur Miſit Deus filium ſuum.

Tertiũ Matris ſuſcipientis dignitas Cum dicitur Natum de Muliere.

Ad primam di. quod profecto De' in hoc manifeſtare uoluit quantum ſibi dupliceat peccatum & quam graue ſit, & quanta pęna dignum, cum propter traſgreſſionem illam quæ nõ uidetur magna iniquitate facta, imo ſimplici quedam fragilitate fęminæ ſeductæ & uiri complacentiæ Amoris uxoris ſuæ, cum tantum tempus ad ei' punitionem ſtatuerit, & clamores innumerabiles patrum ſuſtulerit, neque orationes, neque oblationes, autem ſacrificia tum legis naturæ, tum legis ſcriptæ, audire aut acceptare uoluerit, o magna ſæueritas, certe cum ſit iuſtiſſimus & pientiſſimus, ſignum eſt quod peccatum illud merebatur. Infelix homo qui quotidie mile peccata maiora facis ſi pro uno peccato Adã immo totum Genus humanum quinque milibus annorum pęnitentia, uix gratiam obtinuit, quando tu pro tot peccatis ueuiam impetrabis?

Sed quæritur quare Deus omnia peccata etiam grauiora, ſi plus meretur puniri non punitũr ſicut puniuit illud? Reſp. quod Deus iuſtus eſt & benignus, ſed miſericordia ſuper exaltat Iudicium, uoluit ergo illud tantum punire, duplici ratione quę ĩ alijs peccatis non reperiunt̃ primo ratione primitatis quæ in alijs peccatis non reperitur, illud .n. fuit primum peccatum ideo debuit demõſtrare quam graue, ſit & ſibi diſplicens Secundo ratione comunitatis quia ideſt pecca

tum Ade ſit cõmune & generale totius generis humani.

Secunda Morbi curatio cum peccatum primorum parentũ ex ſuperbia maxima prouenerit, ideo non niſi maxima humilitate curari potuit, profecto lucifer cum ſuis ſimiliter peccans mirabiliter humiliatus eſt cum ex angelo diabolus factus eſt, & tanta gloria priuatus, in tantam miſeriam & penam humiliatus eſt, peccatum igitur hominis maxima humilitate punitus eſt, homo infirmus ut reatũ ſuum diutius cognoſceret & ſuperbia ĩ illã magna humilitate plãgens ad Deum ueniam clamaret.

Tertia Chriſti comendatio, Cum .n. qui uenturus erat eſſet filius dei, ante eius aduentum debebãt multi pronunciatores deſtinari, ideo iſti premittebanẽ, Aduentum redemptoris anunciare, non exprimentes quõ & quãdo uenturus eſſet, ſed ſub ſignis, figuris, & dictis, enigmaticis, uerbis obſcuris preanunciabant ut homines auidius ardentius eius aduentum expectarẽt, & quaſi famelici humiliati ſcientes ſe debere Iuuari, neſcientes autem quando determinate, affectuoſius deſiderarent, ſic ergo factum eſt & ideo non niſi tempore prophectato, ſecundum diuinam determinationem adimpleto, ſaluator uenit, ideo di. At ubi uenit plenitudo temporis

Hic uidendum eſt quod de Chriſti aduentu prædictum ſit à prophetis, De tempore, & alijs circunſtantijs redemptoris.

Primo Chriſtum debere uenire. de quo Gen. per memetipſũ iuraui di. dominus, in ſemine ſuo benedicentur omnes gentes, Item Dauid Iurauit dominus dauid ueritatem & non fruſtrabitur eum, de fructu uentris tui. Item figura, & ſigno idem demoſtratum eſt, Iudic. ubi legitur quod Gedeon tunc iudex fortiſſimus populi petijt à domino ſi eſſet liberaturus Iſrael Qui Reſp. quod ſic, tũc Gedeon obſecro domine ſi uoluntas tua eſt ut ſaluas Iſrael, deſcendat Ros in uelũs & ſic mane factum eſt, & ille etiam Secundo orauit, obſecro domine ne iraſcatur furor tuus, uideã ego aliud ſignum ut tota terra circunſtans ſit madida, & uelus ſiccum, & mane ſic factum inuenit, & ſic certificatus fuit dominum redempturum iſrael.

(Gen. 22. — Psal. 131. — Iudic. 6)

Secundo quando debebat uenire quia per patriarcam Iacob benedicentem filium ſuum Iudam, Non auferetur ſceptrum de Iuda &c. expræſſit igitur tempus Chriſti. ſ. poſt ablationem regni Iudęorum & licet aliqui Hebrei di. ꝙ hæc aucto. non intelligaẽ de Chriſto, ſed de Nabucho. di. ꝙ mentiuntur (uide materiam ĩn die palmarum de fide uel in ſecunda dominica aduentus. Gen. 49.

Tertio quod debebat eſſe Deus ecce dies uenient. di. dominus, & ſuſcitabo da uid germen iuſtum & hoc eſt nomen quod uocabant eum dominus iuſtus noſter, paruulus natus ẽ nobis & ſequitur, & uocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius, parũulus quia homo princeps. Ier. 23. Iſa. 9.

Quarto quod debebat eſſe homo. i. de domo dauid egredieẽ uirga. ideſt, Deus &c. Iſa. 11.

Quinto ꝙ de Virg. naſci debebat. ecce uirgo concipiet &c. Iſaia. 7.

Sexto ꝙ in bethlem naſci debebat & tu beth. terra Iuda nequaquam minima es inprincipibus iudæ, ex te .n. exiet dux q regat ppĺm meũ iſrael. Math. 2

Ad Secundum dic. ꝙ triplici rõne probatur benignitas patris mittentis filium.

Primo ratione liberalitatis.

Secundo rõe propinquitatis miſſi.

Tertio ratione neccelitatis finis.

De primo quia cum Deus non cogeretur mittere aliquem ad ſubleuandum hominem, ſed illum in miſeria potuiſſet deſerere tamẽ miſericordia motus (ſic ille bonus pater amplexus eſt filium ſuum prodigum reuertentem

tentē) ſic & De⁹ miſericordiā & pieta tē ad humanum genus reuerti nolēs, brachiis ſuæ clemētię amplexus eſt.

Secundo ratione &c. Deus namque miſſit non Angelum, non hominm, non aliquam creaturam ſed filium ſuum & quē filium, non adoptiuum per creationem, uel aliam electionem, ſed filium naturalem coæqualem ſibi & in eadem eſſentia eundem atque unicum. ſic Deus dilexit &c.

Tertia ratio &c. finis.n.iſtius miſſionis fuit redemptio hominis, quem cū aliter redimere potuiſſet, obrobria tamen multa & paſſionem ignominioſam filium ſuum uoluit [illegible]i, in quo maximam dilectionem homini demonſtrauit.

Ad Tertium dico quod hęc mulier fuit uirgo maria ex qua ipſe filius Dei carnem aſſumpſit, cum ex eius puriſſimis ſanguinibus ſine uirili ſemine, ſed ſpirituali operatione Chriſtus conceptus ſit. In quo completus eſt modus. Quartus generationis poſſibilis, qui uidebatur mundo de eſſe, nt mulier ſine uiro pareret, cum .n. Adam ſine uiro ac muliere fuit productus, eua ex uiro ſine muliere, nos ex uiro & muliere, Chriſtus autē ex ſola muliere, quę ita eius uera mater fuit, ſicut alię aliorum filiorum ſunt, & non ſolum hominis, ſed Dei mater dicenda eſt, Cum ex ea Chriſtus qui eſt Deus & homo uere natus ſit, hec igitur mulier quę deum parere debebat, debuit eſſe ualde digna & excellens, ut dignaretur in eius uentre deſcendere qualem putamus fuiſſe Mariam uirginem pro quo.

Queritur An uirgo glorioſa meruerit eſſe matrem Chriſti.

Reſp. quòd Triplex eſt meritum .ſ. condigni. digni & congrui.

Ad propoſitum dico quod per primam Concluſionem Virgo glorioſa non meruit eſſe matrem Chriſti de condigno ratio, eſt quia tale bonum ſicut eſt unio dei ad hominem, non cadit ſub merito aliquo, nec aliqđ creatum eſt quod poſſit illi cōparari & ideo dicitur quod in uniuerſalibus operibus Dei non fuit aliqđ opus merę gratię niſi ſola incarnatio filij Dei & ad illam nulla merita pręceſſerunt in ordinatione diuina, tamen preceſſerunt merita mariæ que erant bona, & ſi non reſpectu incarnationis tamen bonum reſpectu accelerationis conceptionis Chriſti ut .ſ. illa interdum á Deo ordinata ad impleretur citius, Aug. in rebus per tempus ortis nulla maior gratia fieri potuit quam quod Deus fieret homo & homo Deus & ideo tota natura creata non potuiſſet dare æquiualēs incarnatio Chriſti ex mera igit̄ liberalitate Dei patris mittētis & filij uenientis humilitate & caritate uirgo, electa eſt mater eius & non ex meritis.

Secunda Concluſio de merito digni di. quod uirgo glorioſa merito digni meruit fieri mater Dei. probatur quia & ſi de ſe non eſſet digna tamen a ſpiritu ſancto facta eſt digna, Cum ipſa fuit ab omni peccato preſeruata & gratia plurima repleta, quæ ſecundum liberalitatem Dei ordinata eſt ad talem dignitatem.

Eccleſia in colecta de Virg. di. omnipotens ſempiterue deus qui glorioſę Virginis &c.

Tertia Concluſio de congruo di. qđ uirgo glorioſa meruit de cōgruo eſſe matrem Chriſti, preſupoſita incarnatione á deo ordinata, ratio eſt quia plus alijs omnibus dedit & obtulit &; in ſe habuit pro conceptione Chriſt Triplici ratione. ſcilicet.

maioris puritatis.
maioris fidelitatis.
maioris uirtuoſitatis.

Vide uel diſcure uitam ſuam ſed in prima ratione oportet ponere aucto. Anſelmi uel Aug. &c. quod non habuit peccatum aliquod nos, autem ſumus ſemper in peccato iuxta illud. ſi dixerimus quod peccatum &c.

De

Bern. ep.

Ser. ing. do. 2. a. e. in fide. 8 arg.

Aug.

De ſecũda qui reſeruauit ſibi fidẽ perditam in triduo.

De Tertia dicas de ſuis uirtutibus quam plurimis, ſed ſi queratur qua uirtute uirgo plus Deo placuit Reſp. q; humiliate, ratio q̃a ueniens Chriſtus ad ſaluandum genus humanum perditum per peccatum Adę qui fuit ſuperbia ideo ipſe uenit cum armis oppoſitis ſuperbiæ quę fuit humilitas cum qua & inuenit uirginem, ideo ſimiles in uirtutibus & maxima in iſta.

DE CIRCVNCISIONE CHRISTI.

Poſtquam conſumati ſunt dies octo ut circunderetur puer, uocatum eſt nomen eius Ieſus Lucę.2.

SOlent in nouo anno munuſcula dari. ſ. patres filijs, domini ſeruis, maiores quidem dant minoribus, minores uero nihil dant maioribus ſed ſolum ad eos ſpectat. ſ. minores annunciare nouum annum, & gratias referre tribuenti, in ſignum & proteſtationem continuandi amoris per totum annum, Saluator igitur noſter in carne natus, quamuis adhuc paruulus & pauperrimus hodie à fidelib. ſuis de Theſauro nobiliori quem in mũdo habuit, dignatus eſt tribuere munus (quidem) acceptabile & gratuitum. ſ ſanguinem ſuum precioſum quẽ, pro nobis in Circũciſione effudit in ſignũ amoris maximi, cum .n. ueniſſet in mundum recuperare ouem perditam ſ. naturam humanam impignoratam pro uita iux. illud Matth. filius hominis
Mat 18 *uenit querere & ſaluum facere quod perierat, Tamquã bonus mercator in ſignum ſuę efficacis uolũtatis de rei præcio totali per ſoluendo, Aram tribuit. ſ ſanguinem ſuum, certificans nos per hoc totali precio ſoluẽdo in die paraſceues in tãcho crucis per liberationem humani generis à pctõ, & carcere limbi, in quo per debitum peccati originalis detinebatur & à ſeruitute diaboli carcerem cuſtodientis, atque pro reconciliatione facienda cum Deo per ipſum hominem offenſo, tamquã principem ipſum hominem captiuum & carceratum detineri faciebat, Vnde ſanguine ſuo Chriſtus benedictus totalem principium ſoluit & humanum genus liberauit, & diuinam iram placauit, & propterea congrue uocatus eſt Criſtus ſaluator, in quinque .n. uicibus hoc tale pretium ſoluit. ſcilicet.*

PRimo In circunciſione & fuit inicium noſtrę Redẽptionis.

Secundo In oratione & hoc oſtendit noſtræ Redemptionis, deſiderium.

Tertio in flagellatione & hoc fuit noſtræ redemptionis meritum.

Quarto In Crucifixione & hoc fuit noſtræ redemptionis premium.

Quinto In lateris apericione & hoc fuit noſtræ redemptionis complementum.

Nos igitur tamquã grati muneris accepti Annũ nouum ei Chriſto annũciare debemus. ſ. hanc diem digne celebrare atque condignas gratias de tanto munere ei referre, ſicque per totum annum laudes eius continuare. Vnde tria miſteria uidebimus.

Primum Temporis congrua deter minatio, Cum dicitur poſtquam conſumati ſunt dies octo.

Secundum pueri ordinata Circunci ſio. Cum dicitur Vt Circunciderετur puer.

Tertium Nois digna impoſitio. Cũ dicitur Vocatum eſt nomen eius Ieſus.

Primum miſterium Notandum ꝙ tempus .8. dierum in Circunciſione, congrue determinatum fuit obſeruan dum, & hic tria puncta uidebimus.

Primus punctus Quotuplex eſt circunciſio.

Secundus quõ in qua libet illarum congruum tempus ſit 8. dierum.

Tertius quomodo quilibet Circun ciſus debet eſſe puer.

De primo puncto dic. ꝙ Quadruplex eſt circunciſio ſecundum quatruplicem ſenſum; ſacræ ſcripturæ, ſ. literalem, moralem, ſpiritualem, ſupernatu ralem uel æternalem.

Prima eſt Circuncifio materialis.

Secunda eſt Circunciſio moralis.

Tertia eſt Circunciſio ſpiritualis.

Quarta eſt Circũciſio ſupnaturalis.

Prima eſt quæ erat abſciſio circularis peliculæ præpucij in carne, qua diſtinguitur circunciſus à non Circunci ſo, ſic eam primo mandauit Deus, eãque inſtituit fieri ab habraam ubi Deꝰ ad habraam di. quod ambularet corã eo & quod daret illi filium immo ſemen eius multiplicaret mirabiliter, & daret principatus & regna, & multas terras quantum poſſet perambulare, & pro pacto ſempiterno inter ſe & ſe men habraæ iuſſit fieri Circunciſionẽ di. hoc eſt pactum meum quod obſer uabitis inter me & uos, Circuncidetur ex uobis omne maſculinum & cir cuncidetis carnem præputij ueſtri ut ſit ſignum inter me & uos, uide textũ ut ſupra quia inuenies quod habraã cum eſſet .99. annorum circuncidit ſe & Iſmaellẽ filium ſuum ex ſerua tamẽ 13. annorum & omnes ſeruos & maſculos de ſa milia ſua, eadem die.

Gen.17.

Queritur quare Abraæ data eſt hæc Circunciſio & non primo.

Reſp. quod hoc propter multas ra tiones ſcilicet.

Primo quia habraam poſt diluuiũ cultui diuino maxime dedit ſe, iuxta illud Non eſt inuentus ſimiles illi qui cõſer. legem excelſi, etiam Rabi moi. in tertio ſui directorij di. habraam fuiſſe colmunam mundi, & alijs colen tibus ſolem, & lunam, & ſtellas, ille autem ſolus colebat deum uiuum & uerum.

Secundo quia inter cæteros fuit fidelimus. Gen 15.

Credidit habraam Deo, & reputatum eſt illi ad gloriam.

Tertio fuit obedientisſimus, quia cum exiuit propriam patriam ſeparauit ſe ab infidelibus iuxta mandatum dei & illi ſacramentum Circunciſionis dedit. Gen.12.

Quæritur quo inſtrumento fiebat hęc circunciſio. Reſp. aliqui quod fie bat cultelis lapideis, unde ſephora uxor moiſi circũcidit filium petra acutisſima, hebrei tamen dicunt quod nouaculis acutis fiebat, & ubi nos habemus in traductione noſtra, petra, hebreus habet acciẽ quod ſignificat ac cuciẽ gladij. Hec eſt igitur circunciſio materialis, quam hodie ſaluator ſuſti nere uoluit, & proprium ſanguinem cum dolore, pro ſalute nr̃a effundere. Exo.4. Ioſ.5.

Quæritur ad quid inſtituta eſt hæc circunciſio, Reſp. quod Duæ ſunt cauſæ, prima eſt populi dei ab alienige nis diſtinctio, Secunda eſt peccati originalis expiatio, uel dilectio. Deus. n. nunquã relinquit hominem poſt pec catum ſine remedio contra morbum ut di. Vnde in lege naturę fiebant mul tæ oblaciones pro peccatis ut de Abel & caym & durauit ille Ritus uſque ad diluuium, poſt uero diluuiũ fuit ſacri ficium, quia Noe obtulit Deo ſacrifi cium poſtquam egreſſus eſt de Arca & durauit uſque ad Abraham & tunc Sco.in.4 di.1.q.7 Gen.4.

ſecuta

uia tutissima facienda est pro dele-ctione peccati.

Sexta est peccati satisfactio, quia pęna est reordinata culpę ideo opor tet aliquam pœnā pro peccato uolun tarie assumere.

Septima est peccati euitatio in pro posito.s.non amplius redeūdo ad pec candum.

Octaua est pec catoris iustificatio, sequitur .n. impij iustificatio die octa uo,hoc est illis septē præmissis quę est perfecta peccati Circuncisio quam libet fidelis hodie exemplo Christi fa cere debet.

Tertia Circuncisio est spiritualis, exponendo eam allegorice, quę fieri habet in anima ad cauendum peccata quæ Circuncisio non est ad amputan dum uitium quod insit,sed quod pos sit in esse,est ergo Amputatio causæ peccati, Hęc etiam habet octo dies, Septimū disponētem & 8.perficientē.

Eccl.7. Prima dies est humanę uitæ breui tas, debet considerare uolens cauere peccatū uitæ suę breuitatem memora re nouissima tua & in æternum non peccabis.

Secunda temporalium miserabili-tas,ratione mutabilitatis,insacietatis, & afflictionis, propter quæ homo ab illis abstinet.

Tertia est carnis fragilitas, quæ est subleuanda per redificationē malę in clinatio nis & castiganda per rationē.

Quarta est animæ rationalis digni tas, quæ non ad hæc inferiora sed su periora ordinata est, ideo sic pro il-lis agat.

Quinta est peccati grauitas, quia p. illud homo incurrit priuationem gra tiæ Dei & gloriæ,& obligat se ad pę-nam ęternam.

Sexta est gratię neccessitas, quia si-ne illa nemo saluari pōt,& illa ad me-ritoria opera est neccessaria.

Septima est gloriæ eternæ inmensi tas, propter quam euitabit peccata. Cum nihil coinquinatum possit in il-la intrare miseriæ.

Octaua est Mentis puritas quæ se-quitur, & est Circuncisio perfecta ui-tiorum.

Quarta Circuncisio super naturali secundum sensum Analogicum, & hæc est remotio omnis culpæ,pœnę, & miseriæ,& hæc erit in gloria ęterna cum ibi ubi omne bonum & nullum malum, & hæc habet 8. dies scilicet octo ętates.

Prima ætas hominis est infantia, quæ durat per 7. annos.

Secunda ætas hominis est pueritia quæ durat usque ad 14. annum.

Tertia ætas hominis est adolescen-tia quæ durat usque ad 28. annum.

Quarta ætas hominis est iuuentus quæ durat usque ad 40. annum.

Quinta ætas hominis est uirilitas quæ durat usque ad 60. annum.

Sexta ętas hominis est Senectus quæ durat usque ad mortem.

Septima post mortem quies animæ usque ad Iudicium.

Octaua cū ibunt in uitam æternā.

Vel prima ætas est ab Adam usque ad Noe.

Secunda à Noe usque ad Habraam

Tertia ab Abraam usque Moysem.

Quarta à Moise usque ad Dauid.

Quinta a Dauid usque ad trans-migrationem babilonis.

Sexta usque ad Christum.

Septima usque ad finem mundi.

Octaua erit post Resurectionē,ubi Iusti ibunt in uitam eternam.

Quare autem in die anni noui hęc Circuncisio inuenitur, hoc patet in fine legendæ.

Secundum Misterium. De ordina-ta Circuncisione pueri, uidebimus duo puncta.

Primus punctus. quare Christus uoluit circuncidi.

Secundus punctus. quare nos non Circuncidamur corporaliter.

Ad primum aliqui dixerunt quod Christus non debuit Circuncidi quia

in hoc uidetur ſignificare, quòd cere monia & legalia ueteris teſtamenti ſint à Chriſtiano obſeruanda, eo quod vt caput illa ſeruauit. Secundo quia hoc fiebat contra peccatum ſed ipſe non habuit peccatum, non originale quia de ſpiritu ſancto &c. Non actua le, prima Petri ſecundo. Qui peccatū non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, Quis ex uobis argu. me de peccato. Ioan.8.

Reſp. quod doct. aſſignant multas rationes, quare Chriſtus uoluit Circū cidi .ſ. 3. reales & 3. morales.

Prima realis ut ſe ex ſemine Habraę eſſe oſtenderet, quia in lege promiſſū fuit Habraę, quod de eius ſemine na- ſceretur Chriſtus. In ſemine ſuo &c. ergo cum tota poſteritas Habraæ fuit circunciſa etiam Chriſtus debuit Cir cuncidi. Gen.12.

Secūda ratio ut legem adimpleret quæ uſque ad ipſum obſernanda e- rat, ideo ipſe di. Non ueni ſoluere le- gem &c. Mat.5

Tertia ratio ut auferet Iudęis occa ſionē incredulitatis quia ſi uidiſſent illum incircunciſum, non crediſiſ- ſent illum eſſe uirum probum. & tam quā non obſeruantem legem obieciſ ſent.

Prima ratio moralis ut humilita- tem doceret, etiam quòd non eſſet in peccato uoluit tamen ſubijci legi, ut doceret ſubditos humiliari legi.

Secunda ratio ut nos & circunci- dendos ſpiritualiter eſſe oſtenderet auferendo occaſionem peccatorum.

Tertia ratio ut diabolum & hæreti cos confunderet. primo diabolum ut non poſſet cognoſcere, an ipſe eſ- ſet Deus, an purus homo, ne impedi ret, iuxta uires ſuas miſterium pasſio- nis, Secundo quia hæretici dixerunt Chriſtum non habuiſſe uerū corpus ſed fantaſticum.

Ad Secundū punctum. Reſp. Pau. In Chriſto Ieſu neque circunciſio ali quid ualet, neque præputium, ſed nouā creatura, .ſ. per aquam baptiſ- malem & in eodem loco ſequitur di. ſi circundimini in uobis Chriſtus proderit, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto non intra- bit &c. Gal.5. Ioan.3.

Nunc igitur euacuata eſt Circunci ſio per bap. ſuccedentem, & certe be ne euacuata.

Primo quia bap. eſt ſacramentum magis commune, quia pro maſculis & feminis.

Secundo eſt magis leue quia in ſo- la aqua & non in ſanguine.

Tertio quia magis utile, quia maio rem gratiam confert, quod quidem non faciebat circunciſio .ſ. non con ferebat tantam gratiam.

ergo euacuata eſt & bene, quia à paſ ſione Chriſti ipſa circunciſio cū alijs legalibus ceſſauit. Vnde Chriſtus Con ſumatum eſt, per hoc innuens conſū- mationem legis prophetatis & figu- ratis eſſe impletam & ceſſatam. Ioan.19

Primo ali q cōtra hoc arguunt di.

Secundo circunciſio data eſt Ha- braæ à Deo in fœdus ſempiternum ergo non euacuata eſt. Hoc confirma tur quia apoſtoli & conuerſi per mul ta tempora poſt paſſionē Chriſti ſer- uauerunt circunciſionem & legalia, Pau. etiam Circuncidit Thimoteum. Gen.17

Secundo Item Non ueni ſoluere le gem ſed &c. Act.16 Mat.5.

Tertio Pau. poſt circunciſionem Thimotei uenit hieruſalem & ibi etiā cōſilio Iacobi maioris epiſcopi hieru ſalem, purificauit ſe & ſacrificium ob tulit ſecundum legem Moſaicam, & fuit poſt annos circa poſt paſſionem Chriſti, fuit .n. per 7. dies antequā caperetur. Captus autem fuit, anno 3. Neronis qui incepit regnare circa an num vigeſimum à paſſione Chriſti, tūc autem uidetur quòd bap. & alia euāgelica erāt ſufficienter diuulgata

Quarto Petrus Antiochię ſeruauit legalia ubi cum eſſet & comederet cū gentibus conuerſis comedebat de

ſuffocatis

ſuffocatis & de alijs cibis eorum .ſ. gétilium. Cum autem ueniſſent quidé miſſi á Iac. exiſtente in hieruſalem ſubtraxit ſe ab illis gentilibus, timens iudeos conuerſos, quia .ſ. Iudei, non tamen cito poſt eorum conuerſioné uolebant legalia relinquere ſed oportebat pauiatim eos diſponere ad comedendum de ſuffocatis animalibus ſicut nos nunc facimus, & cum eis comedit & legalia quem Pau. Galat. 2 redarguit di. Si tu cum Iudeus ſis gentiliter uiuis & nó Iudaice quomodo gentes cogis Iudaizare, hoc autem fuit anno .4. Neronis. quare &c.

Reſp. quod Circuncisio & alia legalia ſunt euacuata nec licet circuncidi nec alia ſeruare, Imo nunc eſt hereſis dicere legem moſaicam cum euangelio ſeruandam, ſicut habent extra de baptiſmo & eius effectu. cap. maiore, ubi di. Inocentius abſit ut in illam damnatam. Ad intelligendum autem quomodo & quando lex ceſſauit Notandum ſecundum aliquos, quod fuerunt euacuata omnia legalia in paſſione ut dictum eſt ſupra.

Extra de bap. ma.

Dico ergo quod quantum ad bap. diſtinguenda ſunt duo tempora primum quo fuit ſub conſilio. Secundú quo fuit ſub precepto. Primum durauit a principio quo per Chriſtum & Apoſtolos prædicatum eſt uſque ad prædicationé ſolemnem & autenticam ipſi bap. poſt Aſcenſionem Chriſti, Secundum uero credo quòd inceperit in die penthe. quando .ſ. apoſtoli accepto ſpiritu ſancto publice prædicare cœperunt, quòd antea non fecerant, Dein. ad alias Ciuitates delatum eſt baptiſma & alia legis euangelicę & tempus illis erat quando ſic publice & ſolemniter in eis prędicabatur. Ita quod non incepit hoc ſecundum tempus ubique ę qualiter, ſed ſecundum quod uel apoſtoli uel alij ibant ad publicandum, Incepit ergo primo in hieruſalem. iuxta illud Iſa. De ſion exibit lex. & uerbú domini de hieruſalem. Forte .n. aliquibus ad menſem alijs ad Annum alijs ad. 10. annos puplicata eſt lex euangelica.

Sen. diſ. 14. q.

Qnantum ergo ad Circuncisioné ſunt diſtinguenda Quatuor tempora.

Primum temp⁹ in quo erat neceſſaria. Sen. diſ. 14. q. 1.

Secundum in quo fuit vtilis & nó neceſſaria.

Tertium in quo nec fuit vtilis, nec neceſaria ſed ſolum licita.

Quartum in quo nec utilis, nec neceſſaria, nec licita, ſed mortifera.

Primum tépus preceſſit utrunque tempus baptiſmi .ſ. antequam baptiſmú eſſet ſub. cóſil¹o & ſub precepto, & hoc fuit ab habram uſque ad Chriſtum quia tunc erat neceſſaria ad ſalutem ante baptiſmum.

Secundum tempus Circuncisionis comitebatur primum tempus baptiſmi nam tunc baptiſmum conſulebatúr & ideo non erat neceſſaria Circuncisio & hoc fuit a baptiſmo Chriſti Vſque ad penthe. Quia tamen baptiſmus non precipiebatur ideo Circuncisio utilis erat, & delebat originale ſicut in primo tempore. eligere enim poterat Iudeus Vtrunque utrum .ſ. Circúciſionem & baptiſmum quia que utile erat.

Tertium tempus quo Circuncisio ſolum licita fuit, licet non utilis nec neceſaria, Com currit cum ſecundo tempore baptiſmi .ſ. quando baptiſmus fuit ſub precepto, maxime quantum ad Iudeos, Nam ualde difficile fuit eos remouere ab obſeruatione legis antiquę, immo tempore quo pau. ſeruauit, uidebatur apoſtolis ea eſſe ſeruanda, patet quia conſuluerunt pau.

Quartum tempus in quo nec licita nec utilis, nec neceſaria, ſed mortifera fuit, a publica promulgatione ſub precepto .ſ. a tempore penthe. uſque ad Iudicium.

Ad primum dico quod illud ſempiternú ibi Nó capitur pro æterno

ſed pro ſæculo vt puta pro tempore longo, ſicut quãdo nos dicimus hæc res durabit in æternum, intelligitur longo tempore.

Reſ. Sco in 4. ſen diſt. 1. q. 4. Alia reſponſio quod hæc circuncisio data eſt in fœdus ſempiternum vel in ſe, vel in æquiualẽte, quod quidem equiualens eſt baptiſma, & nobiliori modo, & vniuerſaliori modo, dico vniuerſaliori tũ quia & maſculi & fœmiuę habent baptiſmum, tum etiam quia omnes nationes tenentur habere ſi volunt ſaluari.

Alia reſponſio, quod Deus dedit circunſionem Abraę, quod eſt ſignũ particulare pro populo Iudaico in ſempiternum, ideſt pro tempore, vt ſupra dixit, Baptiſma vero eſt ſignũ vniuerſale pro omnibus nationibus, vt ſupra dictum eſt.

Ad ſecundum, reſpondeo, quod non venit ſoluere legem, ideſt decẽ pręcepta ſed tantum ceremonialia, & iudicialia, ſed quia ſabbata ſantifices eſt pręceptum & quoddam ceremoniale, & ideo inquantum ceremoniale Chriſtus vel eccleſia Chriſti, illum diem mutauit in dominico duplici cauſa. tum quia in dominico Chriſtus reſurrexit, in qua reſurre, fides noſtra fuit confirmata: Tum quia dies dominica eſt immediate, poſt ſabbatum, ad memorandum Iudæis quòd nihilominus immo plus die dominico cultui diuino eſt inſiſtendum.

Vide Sco. vbi ſupra. Ad Tertium dico quod licuit Paulo ſicut alijs Iudeis vſque ad illud tẽpus quo circũcidit Thimo. quia Bapt. non erat adhuc generaliter oĩb. i. in omnibus partib. mundi peruulgatus.

Ad Quartum de Petro qui ſecundabat comedere. modo Iudaice, modo gentiliter, dico, quòd lis eſt inter duos apoſtolos. ſ. Petrum, & Paulum & inter duos doctores. ſ. Augu. & Hiero. Aug. eſt pro Paulo, & dicit quòd Petrus male fecit, & ꝙ bene reprehenſus eſt a Pau. (vt ſupra dictum eſt) & in hoc ſequor Augu. hoc autem non fuit propter obſeruationem legis, ſed ſub trahendo ſe à Gentilibus videtur eos ſcandalizaſſe, & quaſi obſeruantia legis eſſe neceſſaria: Hiero. autem excuſat &c.

Ad Tertium Miſterium, Imponebãtur. n. nomina in circuncisione ſicut nos in baptiſmo ſicut in Circunciſione Chriſti vocatum eſt nomen eius Ieſus triplici ratione.

Primo ratione reuellationis.

Secundo ratione ſignificationis

Tertio ratione importationis

Primo reuelatum eſt illud nomen à Deo, ab angelo, & à parentibus. Iſa. 10

Primo Deus & reuelabitur filius meus Ieſus cum hijs qui cum eo Iocundabuntur.

Secundo Angelus quia annunciauit Mariæ.

Tertio parẽtes, quia in ſomnis apparuit Ioſeph. di. Ioſeph: filij Dauid noli timere, ecce pariet filium & vocabis nomen eius Ieſum. Luce 2.

Si dicas contra Iſa. di. ecce virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen eius Emanuel & paruulus datus eſt nobis (& ſequitur) & vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius, Deꝰ, fortis, princeps pacis &c. Iſa. 7. et cap. 9.

Reſponſio quod hoc nomen Ieſus importat implicite omnia nomina illa.

Primo. n. Emanuel interpretatur nobiſcum Deus.

Secundo Admirabilis quia admirabilitas fuit in eius incarnatione.

Tertio Conſiliarius in eius doctrina & prædicatione.

Quarto Deus, in miraculorum operatione.

Quinto fortis in paſſione.

Sexto pater futuri ſeculi, in eius ratione, ex qua nobis futurum ſeculum manifeſtauit.

Septimo princeps pacis, Quia in eiꝰ Aſcenſione relinquendo nobis pacẽ, facta eſt pax inter Deum & creaturã rationalem.

Secundo ratione ſignificatis: di. quĩ nomen imponitur ab aliqua proprietate

tate rei, exemplum. Quando aliquis naſcitur in feſto alicuius ſancti nomẽ ſancti illius imponitur illi: Aliqui a cognatione exemplum de Ioh. Bapt. (vide locum) Aliqui ab aliqua probitate vt apud Roma. Nam Scipio nominatus eſt Africanus ab Africa deuicta: Aliqui (diſcurre) &c.

Ad propoſitum de Chriſto impoſitum eſt hoc nomen Ieſus à dignitatis ſignificatione, ſignificat.n. hoc nomẽ Ieſus idem quod ſaluator. Ipſe.n.ſaluũ faciet à peccatis &c.

Matt.1. Primo Notandum eſt ꝙ hoc nomẽ Ieſus ſaluat nos tripliciter.

Primo à reatu peccati. Scribo vo-
Ioan.2. bis filioli quoniam remittuntur vobis peccata veſtra in nomine eius: Sed di. Antiqui patres ſaluati ſunt & non in eius nomine Ieſu: Reſpõſio quod omnes ſaluati & ſaluandi, in hoc nomine ſaluati ſunt & ſaluabuntur, in fide mediatoris ĩplicite vel explicite quia patres ſaluati ſunt .ſ. in fide mediatoris præuiſi.

Secundo ab inſidijs diaboli: In nomine meo dęmonia eicient &c. exemplum quotidie videmus &c.

Tertio à periculis mundi, ſuper
Mar.6 egros manus imponent & bene habebunt &c. Exemplum in multis qui exiſtentibus in periculis vocantibus nomen Ieſu &c.

Tertia Ratio, importationis, vnde Notandum ꝙ Chriſtus tribus nominibus nominatus eſt.ſ. filius Dei, Chriſtus Ieſus.

Primo quia Deus Deo eſt, propter diuinitatem quam à patre æternaliter accepit.

Secundo Chriſtus.i.vnctus, in quãtum à perſona diuina ille homo eſt aſſumptus.

Tertio Ieſus inquãtum Deus eſt humanitati cõiunctus, vnde hoc nomẽ Ieſus, importat naturam diuinam humanitati vnitam, hinc eſt, quòd huic nomini Ieſus, fit reuerẽtia, quia principaliter importat Deum vt ſaluatorem naturę humanæ & ideo eſt nomen honoris & reuerentię. Hinc eſt quod apud Iudæos hoc nomen Thetragramaton erat in maxima reuerentia: eo quia eſt nomen maximum & proprium Dei, quod nomen figurabat Ieſus, & ſcribebatur in lamina aurea, quæ imminebat fronti Pontificis vt habetur quod eſt nomen quatuor literarum, ſcilicet The, ſignificat iſte, Tra ſignifiat eſt, grama, ſignificat principiũ, Tõ, idem eſt quod vita.i. iſte eſt principium vitæ, & vere Ieſus eſt principium vitæ, & naturalis inquantum verbum, per quod omnia facta ſunt, Ioan.1.
Et ſpiritualis quia cum eſſemus mortis per peccatum ipſe redemit nos & lauit nos & tribuit gratiam æternam: &c. ex hoc apparet quam grauiter blaſphematores peccant blaſphemando Ieſum &c.

DO.

tem inimicorum Chriſti,&etiã quod Chriſt⁹ in iudea viuere & mori debere,ideo fuit neceſſarium vt Angelus ad regreſſum in Iudęa &c.

Secundus punctus eſt &c. Queritur, an Chriſtus habuerit Angelum ad ſui cuſtodiam deputatum,ſi dices non,ergo cum eſſet Deus licet paruulus poterat per ſe fugere & Ioſeph monere aut etiam ſtando ſe, & matrem,& Ioſeph , protegere &c.

Reſpondeo , quod aliqui voluerunt dicere Chriſtum habuiſſe Angelum cuſtodem ſuum , propter aliqua dicta ſcripturæ,De Angelo Gabriele nunciante conceptionẽ Chriſti ipſi Mariæ & de Angelo, qui monuit Ioſeph ne vxorem duceret &c.

Luca

Lu.

Matth.2 Item dic.quomodo Angelus monuit Ioſeph vt ſugeret in Aegyptũ, & poſt rediret &c.

Lu. 22. Item dí. quomodo cum Chriſtus eſſet in agonia apparuit Angelus cõfortans eum , ergo, vnde Beda ſuper iſtud Luc.22. Ecce apparuit ei Angelus conſortans eum dicit , in teſtimonium vtriuſque naturæ Angelum eum confortaſſe,& Angelos ei miniſtraſſe deſcribitur.

D.Bonauẽ.in 2. ſent.diſt. 2.q.3. Dico tamen ſecundum Bonauen. & alios communiter q̃ðd Chriſtus non habuit Angelum cuſtodem,ſed ſolũ habuit Angelos miniſterio eius deputatos Ratio eſt quia angelica cuſtodia ponitur ad cuſtodiam corporalem ne homo,ſcilicet à Diabolo ſuffocaretur & ſpiritualem animę ſcilicet ad illuminandum in bonis, & retrahendum à malis cogitationibus & operationibus , modo quantum ad primum corpus Chriſti erat diuinitati vnitum , quæ valde potentior Angelo,ideo &c.quantũ ad animam illa erat ab inſtanti ſuæ conceptionis plena gratia, immo beatiſſima,ergo non indigebat illuminatione &c.nec retrahere à malo cũ peccare non poſſet licet ergo natura humana eius eſſet inferior angelica, tamen gratuita faciebant illam angelis ſuperiorem,ergo dicendum quòd præciſe habuit angelos miniſtrantes ſeruos,non autem cuſtodes.

De Gabriele autem di.quod vt ſeruus procurabat omnia miſteria noſtrę redemptionis,quia ſibi fuit reuelatum &c.

De Angelo confortãte Chriſtum in agonia dic. Beda quòd ſicut per nos fuit contriſtatus ita propter nos confortatus, non autem quia indigeret,Theoph.autem di,quod illa confortatio fuit Chriſti glorificatio,qa Angelus dicebat Domine tua eſt virtus,tua eſt potentia,tu potes genus humanum redimere&c.vel aliter voluit oſtendere quod humanitas indigebat præſidio Angelorum, licet nõ ſua ſed noſtra: Ad illud quod Chriſtus ſe ſolo poterat omnia illa facere. Reſpondeo quod Chriſtus hęc omnia potuit ſed nõ decuit propter tres.rationes &c.

Primo ratione honorãtis, quia cũ eſſet Deus non debuit vt vilis per ſe talia operari, ſed vt magnus Dominus per miniſtros.

Secundo ratione oſtẽſionis, quia cum eſſet homo debuit ſuam naturalem impotentiam & humilitatem oſtendere.

Tertio ratione occultationis,quia cum eſſet Chriſtus & Saluator debuit in principio ſuam potẽtiam occultare ne dæmones eum eſſe Meſſiam & Saluatorem humani generis cognoſcerent & impedirent , Angelus ergo mittitur ad Ioſeph tãquam miniſter ad curam Chriſti & ſeruitium, non quia cuſtos quia non indigebat cuſtodiri &c.

Tertius punctus &c. Reſpõ. quod ipſo dormiente ait Angelus : ſurge tolle,&c.

Quæritur quare in ſomnis Ioſeph ab Angelo inſtruitur, tamẽ & Maria & ab Angelo viſione nunciatur. Lu. 1.

Similiter paſtores in vigilia viderunt Angelos nunciantes Chriſti natiuitatẽ,& eos cantantes audierunt.

Reſpondit Griſoſt. quod hoc fuit quia Ioſeph valde fidelis erat & de

re ſatis facili inſtruebatur, virgo autem glorioſa de ſublimi miſterio erat edocenda, & ideo per Angelum in vigilia prolixe diſputantem & perſuadentem huius miſterij poſsibilitatem debuit inſtrui, paſtores autem erant, ideo aperitione exteriori & groſſa indigebant. Cum ergo Ioſeph qui interpretabatur iuſtus & fidelis eſſet ſola ſimplici admonitione in ſomnis credidit, ſic igitur Angelus ad eum dixit ſurge & c.

Quomodo autem Angelus loquatur cum non habeat inſtrumenta vocis, & de locutione Angelorum, vide in ſecundo diſp.

De ſecũdo miſterio tria puncta neceſſaria videbimus. 5.

Vide in 2. ſent. diſt. 9. ... 4

Primus punctus, an virgo fuit vere mater Dei.

Secundus, an mater naturalis dicenda ſit.

Tertius, quare matrem Chriſtus voluit habere.

Ad primum reſpond. quod ſecundum aliquos hic fuit hæreſis Eluidij & Neſtoris dicẽtium quod non, quia ſicut pater dicitur qui de ſubſtantia ſua genuit ſibi ſimilem in ſpecie, ita etiam mater eſt illa quę de ſui ſubſtãtia genuit ſibi ſimilem in ſpecie, ſed hoc non fecit virgo Maria reſpectu Chriſti, ergo non fuit eius mater. Minor probatur quia Chriſtus di. ſuppoſitum diuinum in duabus naturis, Maria autem non potuit verbo aut diuinitati ſubſtantiam tribuere, vel miniſtrare, ergo non fuit mater Dei.

Item pater & mater ſunt principium geniti, ſed Maria non eſt principium Dei, ergo non eſt mater Dei, minor patet. In principio erat verbum &c.

Ad propoſitum dixerunt ergo iſti quòd virgo glorioſa genuit purum hominem, ſcilicet illam humanitatẽ à verbo aſſumptam, & ideo vere eſt hominis mater, & non Dei ſecũdum iſtos. Contra hanc hęreſim præſuppo-

3e in. 3. di. 4.

nendo matrem actiue ſe habere ad generationem filij, arguitur ſic, Homo generans ſuppoſitum aliquod in natura humaua eſt eius pater uel mater, quia generatio terminatur ad ſuppoſitum in natura ſimili generanti, ſed virgo glorioſa genuit ſuppoſitum verbi in natura humana ergo fuit vera eius mater. Confirmatur auctoritate trium magnorum doctorum Græcorum.

3e. in. 3. di. 4.

Primo Damaſcen. Teotocon, idest, Dei genitricem principaliter & vere ſanctam Mariam prædicamus, ſicut enim verè Deus ex ipſa genitus eſt, ita verè Dei genitrix dicitur.

lib. 3. ca. 12.

Secundo Orige. in homelia Maria mater intacta, mater incorrupta, mater eius cuius eius, mater Dei vnigeniti.

Tertio Cirillus natum eſt enim ex Dei ſubſtãtia Dei verbum, quia tamẽ carnem aſſumpſit propriam eum factum neceſſarium eſt cõfiteri, quia natus eſt ſecundum carnem per mulierem, quia igitur & vere eſt Deus, quo modo dubitat quiſpiã virginem Dei dicere genitricem.

Ad ſecundum punctum, reſpõdeo, quòd nõ, quia Spiritu ſancti operatione concepit & peperit, igitur miraculoſe & non naturaliter.

Reſpon. quod generatio poteſt dici naturalis, vel ſupernaturalis & miraculoſa dupliciter.

3e. vt ſupra.

Primo vt comparatur ad virtutem actiuam productiua naturaliter vel ad modum eius.

Primo modo dicitur naturalis quãdo à potentia naturali actiua & naturaliter fœcunda gignitur, Miraculoſa vero vel ſupernaturalis eſt quando à principio ſupernaturali, quantum vero ad modum dicitur illa naturalis generatio quæ à cauſis naturalibus ordine naturali eſt, vt à viro & muliere naturaliter fæcundis &c. Dicitur miraculoſa quæ non ordine naturali, ſed alio modo, vt generatio Euæ.

Ad propoſitum ergo di. quod quan
tum ad uirtutē actiuam genuit natu-
raliter, quia habuit uirtutem generati
uam cum eſſet fecunda naturaliter &
non ſterilis, & per illam uirtutem
naturaliter actiuam egit ad generatio-
nem filij, ac ſi habuiſſet ad uictorium
uiri Quantum autem ad modum di.
quod fuit miraculoſa generatio dupli
citer primo quantum ad reducendā
potentiam actiuam matris ad actum,
quia hoc naturaliter fit per actionem
patris, hic autem fuit per actionem
ſpiritus ſancti, & ideo miraculoſe
quia .ſ. ad miniſtrauit duas gutas ſui
puriſſimi ſanguinis & .ſ. ſanctus egit.
ſecundo quantum ad proceſſum &
modum exequendi illam generatio-
nē, quia naturaliter fit formatio pro-
lis maſculi in 45. diebus, hic autem
facta eſt formatio corporis Chriſti,
vel ſubito vel in tam breui tempore
factæ ſunt illę tranſmutationes qui
non poſſent ab agente naturaliter ſic
fieri & ſic ſpiritus ſanctus ſupleret ac
tionem uiri & ultra hoc ſucceſſionē
traſmutationum amouit, Virgo ta-
men ſua naturali uirtute actiua coa-
gebat ſpiritu ſancto naturaliter quā-
to ex ſe erat, etiam in omnibus illis
tranſmutationibus nec mirabiliter ſi
in inſtanti agebat quia agens natura-
le ideo in tempore agit propter diſpō
nem quia opportet primo diſponere
ſtuppā ad ſuſceptionē ignis, q̄ diſpō
ſi aliūde fieret non ageret ſic Maria.
Ad 3m. pun. Reſp. pp tres raciones .ſ.

Primo Ratione. dignitatis.

Secundo Ratione. ſingularitatis.

Tertio Ratione. congruitatis.

Ad primam. filius digniſſimus de-
buit eligere matrem digniſſimam,
ſed uirginitas pręfertur uiduitati &
coniugio ſicut in corruptam corru-
pto, & purum non puro, ergo &c.
Ber. non dicebat Deū aliam matrem q̄
uirginem nec uirginem alium filium.
Secun. Rō. ſin. ſicut in eterna gñationē
ſingularitatem habet filiationis quia
a p̄re ſine matre producitur, ita in gña
tione tpali debuitē produci ſingulari
filiatione, ut .ſ. ex matre ſine p̄re gene
reť. eſt. n. quatruplex mod' gñationis.
Primus ſine uiro & muliere ut ī Adā.
Secūdus ex uiro ſine muliere ut ī Eua.
Tertius ex uiro & muliere ut in nobis
Quartus ex muliere ſine uiro ut Xp̄s.
Tertio Ratio. congruitatis. Aug. ī ſer.
Nat. ait, nō. n. fas eſt ut per ei' aduen.
uiolaretur integritas qui uenerat ſa-
nare corrupta, & pfectō cum libido
uel actus carnalis ſit ꝯn̄s pcm̄ origina
le, nō decebat ut filius dei qui uenerat
abolere peccatū originali turpitudini
conſequēti peccatū ſubiceret in m̄re.
Tertium Miſt. &c. quia. n. Chriſtus ue
nerat pp oues dom' Iſrael q̄ perierāt *Mat. 15*
ideo non debebat in Aegiptum ſtare,
ſed hita tpis oportunitate in Iſrael re
uerti, donec autē puer erat nondū ue
nerat hora eius ut mortem patereť, iō
illa ętate in ægiptū fugit qa Herodes
illū occidere querebat quo defuncto
.ſ. herode, data ē ptās redeundi Iudeā
& ſtandi, iō Angelus miniſter Xp̄i di.
ad Ioſeph tolle. Aſſignans ſibi ratio.
di. Defuncti. n. ſunt q quęrebāt animā
pueri, ex hoc apparet quod iſte hero-
des qui Infantes occidit non fuit ille
a quo in paſſione Chriſtus illuſus eſt
Vnde Not. quod 3. fuerant herodes.
Primus dict. eſt Aſcalonita, & fuit iſte
q infantes occidit ſub quo nat' ē Xp̄s
Secūdus dict. eſt herodes Antipes, &
iſte fuit q Io. decolauit & fuit quintus
filius primis herodis, cui Xp̄s pp hoc
uoluit in ſuā paſſionem reſpondere.
Tertius dict. eſt herodes Agrippa q Ia
cobū occidit & Petrum incarcerauit
& iſte fuit filius Ariſtoboli filij primi
herodis de quo dr̄ Act. Miſit herodes *Act. 12.*
rex magn' & aſfligeret quoſdā de eccle
ſia &c. Mortuo igitur herode Aſcalo
nita Ioſeph monitus eſt ut cum matre
& puero reuerteretur in terrā Iſrael.

Audiēs autem Ioſeph quod ibi re-
gnaret Archelaus pro patre ſuo Hero
de timuit ire & admonitus in ſomnis
ſeceſſit in partes Gallileæ & habita-
uit in Ciuitatem quæ uocatur Naza-
reth, ut impleretur ꝙ dictum eſt per
prophetā qa Nazarenus uocabiť &c.

Math.2 *Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius. & pro cidentes adorauerunt eum Matth.2.*

MIram eſſe in Regibus maieſtatem, eorum ſubditi profitentur, non ſolum obedientia, & obſequijs. ſed dignis etiam honorificiſque muneribus Quocirca iure óptimo naſcente Chriſto, ei famulatum omnes terrenę, cæleſtesque creaturę exibuerunt, & quibus licuit, donis eius maieſtatem regiam declararunt. ſed tanto honorificentiora dona ſunt, quanto ab honorificentioribus perſonis offeruntur, qualia ſunt, quibus Reges à Regibus honorantur. Hic honos hodie Chriſto Regi noſtro. Magis Orientalibus Regibus exbibitus ex, & eo quidem Huſtior, quà donis etiam fuit myſticis cumulatus, ſummam Chriſti dignitatem atteſtãtibus. ut in ſacrę hodiernę hiſtorię expoſitione explicaturi ſumus.

PRremiſa introductione uidebimus tria Miſteria. v3. Primum Inuentionis. Secuudum Adorationis. ¶Tertium Oblationis. ¶Quantum ad primũ neccceſſe eſt uidere tria pũcta. ¶ Primus Qui ſunt iſti q querũt Xp̃m natum. ¶Secundus vnde ueniunt(iſti q querunt Xp̃m. ¶Tertius Quo inſtin
pſal.71. ctu querunt Xp̃m. ¶Ad primum di. ꝙ iſti dicti ſunt magi, erant tñ reges iux. proph. patres reges tarſis & iſulæ &c. Magi aũt dicti ſunt pp profunditaté ſapientiæ, Vnde Not. ꝙ magnus dr̃. 3. Primo magus. i. illuſor. ¶ Secundus. Magnus. i. maleficus. Tertius magus. i. ſapientes iſti autem non fuerout nec. Primo nec Secundo ſed. Tertio Nam q prophiteẽ linguam perſicam, dr̃ magus, linguã hebraicam dicitur ſcriba.

Linguam grecam dicitur philcſophus, & linguam latinam dicitur ſapiens, unde uerſus, quod magus eſt, hoc ſcriba uocatur hebreis, philoſophus grecis proprie, ſapiensque latinis. i. de ſingularis philoſophabatur.

Magi igitur dicti ſunt a magnitudine ſapientię, & dicitur quod fuerunt de genere Balaam, & ſucceſſores doctrinarum ſuarum, & erant reges periti in ſcientia aſtrorum, Reges enim illius patriæ (ſecundum Rabanum) inſiſtebant curioſius ſciẽtię aſtrorum Aliqui tamen dixerunt quòd prius non di. Magi ſed poſt ab euentu eſſe ctus magi dicti ſunt quia illuſores fuerunt illudentes herodem, cui debebant Chriſtum reuellare, & per aliam uiam reuerſi ſunt in regionem ſuam.

Aliqui autem di. hos magos ab arte magica quia malefici fuerunt, dicitur enim hoc modo magus ab imaginatione co quòd preſtigijs Cito aliqua apparere faciant, quæ tamen rationaliter non ſunt, ſicut de magis Phara. qui fecerunt apparere ranas & ſerpentes ſubito, quæ tamen in ue Exo.7.& 8.
ritate nõ erant, & iſta uidetur eſſe opinio Griſo. ſuper hoc euangelio quod ſi uerum ſit debet intelligi antequã Chriſtum adorareut, poſt autem non fuerunt malefici ſed uiri ſanctiſſimi quorum Corpora Colonię in alemania uenerabilirer tumulata ſunt & magna reue. coluntur ſed certe. Primꝰ intelľs uel opi. eſt ueriſimilior Et ſcd̃m Magiſtrum Hiſto. appellati nomine, Videlicet. in lingua Perſica.

Pri mus Appellius.
Secundus Amertius.
Tertius Damaſtus, hæbraice.
Primus dicitur Galgalach.
Secundus Magalach.
Tertius Sarachin, latine uero.
Primus dicitur Gaſpar.
Secundus Baldaſar.
Tertius Melchior.

Ad Secundum punctum Reſ. euangeliſta hodie, quod ab oriente, & glo. di. quòd a finibus perſarum, Medorum. & Caldeorum uenerunt, ubi eſt Huius Saba, a quo regio illa noĩantur,

tur, iuxta quam Reg. eſt Arabia, ubi iſti Reges fuerunt, hinc propheta di. Reges Arabũ, & ſaba dona adducẽt.

Aliqui dicunt eos fuiſſe perſas, alij autem eos de ultimis terræ partibus ueniſſe quicquid ſit, ab oriente uenerunt ut euangeliſta di. Quare autem ab oriente ſunt. 3. rationes miſtice.

Prima ſecundum Griſo. ut unde dies naſcitur, inde fides inicium ſumeret, ſol enim illuminans mundum ab oriente conſurgit ſic ſol fidei ab oriental parte, ut ſol ſolem in mitetur ut ait Chriſtus ego ſum lux mundi.

Secũda ratio quia ſicut excelſus in obedientiæ inicium ſumeſit in oriente, quia in paradiſo tereſtri qui eſt in oriente, ita hoibus illius regionis, releuatio illius prius notificari debuit.

Tertia ratio quia tunc ſapientia & potentia uigebatur in illis partibus, ideo Chriſtus qui erat renouaturus ſapiẽtiã & potẽtiã inde iniciũ dedit, ſignans in occidente illam dẽre finiri.

Ad 3m punctum, dñt ipſi vidimus ſtellã eius in occidẽte &c. hic 3. occurrũt.

Primum quomodo ſic inſtinctu ſtellæ moti ſunt, & hieruſalem venerunt.

Secundum quõ tam cito venerunt.

Tertiũ quare ſic ductu vel ſigno ſtellę Deus voluit gentib. reuelare Natiuit. Xpi. Ad primũ qſitũ ſunt variæ opin.

1. opinio. Prima Remigij di. hos Reges fuiſſe Caldæos, & Caldæi ſtellam pro Deo colebant, & ideo dixerunt quòd nuncupatio ſuorum deorum oſtenderet verum Deum natum & ideo videntes ſtellam hanc iudicauerunt verum Deũ natũ & ideo ad ipsũ adorandum venerunt.

2. opinio. Secunda opi. aliquorũ vt refert Auguſt. Griſoſt. & Remi. quod iſti Reges fuerunt nepotes & de genere Balaam qui ortum illius ſtellæ prędixerant di. orietur ſtella ex Iacob. ideo ſcientes hanc prophetatam, & videntes ſtellam præter curſum naturalem iudicauerũt Regẽ Iudæorũ natũ quẽ adorare venerũt tãquam maximum. Num. 24

3. opinio. Tertia opinio eſt adducta à Griſo. ſuper euangelio quòd quidam de genere Balaam elegerunt de ſe ipſis viros duodecim inſpectores pro tempore iſtius ſtellę & ſi quis eorum duodecim moriebatur, filius illius loco ſubſtituebatur, & per ſingulos annos certo tempore. ſ. tempore ſolliciorum ſuper montem victorialem aſcendebãt & ſub ſilentio trib. dieb. orabant Deũ vt ſtellam quã Balaam prædixerat oſtenderet. Cõtigit autem ꝙ dũ iſti tres Reges ibi manerent ſtella quędam ad eos ſuper montem venit, quę habebat formam pulcherimi pueri ſuper caput eius crux pendebat, quæ magos allocutã eſt dicit Ite velocius in terram Iuda & Regẽ quẽ quęritis inuenietis.

Quarta opinio eſt adducta à Leone Papa in homelia huius Euãgelij, quòd in natiuitate magnorum Regum vel dominorum, nouę ſtellæ & ſigna oriri conſueuerunt, ideo iſti Magi philoſophi & aſtronomi pręter naturam hanc ſtellam vidẽtes eſſe productam iudicauerunt maximum regem eſſe natum, qui eſſet regnaturus ſuper Iſrael. 4. opinio.

Quinta opinio Auguſtini di. ꝙ Angelus apparuit & dixit illis, vt properarent in Iudæam ad adorandum dominũ, quem noua ſtella oñdebat. 5. opinio.

Ad ſecũdum motiuum, ſcilicet quo modo tam cito venerunt quia legitur in treſdecim diebus ſi à finibus orientis diſceſſerũt. Videtur enim quod ſtella apparere debuit in die nat. & vſq; ad hanc diem ſunt 13. dies tantum.

Ad hanc difficultatem ſunt multi modi dicendi: Aliqui enim dixerunt, quod Magi viſa ſtella in die natiuitatis ceperunt iter & tranſacto anno, ſcilicet in die hac ſcilicet per annum cum treſdecim diebus peruenerunt Hieroſolimam ſed vt dicit gloſ. hæc opinio ſtare non poteſt, qa tunc non inueniſſent puerũ ĩ pręſepio ſed in Aegypto.

Alia opinio fuit Griſoſtomi, quod ſtella illa apparere cepit per biennium ante natiuitatem Chriſti, & quod vel tunc. vel quando eis placuit iter accipientes 13. die poſt natiuitatem Dñi, applicuerunt Hieroſolimam &c. opinio. Griſoſtomi. opinio. Auguſti.

Alia opinio Auguſtini cum Griſo-

 ſtomo

ſtomo quod ſtella apparere cępit per biennium ante & Magis mirantibus quod protenderet, tandem per Angelum reuelatum eſt eis Chriſtum eſſe natum & qđ ire deberent ad illũ adorandũ,& tũc iter arripuerũt in die Natiuitatis & venerũt &c. qũo cõior.

Quomodo autem tam citò peruenerunt Hieronymus, dicit quod non eſt mirum, quia illi habebanț equos Arabicos, ſcilicet Dromedarios velociſsimos qui tantum currunt vno die quantum vnus equus ex noſtris in tribus, quare cum eis peruenire potuerunt. Aliter Remigius dicit ꝙ ex quo iſti erant ſucceſſores Balaam, regio illa non multum diſtat à terra promiſſionis ideo in tam breui tempore peruenire potuerunt.

Si di. quare Euangeliſta poſuit, qđ ab oriente venerunt.

Reſpondetur quod ab orientali plaga reſpectu Hieruſalem venerunt vide Sanctum Vincentium de ducatu iſtius ſtellæ Sermo. primo.

Aliter dicit etiam Remigius quod vndecunque venirent puer ad quem properabant eos tam cito perducere ad ſe potuit quare &c.

Si quæras quare magis Hieroſolimam quàm alibi venerunt di. ſecundum fulgentium quòd illam ſtellam viderunt ſuper Iudęam ideo in Iudęam perrexerunt, & etiam quia Hieroſolima erat ciuitas magna.

Ad tertium motiuum reſpondeo, quòd aliqui errantes dixerunt in ortu cuiuslibet hominis ſtellam ei propriã oriri, & ſic quemlibet eſſe fatatum, & illa ſtella qualis debet eſſe ille indicat, & ſic Chriſtum fuiſſe etiam fatatum &c. De hac opin. quicquid ſit, ſi ſtella oriatur an non, quamuis Criſoſtomus dicit non eſſe veriſimile, quia ſtella alicuius mali non ſic a Deo creatur, quòd ſi illa facit illum eſſe malum, magis iniquitas eſt, iniquitas in ſtellarum & certè maior, ſcilicet iniquitas eſt eius qui ſtellas creauit, ſed dato etiam quod quilibet haberet ſtellam propriam aut ſic intelligitur ille eſſe fatatus ꝙ ſit neceſsitatus a curſu ſtellæ & ſic eſt hæreticũ & cõtra rationem naturalem, tolleretur.n.oĩs pollitia, oĩs moralitas, oẽ conſiliũ, ſi ad vnũ bonum vel malũ eſſet determinatus, non de neceſſario euenientib. conſiliari vanũ eſt ſi aũt ſic intelligaẗ aliqs fatatus ꝙ in tali puncto vel conſtellatione natus inclineẗ a proprietate occulta illarũ influentiarum ad talẽ virtutẽ vel vitiũ, dignitatem, vel paupertatẽ, non eſt hæreticum ſed verum. Aliquis enim naturaliter eſt inclinatus ad auaritiam, magis, alter ad honores, & ſic ſm hmõi inclinationẽ aſtrologi pñt aliquid diuinari, non quidẽ certitudinare, ſed probabiliter, & ideo dđm & bene trib' rõnib', qđ illi populi corpora cęleſtia adorabãt. vnde Caldei ſtellã colebãt di. eam reginã cęli, iõ vt cognoſcere poſſent non eſſe veros deos, ex hoc ꝙ nato famulanẗ infanti Deus per ſtellã Chr̃m reuelauit illis, eo qđ fides Chriſti ab oriente incipere debebat. ¶Scđa rõ quia ſicut rõe vtentib' & verũ Deũ colentibus per ſupremã creaturam rationalẽ Xp̃s reuelabaẗ, vt Iudæis per Angelos, ita nõ ratione vtẽtibus ſed creaturas adorantibus per ſupremã creaturam corporalẽ reuelari debuit, & ideo illis per ſtellam & nobiliſsimam creaturam corporalem Chriſtus reuelatus eſt. ¶ Hic tñ di. aliq hanc ſtellã fuiſſe. ſ. ſanctũ qui apparuit Magis in ſpẽ ſtellę ſicut alias in columba ſpẽ. ¶Tertia rõ eſt quia Chr̃s lumẽ veritatis eſt, & lux vera. ideo per creaturã maximè lucidã ſignificare voluit & ſic illuminare ſideris noui gẽtib. ſe monſtrauit, in ſignũ nouæ illuminationis mentalis in noua fide, quã ipſe daturus erat. ¶De natura aũt iſti' ſtellę qualis fuerit, Doct. aſſignant multas differentias ad alias ſtellas.

Prima differentia quantũ ad originem, quia alię in principio mundi creatę ſunt, hæc autem de nouo Chriſto nato. Secunda differẽtia quãtũ ad durationem quia alię quantum ad materiam ſunt ex natura cęli & perpetuæ, hæc autem in Chriſti natiuita

te incepit,& eſt ex ſubſtantia corruptibili, & perductis magis vſque ad locũ,in quo Xp̃s iacebat,reſoluta ẽ.

Tertia differentia, erat quantum ad ſituationem, quia alię in firmamẽto,hęc aut in aere,erat prope terrã.

Quarta differentia eſt, in magnitudine quia quelibet ſtellarum, ſecundum,Ptolomeum, eſt maior tota terra hæc autem non fuit multum magna, ſed fere trium vel 4. cubitorũ.

Quinta differentia in ſplendore quia hæc alijs dicitur fuiſſe ſplendidior, nec in meridie præſentia ſolis obſcurata ſicut aliæ.

Sexta differentia : In motu quia aliæ circulariter ad motum Cęli mouentur hæc autem motu quaſi progreſſiuo antecedebat magos.

Septima differentia quia aliæ ſemper mouentur, iſta non ſemper, ſed mouebatur ſecundum motum magorum & ſtabat illis ſtantibus.

Octaua differentia in aperitione, & occultatione, quia aliæ non ſe occultant hęc autem aliquando apparebat aliquando non.

Secundum Miſterium adorationis, cum dicitur & procidentes adorauerunt eum,In quibus verbis, de adoratione magorũ ꝙ fuit perfecta.

Triplici ratione & probatur.

Prima rõ Actus cũ di. Adorauerunt.

Secunda rõe obiecti digni cũ di. eũ.

Tertia ratione modi vel cõgruis cum di. procidentes.

Primo tangiť quiditas & perfectio actus cũ di. adorauerunt Not. eſt igiť.

Sco in 3. di. 9. Primo quid ſit Adoratio & quid importet iſte actus vt ſit bonus: dico ergo quod adoratio eſt actus reuerẽtię interioris,quo quis quod reueretur appreciat tanquam ſummum bonum, & à quo propriam bonitatem habere cognoſcit, in qua diffinitione tres particulę ſunt neceſſariæ.

Prima dicitur actus dormiens .n. non dicitur adorare.

Secunda dico reuerẽtiæ interioris eſt enim reuerentia interior quæ eſt apręciari corde, alterũ habere maiorem bonitatem ſe, vel eſſe meliorem ſe,exterior aũt eſt ſignũ aliquod proteſtatiuũ. Reuerẽtiæ iterioris & indicatiuũ alterũ eẽ ſeipſo meliorẽ,ſic ut cũ qs caput inclinat,bireťũ deponit.

Primum locum tribuit, Adorare ergo eſt corde appreciari.

Tertia dicitur quo quis &c.

Vbi tangitur obiectum adorationis quod habet tres conditiones reſpectu adorantis ſcilicet quod appreciatur illud tanquam ſummum bonũ, ſummum dñm, & benefactorẽ.

Vnde iterum ſciendum quod differentia eſt inter hæc ſcilicet reuereri, honorare, laudare, glorificare, adorare. Primũ. ſ. reuereri eſt aliũ meliorem vel digniorem ſe reputare.

Secundum ſcilicet honorare eſt ſigno aliquo exteriori.

Reuerentiam proteſtari, ſeu alterum ſe meliorem oſtendere.

Tertiũ. ſ. laudare eſt verbo vel ſigno coram alijs alterũ plus ſe extollere.

Quartum ſcilicet glorificare eſt vbique alium laudare.

Quintum ſcilicet adorare eſt ſumme glorificare, quod non fit niſi Deo, vel diuinam bonitatem participanti. Ex hoc ſequitur vlterius, quod iſtud adorare eſt, triplex & ſic triplex eſt Adoratio. Prima adoratio ẽ Reueren. vel honor creaturæ rõnali debit⁹, rõe alicuius diuini doni, vel participationis bonitatis, diuinæ & hæc adoratio vocatur Dulia quæ ſctĩ debetur. Secũda adoratio eſt Reuer. vel honor excellentis creaturæ exhibitus, ratione maioris vnionis vel participationis bonitatis diuinæ, vel donorum eius & ſic ſecundum magis & minus etiam hæc.

Reuerentia habet gradum alium, & alium, & vocatur iperdulia, ab ipſe, quod eſt ſuper & dulia, & iſta debetur humanitati Chriſti, ideo dicitur Adorare ſcabellum pedũ eius.

Tertia adoratio eſt Reuerẽtia vel honor qui ipſi ſoli Deo debetur, & à ſanctis vocatur iſta adoratio Latria. vnde Gloſ. ſuper illud Math. quarti. a dominum Deum tuum adorabis & cæter di: Latria eſt honor & cultus ſoli Deo debitus ſuperdulia & iperdulia propter ſummam eius excellentiam, & ibidem Augu. idem di. ex prædictis habetur diffinitio

ado-

adorationis quod ſit honor exhibitus alicui quaſi adorans apræciatur tamquam ſummum bonum, vel ſupremum dominum, vel ſupremum benefactorem ex qua diffinitione ſequitur qȏ quod adoratio ſoli Deo debetur quod probatur.

Cum enim Reuerentia fiat alicui, aliqua iſtarum Trium cauſarum, aut ratione virtutis quia honor eſt premium virtutis, aut ratione maioritatis, auctoritatis, vel principatus, quia dominus debet à ſubditis reuereri, aut ratione beneficij, quia quilibet diligere debet vt venerari ſuum benefactorem ſecundum Regulã tertij Topicorum ſcilicet ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter, & magis ad magis, & maxime ad maxime, exemplum ſi honor debetur alicui ſacerdoti ideo quanto dignior tanto maior ſuple, honor debetur, & ſic maior debetur epiſcopo: & maximus papę Cũ autẽ Deꝰ ſit ſũmũ bonũ, ſũmus dominus, ſũmus benefactor, ſequitur quòd illi ſũmꝰ honor debetur igitur adoratio latrię debetur ſoli Deo.

3 Top.c.5

Secundus pũctus eſt obiecti dignitas, cũ dicitur adorauerunt eum ſed hic oritur difficultas.

Vtrum Chriſtus ſit adorãdus adoratione latriæ.

Vtrum Chriſtus ſit adorãdus adoratione latriæ. Reſp. ſecũdũ aliquos quod ex quo i Chriſto sũt .2. naturę. rõe diuinæ ſibi dẽtur latria rõne aũt humanæ nõ ideo dicebatur quòd hẽ rẽ debebat intentio in adoratione Chriſti, solũ ad eũ ſecundũ naturam diuinã & nõ ſecũdũ naturã humanã qnia ſecũdũ illã nõ eſt Deꝰ, & ideo nõ debetur ſibi Adoratio, .2m rões ſupredictas, Aliter dicitur quod ſimpliciter ſine tali diſtinctione ipſe Chriſtꝰ eſt adorãdus ut terminꝰ adorationis, & ut quòd licet diuinitas ſit pciſe, rõ illius adorationis uel quo adorat pater rõe, Auct exem. ¶ Primo. rõe quia ex quo illud totũ importat de principali ſignificato uerbũ, quòd eſt ſupoſitũ diuinũ in duabus naturis, ergo illud totũ cathegorematice sũp. ũ eſt adorãdũ ſecus eſſet ſi nõ eſſet natura humana ſupoſitata ſupoſito diuino, ſed eſſet

Vide Sco. ubi ſupra

ſeperata ĩ poprio ſuppoſito eixſtentes, & eſſet unũ agregatũ per accidens ut aliqui heretici dixe. Deũ aſsũpſiſe hominẽ quẽdã & nõ naturã ſolam. ¶ Secundo aucto. in ſimbolo quòd cũ patre & filio ſimul odora. Item dama. li. 3. c. 53. di. Chriſtus, Deꝰ perfectus & homo perfectus. qũo adoramus una adoratione cũ patre & ſpũ ſcõ cũ icõtaminabili carne eiꝰ. ¶ Tertio. exẽ datur de rege, & purpura ueſte eiꝰ, licet .n. rex p ſe & ſine purpura ſit adorandus, purpura autem de pſe nõ, tamẽ ipſe rex indutus purpura ſine tãta diſtinctione adoratur, ſic ĩ propoſito nõ eſt facienda talis ſeparatio in modo adorationis Chriſti, ſed ipſe totus in utraque natura adorãdus eſt ex quo ſequitur quòd magi bene fecerunt adorãdo Chriſtũ ſine tãta diſtinctione, nec inſcipiẽtes reputari debẽt ut aliq di. ex pdictis ſeqtur corrolariũ ꝙ nec uirgo, Maria nec crux, nec sãcti neq; imagines aut Chriſti aut ſctõrũ sũt adorãdę adoratione latrię ſed imagines dulia minori sãcti dulia maiori, crux in qua Chrs pepẽdit, & virgo Maria iperdulia maiori, caro Xp̃i ſi eſſet ſeparata iperdulia &c. nec valet dicere, vt adducit Tho. adducens dama. ꝙ. ſ. adoratio terminet ad prothoripon. i. ad imaginatũ, qa illud nõ eſt adorare imaginẽ niſi vt repſentãs & ſignũ notificãs aliud adoratũ hinc bene dicit Olchot ꝙ non adorantur imagines ſed ſancti corã imagines, nõ crux ſed crucifixus: Sed qaare nõ adorat Deꝰ p hoiem, qui eſt eius imago. Rñdeo, quia forte hõ ſibi aſcriberet illũ honorẽ & ſic eẽt cã peccati.

Tertius pũct. eſt modi ꝯgruitas cũ dr & pcidẽtes &c. pcidere. n. eſt quaſi ſecus cadere, nã ipſi magi primo in terrã à longe genuflexi & incuruatĩ quia pni toto corpe adorauerũt eũ, p quo not. ꝙ adoratio debet Deo vt ſupra dicimus quia ſummũ bonum, dñr, & benefactor, iõ debemus eũ tripliciter venerari. ſ. corde corpore, & rerum oblatione, offerẽdo bona aiæ, corporis, & fortunæ, ¶ Primo corde eũ diligẽdo ſummè, rõe ſummæ bonitatis.

tatis.Iudicat.n.Deus cor non manũ. Reſpexit Deus ad Abel & munera eius,primo ad Abel.1.ad cor, & hoc fecerũt magi fide credentes Xp̃m natũ,ſpe iter accipiẽtes charitate ipſũ ardenter q̃rentes &c.¶ Scđo corpore ei ſumme ſeruiẽdo, rōe ſummæ poteſtatis.¶ Tertio oblatione ei oĩa offerendo, rōe ſummę largitatis. ſcđo corpore ei vt ſupremo principi ſeruiẽdo, aliquo ſigno exteriori reuerẽtia,proteſtando q̃ fit tripliciter.1.vocali orone,corporali genuflexione,
phi.1.per hurme. & carnali maceratione . ¶Primo vocali quidẽ orone iuxta illud quicq̃d orantes petitis, & cũ voces ſint earũ quæ ſunt in aĩa paſsionũ notę vt di. io in hac orone,vocali duo debent ſimul conuenire.ſ.cor, & os,nã cũ ex abundantia cordis os loquat̃,ſic cor dilectione Dei plenum ſiunt,neceſſe eſt vt in eius laudẽ vox ꝓrumpat vn-
Rom.10 de dr̃ ad Ro.10.Corde.n.creditur ad iuſtitiã,ore aũt cõfeſsio fit ad ſalutẽ, vbi glo.ſalus hois non ſolum in fide ſed in oris cõfeſsione cõſiſtit.¶Scđo
phi.2. corporali genuflexione iuxta illud. In noĩe Ieſu omne genu flectat̃ &c.

Tertio carnali maceratiōe ſe victimã ei exhibẽdo. Obſecro itaq; vos fratres per miſericordiã Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiã viuentẽ, ſanctã Deo placentẽ, rationabile obſequiũ veſtrum, hac ẽt ſcđa rōne patet,adorationẽ magorũ bonã & perfectã fuiſſe corporaliter & actib.exterioribus ipſum adorãdo,lingua eũ benedicẽdo & orando corpore procidẽdo,&ab oriẽte,die noctuq; itinerãtes ſummo labore veniẽdo ad filiũ Dei,cui & ĩ corpore & in aĩa ſe dedicarũt.

Tertio uenerari debemus tẽporali oblatione , rōe ſuæ ſũmæ largitatis, cũ .n. omnia bona tã in teriora quã exteriora ab ipſo habemus ideo ĩ ſignũ gratitudinis ĩ illis eũ uenerari debemus, iuxta præceptum domini
exo.23. ad Moyſẽ nõ apparebis ĩ cõſpectu meo uacuis in hoc magi admoniti ut perfectam adorationem complerent munere portãtes obtulerũt,aurũ .ſ. corpreciosũ , tus .i. orationẽ & gratiarum actionẽ, & mirrã.i.corporales defatigationes & genuflexiones.

Hic quæri poſſet, qñ tenet̃ hõ adorare Deũ.reſp.qđ in die dominico & hoc in auditione miſſæ , vnde in die dominico,adimplentur quatuor pręcepta. Duo negatiua, & duo affirmatiua, primum non habebis deos alienos Deut.6.ſcđm eſt diliges dominũ Deũ tuum.tertium Dominũ tuũ adorabis & illi ſoli ſeruies. quartũ ſabata ſanctifices : non.n.præciſe importat ceſſationẽ operis ſeruilis ſed præcipit ſeruire Deo: hinc patet q̃tę importantię ſit audire miſſas . Cum tamen preceptũ de adoratione ſit affirmatiuũ iõ ſp ſed nõ ꝓ ſp obligamur Sc.au ſo pra. Deu.6.

Tertium dicitur oblationis , quod Notatur cũ eis & apertis theſau.ſ. ob &c.fuit.n.eorum oblacio digna & cõmendabilis Tertij rōe quare prima. ſumitur ex parte oblationis ſeu actus in ſe.

Secunda ſumitur ex parte obiecti ſcilicet eius cui talia offerebantur.

Tertia ſumitur ex parte ſinis uel ſignificati eorũ quæ offerebantur.

Primo apparet talẽ oblacionẽ fuiſe uirtuoſisſimã , & .7. rationibus, quæ tagũt in uerbis iſtius patris thematis.

Primo. rōe. largitatis ideo dic. apertis.

Secundo. Bonitatis ideo di. theſauris.

Tertio proprietatis ideo di. ſuis.

Quarto libertatis ideo di. obtulerunt.

Quinto pietatis . ideo Dei. ei.

Sexto libertatis ideo di. Munera.

Septimo præcioſitatis ideo di. aurum tus.&c.

Primo comendatur eorum oblatio ex largitate dantis quæ tãgitur in ly apertis. Auari .n. nõ aperiunt burſã, quia ſcorpionẽ in tus portãt & ideo eorum oblatio non comendatur ex largitate dantis ſicut oblatio iſtorum.

Secundo. comendatur ex bonitate rei datæ quę tangitur cũ dicitur theſauris, contra eos quod in utilibus & marcidis faciunt elemo ſinas & hij figurantur in Caym quod triſtioribus

ſtiorib' ouibus offerebat, & ideo ei' oblatio, non fuit Deo accepta, ſicut oblatio Abel qui de preciosioribus obtulit ideo di. Gen. Reſpexit Deus ad Abel & ad munera eius, ad Caym autem & ad munera eius non perpexit quia vtrunque diſplicuit contra hos dicitur Iudi. Vę illis qui in viam Caym abierunt, Magi autem de optimis theſauris obtulerunt.

Tertio comēdatur ratione proprietatis quia dicitur ſuis: magi.n. de ſuis theſauris obtulerunt, cōtra vſurarios & multos auaros qui de alienis largas fundunt elemoſynas, & in morte que ſua non ſunt diſpenſanda relinquunt. Quarto comendatur ratione libertatis quoniam libere, ſpōte, non rogati, nullis precibus moti obtulerunt, quot modo faciunt multi qui volunt in obſequijs rogari, cum tamen nil carius ematur quam quod precibus comparatur. Quinto ratione pietatis cum di. ei. ſ. Chriſto infanti pauper imo quod eſt obiectum cō ueniens oblationi & elemoſynæ iuxta

Eccl. 29. illud Eccle. Conclude elemoſynā in ſinu pauperis, contra diſpēſantes, meretricibus, lenonibus, & iſtrionib. Chriſto autem & pauperi nihil dant.

Sexto ratione pietatis cum di. ei liberalitatis quia munera, minus.n. eſt donū, donū vere eſt liberaliter datū, liberalis.n. eſt qui dando retributionem non expectat cōtra non dantes niſi ſpe retributionis. Septimo ratione ꝓcioſitatis, quia aurū, thus, & mirrā, quę ſunt munera precioſa &c. hiis ergo patet qualiter iſtorum oblatio digna & ſanctiſsima fuit in ſe quo ad actum oblationis. Scd̄o digna fuit ex parte ei' cui offertur quia illa munera obtulerunt Chriſto. Sed quare magi munera Chriſto obtulerunt. reſpon. quò d triplici ratione, ſcilicet.

Quare magi obtulerunt munera Chriſt.

Primo ratione cōſuetudinis pñæ.
Secundo ratione diuinitatis.
Tertio ratione paupertatis.

Primo propter conſuetudinem, Mos enim eſt Arabum cum quempiam uiſitans maiorem ipſum honorant & munera offerunt ideo ſcientes Chriſtum eſſe regem iſta obtulerunt.

Secundo ratione diuinitatis, cum enim ipſum Deum iudicarent ut ſupra diximus coram ipſo vacui comparere noluerunt ideo obtulerunt,

Tertiò propter pueri paupertatē uidentes eum in tugurio paruulo uilibus pannibus inuolutum & inter beſtias iacentem.

Tertio eorum oblatio fuit digna ratione eorum quæ offerebantur propter eorum miſticam ſignificationē.

Nam ſi quæratur quare de huiuſmodi muneribus obtuleruut & non de alijs rebus precioſis puta lapidibus. Reſp. eccleſia dicens tria ſunt munera precioſa quæ obtulerunt Magi Domino, Aurum, Thus, & Mirram. In auro ut oſtendatur regis potentia, in thure ſacerdotem magnum conſidera & in mirra dominicam ſepulturam. Vel ut notarent tria in Chriſto exiſtentia, In auro deitas præcioſisſima, In thure Anima Chriſti deuotiſsima, In Mirra Caro Chriſti mundisſima. Vel ſecundum Ber. Aurum propter Chriſti paupertatem, thus propter fetorem ſtabuli Mirram propter Iuuamen pueri, quia conſolidat membra & eijcit uermes, vel moraliter ut notarent tria, quæ nos Deo offerre debemus, Aurum ideſt dilectionem, thus. i. orationem, Miram. i. Carnis mortificationem & peccatorum punitionem &c.

tria munera quondam.

opus. Bernardi.

FINIS.

VOCA OPERARIOS, ET REDDE ILLIS MERCEDEM SVAM.

MATT. XX.

S*I homines huius mundi toto conatu quærunt terrenas ſcientias addiſcere, maiori certè deberent, cæleſtes diſciplinas inueſtigare. Terrenæ .n. & humanæ ſcientiæ nobis victum caducum parant, & terreno Principi, atque mortali gratos faciunt; ſed cæleſtes virtutes nobis victum æternum, ac uerum acquirunt, & charos Principi immortali reddunt, Et hæ diuinæ virtutes potiſſimum ſunt Fides, Spes, & Charitas, quas theologicas vocamus; ſed vt eas omnes poſſint cognoſcere, & totis uiribus quærere, De his dicemus, Et primo de Fide, in hac concione Dominicæ Septuageſimæ. Sed prius auxilium Dei paræ Virginis imploremus, Aue Maria. &c.*

INTRODVCTIO.

VOCA OPERARIOS, ET REDDE ILLIS *mercedem ſuam.*

QVAERITVR declaratio huius aſſumpti thematis, ex Euangelio hodierno; quo pacto inquã intelligi debeat.

Reſpõdeo, & declaro p tria puncta.

Primum, Quid ſit fides.

Secundum, An opera bona ſint neceſſaria ad ſalutem.

Tertium, Quod meritum dabit nobis Deus credentibus, & ſeruantibus mandata eius.

Hęc tria ſumunt ex reaſſumpto themate, hoc modo. Voca operarios &c.

Voca, ideſt ad fidem. Voca operarios ad operandum, Voca ad promerendum, & redde eis mercedem pro fide, & operibus.

Hæ. 11. Ad primum punctum accedamus. Volens Paulus inducere hebręos ad fidem CHRISTI, dicit Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium, Primo dicitur ſubſtãtia, qm̃ fides eſt, id quo res ſperãdę ſubſiſtũt in animo credentis, ueluti fundamento, ſeu ſoliditate quadam. Et quẽadmodum ędificium tẽporale ſine ſubſtantia, ideſt fundamento ſubſiſtere non poteſt, ſic neque ædificium ſpirituale ſine fide, tanquam fundamento, & ſubſtantia. Ideo Paulus. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. *Hæ. 11*

Secunda particula dicitur ſperandarum rerum, quia fides per conſenſum facit in nobis ſubſiſtere res ſperandas.

Tertia particula dicitur, argumentum non apparentium; quia fides arguit mentem ad credendum ea, quæ non poſſunt videri pro ſtatu iſto. Auguſtinus, fides eſt ueraciter credere, q̃ nequaquam videre ualemus. ſ. trinitatem, & ſingula credibilia. Vnde Athanaſius Fides catholica hęc eſt, ut vnũ Deum in Trinitate & Trinitatẽ in Vnitate ueneremur. Sed ad maioris doctri *Ath. in ſymbolo.*

ac abūdantiā notāda sūt aliqua dubia.

Primum, quomodo Filius, & Spiritus ſanctus producuntur à Patre.

Secundum, quomodo poſſumus probare Trinitatem ex ſcriptura.

Ad primum dico, quòd Deus, qui ē prima cauſa omnium rerum, non negatur à Iudæis, quia creauit cœlum, & terram, & hic Deus per actum intellectui intelligit ſe ipſum, uel diuinam eſſentiam, & hoc modo itelligendo producit filium, & ſic filius dicitur intelligentia patris. Pater poſtea, & filius, per actum voluntatis amant diuinam eſſentiam, & hoc modo amando producunt ſpiritū ſanctum, & ſic ſpiritus ſanctus dicitur amor ſpiratus a patre, & à filio. In ſuper Quæritur. Si Filius dicitur intelligentia patris, quia pater per actum intellectus intelligendo ſe ipſum, & diuinam eſſentiam, producit filium, Quarē filius uocatur aliquando Intelligentia, aliquando Verbum, aliquando Filius. Reſpondeo, ꝙ qñ iſta ſecunda perſona Trinitatis procedit per modum intellectus (ut dictum eſt) tunc uocatur Intelligentia patris, quādo uerò procedit per modum dicendi, tunc uocatur Verbum, & quando ꝑcedit per modum generationis, tunc dicitur Filius. Amplius Quæritur, quid eſt generatio in diuinis? Reſpōdeo, ꝙ eſt productio per modum naturę, in qua communicatur tota ſubſtantia ſimul, quę eſt adeo alta, quòd Iſa. dicit Generationem eius, quis enarrabit? adeo vera, quòd Dauid dicit. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego, hodie genuite; quę etiam ē ęterna, Ideo Dauid. In ſplendorib. ſanctorum ante Luciferum genui te.

Cap.53 *Pſal.2.* *Pſ.109*

Ad ſecundum reſpondeo, quòd ī ueteri, & noua lege ſunt complures authoritates in ſacra ſcriptura quę aperte probant Trinitatem, tamē nunc breuiter uideamus aliquas. Primo. Quādo uoluit Deus formare hominem, dixit Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. hic duo notantur, primo pluralitas pſonarum, quia dicit faciamus, & non dicit faciam. Secundo ſingularitas eſſentiæ, quia ad imaginem noſtram inſingulari. *Gen.1.*

Gen.18 2 Abraam tres vidit Angelos, & vnum adorauit. Hic ē Trinitas, ideſt pluralitas perſonarum. & vnum Deum adorauit, hæc eſt Vnitas eſſentię.

Iſa. 6. 3 Audiuit Seraphin ter dicentem, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Hic eſt trinitas, ſanctus pater, ſanctus filius, ſanctus ſpiritus, & Dominus Deus eſt una eſſentia.

Iere.1. 4 A.A.A. domine Deus neſcio loqui, hic eſt Trinitas, quia A. pater, à filius, a. ſpiritus ſanctus, Domine Deus, eſt vnitas eſſentiæ. Quid autem neſciebat loqui? Dic, omnipotentiam patris, ſapientiam filii, clementiam ſpiritus ſācti. quaſi dicat eſt impoſſibile.

Pſ.66. 5 Dauid Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. Hic, terna Dei repetitione ſignificatur Trinitas ꝑſonarum, & vnitas eſſentię, cū dicitur, & metuant eum.

Pſa.88 *Pſa.2.* 6 Dauid loquitur de qualibet perſona Trinitatis diſtinctè, primo de Patre, inuocabit me pater, ſecundo de Filius meus es tu, ego hodie genuite, tertio de Spiritu ſancto, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum, & propter hoc eccleſia in Miſſa uocat Trinitatem ſanctus, ſanctus, ſanctus dominus &c. Nec mirum ſi Clamet CHRISTVS, hæc eſt uita ęterna, ut cognoſcant te Deū, & quem miſiſti IESVM CHRISTVM ſcilicet uirtute ſpiritusſancti. *Pſ.32.* *Io.17.*

Si quæras, quomodò in hoc mundo poteſt homo cognoſcere Deum. Dicūt aliqui hoc eſſe impoſſibile, quia Aug. in lib. de Trin. inquit, inuiſa diligere poſſumus, incognita nequaquam, Sed Deus non cadit ſub ſenſu, ergo Deus non poteſt cognoſci a nobis. Reſpondeo, ꝙ hoc poteſt eſſe dupliciter, uel naturaliter, uel accidentaliter. ſi primo

mo modo, uel in ſtatu Innocentię, & ſic homo habebat triplicem perfectã cognitionem.ſ.Dei, ſui, & mundi, ſed per peccatum perdidit primam, & ſecundam. Hinc eſt quòd homo plus de mundo, quam de Deo cogitat. ſed obſerua ꝙ Dei cognitio in ſtatu Inocētię erat perfecta comparatiuè ad ſtatũ naturę lapſæ, ſed non ita clara, vt in patria. Ideo Dauid dicit. Minuiſti eũ pau lominus ab Angelis. Si in ſtatu naturę lapſę, dico ꝙ cognoſcitur ꝑ fidē, tanꝗ ꝑ ſpeculũ in ænigmate, & oportet illã acquirere, primo auditu, Paulus, Fides

Pſ.33. ex auditu, auditus per uerbũ Dei, ſecũdò guſtu. Dauid guſtate, & uidete.ſ.ſcri pturas, Quoniam ſuauis eſt Dominus. vel accidentaliter, & iſto modo dico, ꝙ iſta cognitio eſt triplex. prima dicitur acquiſita, ꝗ acquiritur per rationes naturales, ut Philoſophi cognouerunt. Secunda dicitur informis.ſ.per teſtimonium ſcripturarum, & miraculorum, tertia dicitur formata, & iſta acquiritur ex charitate, per quam animã afferitur Deo, & eius uocationibus. hæc eſt illa uera fides CHRISTI, quæ non poteſt mentiri. Vnde Ricardus de Sancto Victore, ſecurus in fide dicit, Domine, ſi eſt error in fide tua, non niſi a te decepti ſumus. Quia ea, quę credimus, & tot & tantis ſignis confirmata ſunt, ꝗ non niſi per te fieri poſſunt.

Ad ſecundum iam dictum eſt, quid ſit fides. quæritur modò, an bona opera ſint neceſſaria ad ſalutem, Aiunt lutherani, quòd ſola fides ſufficit, & opera sũt fruſtratoria, probãt, dũ CHRISTVS ſanaret ægros, & corpore, & a-

Mat.8 nima conualeſcentibus dicebat. Vade ſicut credidiſti, fiat tibi, Et alibi, Fides

Luc.7 tua te ſaluam fecit. Sic etiam mulieri Chananeę, ò mulier magna ē fides tua, & Centurioni deprecanti pro famulo, Non inueni tantam fidem in Iſrael. Sola ergo fides, eſt neceſſaria ad ſalutem habendam.

Mat.4 In oppoſitum eſt ueritas. CHRISTVS enim dominus noſter ſermonē ſuum incepit à pœnitentia. agite pœnitentiã, appropinquat.n. regnũ cœlorũ. Non dixit credite ſine pœnitentia, & ap. ꝓpinquate, &c. clarius pœnitemini,

Mar.1. & credite euangelio, pœnitentia eſt opus bonum, & pœnitentia eſt neceſſaria, ergo opera bona ſunt neceſſaria ad ſalutem.

Prẹterea, i alio loco CHRISTVS dicit, ſi uis ad uitam ingredi, ſerua mãdata, ſeruare mandata, eſt bene operari, Ergo bona opera ſunt neceſſaria ad

Cap.2. uitam ęternam habēdã. Inſuper Diuus Iacobus fides ſine operibus mortua ē & inanis, ergo fidei ſunt coniungenda bona opera, & conſequēter ſunt neceſſaria ad ſalutem Etiam. Diuus Paulus

Cap.1. ad Titum. confitentur ſe noſſe Deum, ſed factis negant, id eſt credunt, & non operantur. Sed hos ſic ſe habentes, & ꝺ operibus malè ſentiētes, arguit Paulus. Ergo vltra fidem, opera ſunt neceſſaria ad ſalutem. Tu dices ò pater Auguſtine, multi faciunt bona opera, ut ſunt Turcæ, & Iudæi, nō blaſphemãt Deum, faciunt eleemoſinas, orant, & cętera huiuſmodi, tamen nihil eis proſunt ad ſalutem. Ergo bona opera non ſunt neceſſaria ad ſalutem: Reſpondeo, bonum opus dupliciter conſideratur, vel vt factum in gratia, uel vt factum extra gratiam, primo modo prodeſt, non autem ſecundo modo, & quoniam Turcę, & Iudęi, propter eorum incredulitatem, ſunt ſine gratia, ideo illis non proſunt opera ſua, etiam ſi moralia ſint, nō proſunt (īquam) ad ſalutem, & uitam ęternam conſequēdam. Sed ad habenda bona tēporalia, quia ut dicit Auguſtinus, nullum bonum irremuneratum, & nullum malum impunitum.

Ad omnes illas auctoritates adductas, quibus hęretici tollunt de medio opera, dicendum, quòd ſic intelligi debent.s. qꝺ fides ſaluat initiatiuè, quia eſt initium ſalutis, & fides cum operibus completiuè. Ideo etiam ſunt neceſ

aria opera bona

Hic autem dubitatur Videtur quod Diuus Paulus huic ſententię ſit contrarius, inquit enim, non ex operibus, q̄ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. ergo nulla ſunt opera. Fides ſola ſufficit, atque Dei miſericordia.

Ad hoc dubium ſic reſpondeo, Opera eſſe neceſſaria ad ſalutem, poteſt intelligi dupliciter, vel in prima, vel in ſecũda iuſtificatione. In prima, quę fit in baptiſmate, opera non ſunt neceſſaria, in paruulis, nec opera, nec fides ꝓpria, licet aliena. s. fides parentum, vel eccleſię. In adultis vero digne baptiſmum ſuſcipiẽtibus fides requiritur, & odiũ aliquod, & deteſtatio peccati ante baptiſmũ, dũ proponit ſuſcipere baptiſmũ, inchoare nouam vitã, & diuina ſeruare mandata, vt patet de Iudæo accedẽte ad baptiſmum, iã adulto. In ſecunda autem iuſtificatione, quæ fit in ſacramento pœnitentiæ, non ſatis eſt ſola fides, ſed etiã neceſſario requiruntur opera bona; Quoniam, ut acquirat gratia, per peccatũ mortale amiſſa, neceſſe eſt pœnitere, ieiunare, orare. Ideo Chriſtus dominus noſter, Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. De prima iuſtificatione loquitur Diuus Paulus, Ideo ſubiungit, per lauacrum regenerationis. Nos autem loquimur de ſecunda. In ſecunda ergo iuſtificatione, neceſſaria ſunt opera ſimul cum fide.

Dubitatur etiam. Si opera ſunt necẽſſaria ad ſalutem, & ad iuſtificationẽ. tunc opera nos iuſtos facerẽt, ſed hoc eſt falſum, quia ſolus Deus nos iuſtificat. Ita Deus de ſe ipſo loquitur. Ego ſũ, qui deleo iniquitates tuas. ergo opera non ſunt neceſſaria ad ſalutem. Ad hanc difficultatem ego reſpondeo, q̃ multæ ſunt cauſæ noſtræ iuſtificationis. Prima. Efficiens, Deus. s. glorioſus meritoria, Dominus noſter IESVS CHRISTVS, qui ſua ſanctiſſima paſſione nobis iuſtificationẽ meruit. Scđa Inſtrũalis, ſanctiſſima ſacramẽta. Tertia formalis, iuſtitia Dei, non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit, & qua vere iuſti noĩamur, & ſumus. Quarta Finalis, gloria Dei, & CHRISTI, & vita æterna, Cũ quibus cauſis neceſſario concurrunt opera noſtra, quæ Dei gratia aſſiſtente fiunt vitę ęternę in nobis iam iuſtificatis meritoria, non quatenus opera noſtra ſunt, ſed quatenus Dei ſunt dona, ex cuius beneficẽtia ſingulari, & iuſtitię titulo, & mercede regni cœleſtis digna habentur. Dei inquam ſunt, et q̃d ea Deus operator cooperantibus nobis, & quod quicquid in eis eſt dignitatis, non eſt aliunde, quam quod Chriſti pretioſo ſanguine reſperſa, ſunt inquam meritoria, & noui gradus gratiæ, & gloriæ æternæ, nõ ſimpliciter, & ſuapte natura, ſed retribuentis, promiſſione, & pacto diuino. Nam Deus cum ſit omnipotens poteſt nos ſaluare ſine meritis, ſed ordinarie propter pactum minime, dixit enim in euangelio hodierno, quid hic ſtatis tota die ocioſi? ite uos in vineam meã, & q̃d iuſtum fuerit dabo uobis, & tandem dixit, Nonne ex denario diurno conueniſti mecum?

Ad auctoritatẽ Iſa, ego ſum qui deleo iniquitates tuas. Reſpondeo, quod Deus eſt, qui iuſtificat effectiuè.

Credas ergò quantum velis, niſi adſint opera bona, quæ Deus æquè, ac fidem expoſcit, nihil tibi proderit ſola fides, ſicut nec agricolæ. Agricola .n. *Matt. 6* habet promiſſionem incrementi frugum, ſed ſi opus ſuum non fecerit, colendo agrum, ſola fide, quam habet de frugibus habẽdis, nõ metet illas. Hoc igitur modo, opera ſunt neceſſaria ad ſalutem, quia ſalus non datur, gratia nõ augetur, ęterna vita nulli largitur per ſolam fidem, ſed etiam per opera, licèt non primo propter opera; quia Deus dat nobis gratiam, & vitam ęternam, primo propter CHRISTVM,

&

& non propter opera, ſed bene opera, tamquam per media, quibus augetur iuſtitia, virtute CHRISTI. Eiā ergo Chriſtianè, noli tantū fidei fidere, ſed etiam operibus bonis; quia non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit, & qui perſeuerauerit vſq; in finé hic ſaluus erit. Ideo audiamus CHRISTVM nos uocantem ad fidem, & mittentem nos in vineam ſuam, hoc eſt, eccleſiam, & ea facimus opera, quę digna ſūt vita ęternā, quia ſi vocé eius ſpreuerimus, & miſſionem; tunc igne æterno cruciabimur.

Ad tertium, breuiter, & ſuccinctè, tum de fide, tum de operibus diximus & quomodo hęc neceſſaria ſint. Reſtat modò, vt de tertio puncto aliquid dicamus, Quæritur ergò. Vtrum pro operibus bonis factis in gratia à Deo recepturi ſimus aliquod pręmium. Hic nōde sūt hęretici partem negatiuam tuentes; quia dixit CHRISTVS; cum hæc omnia feceritis, dicite ſerui inutiles ſumus. Luc. 17

Gе. 14. Sed contra. dixit Deus Abraę. Ego ero merces tua, & CHRISTVS in euangelio. gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Ideo dico, quod ſanctè, & catholicè eſt tenendum, Deum omnibus fidem habentibus, & operantibus in Vnitate eccleſiæ, largiri pręmium. Quoniam Deus mentiri nō poteſt. qui apertè dixit. Ego ero merces. &c. Gaudete, & exultate &c. & Diuus Paulus, Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Et alibi. Bonum certamen certaui &c. Sequitur. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi domnus in illa die iuſtus iudex. Modò. habita hac veritate. Reſpondeo ad illam auctoritatem. ſ. cū hæc omnia &c. Quę videtur præmium tollere de medio, & dico, quod illa auctoritas non tollit pręmium, ſed prohibet inanem gloriā de operibus, ne incidamus in ſuperbiā hypocritarū, dicētiū, gratias tibi agimus dn̄e quia nō ſumus, ſicut cęteri hoīes &c. Quæritur ēr, qd erit hoc pręmium, quod daturus eſt Deus habētibus fidem, & operantibus bona opera? Hic obſeruandum. Duplex eſſe pręmium; eſſentiale, & accidentale. Præmium eſſentiale eſt viſio, & fruitio Dei, quam nos habebimus in patria de ſummo bono, quod eſt ipſemet Deus, verum obiectum noſtrę beatitudinis. Præmium verò accidentale eſt augmentum viſionis, & gaudij de bonis operibus factis in hac vita, & de dilectione erga Deū. Dico itaq;, quod Deus erit præmium noſtrae beatitudinis, & praemium eſſentiale, ſi fidem habuerimus, & eius mādata ſeruauerimus. Ego ero merces tua magna nimis, hoc eſt pmium eſſentiale. De quo in euangelio hodierno dicitur. Omnes acceperunt ſingulos denarios. Ric. in 4. ſent. diſ. 29. ar. 6. q. 3. Gen. 14 Mat. 20.

De pręmio vero accidentali dico, quod non omnibus aequè datur, ſed ſecundum magis, & minus.

Quoniam, qui plus laborauerunt in hac vita, maius gaudium habebunt in patria de operibus à ſe factis; Quàm, qui minus operati ſunt, & qui magis in hac vita Deum dilexerunt, & contemplati ſunt, in alia magis clare Deum uidebunt, & plenius fruentur eo, quàm qui minus dilexerunt, & contemplati ſunt. & hoc eſt magis, & minus gaudere, magis, & minus clare Deum videre, eo frui, vt dicit D. Auguſtinus, exponēs CHRISTI. In domo patris mei māſiones multæ ſunt, & licet ita ſit, tamē in illa cœleſti patria, omnes forte ſua contenti erunt. De hac re applica exemplūde vaſe magno, & paruo, Quæ vtraque vaſa plena ſunt aliquo liquore, & ſua ſunt plenitudine contenta. Dubitatur etiam, An in hac uita pręſenti nobis credentibus, & operantibus, det Deus præmium? Reſpondeo, quòd ſic, & hoc pręmium ſunt perſecutiones, flagella

gella,cruces,martyrium , & huiuſmodi alia.Sed dices,iſta non ſunt bona.dico, quod ſunt bona, quia faciũt nos bonos tollerando illa, & conſeruando in nobis humilitatem,patientiam, cęteraſq; virtutes alias , quarum virtute à malis declinantes,abſtinemus. Voco ego huiuſmodi cruces præmium accidentale, quoniam nos ad pręmium accidentale aſſequendũ diſponunt ; cum ergo Deus benedictus nobis dat tot pręmia, ſi fidẽ habuerimus , & præcepta eius ſeruauerimus, obediamus eius verbo.Ecce hodie nos vocat ad fidem,vocat ad opera , vt fide operemur , vt benè ſit nobis,& uocat nos in prima hora', ideſt in pueritia, in tertia hora. i.in iuuẽtute,in ſexta hora.i.in virilitate,in nona hora, ideſt,in ſenectute,in vndecima.i. in decrepitate , omnes omnibus horis, vocat ad fidem,mittit in uineã, quæ ẽ eccleſia, diſcurrere tuo mõ &c. Arbor tenẽs hãc uineã,ẽ fides ſtabilis, uitis,eſt ſpes ligamen,eſt charitas quę comprimit,& cogit peccata exire,operarii,quos vocat,& mittit,ſunt omnes homines mundi , præſertim tamen ſũt fideles,ꝓcurator eſt Chriſtus, qui morte ſua ꝓmeruit & præparauit nobis denarium, hoc eſt vitam ęternam, ò vere fortunatos,& felices illos, qui Dei vocationi, & miſſioni aſſentiuntur,qa tot ſempiternis donis ſunt donati,ſed heu miſeram hominis conditionem , Deus vocat , & nos obturamus aures . Ideò non omnes ſaluamur . Idcirco CHRISTVS,multi ſũt vocati,pauci verò electi , Et nos ſumus in cauſa noſtrę dãnationis . Vnde ſcriptum eſt Oſe. 13
perditio tua ex te eſt Iſrael. Rogemus ergo dominum , vt ſimus de numero paucorũ,vt ipſo fruamur æterna fruitione,quam nobis concedat, qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum Amen.

LIBENTER GLORIABOR IN INFIRMITATIBVS meis, vt inhabitet in me virtus CHRISTI. 2. *Corinth.* 12

SICVT Paulus patienter ferebat infirmitates, & perſecutiones, ſpe merendi gratiam CHRISTI. Et ſicut ſeminator exiit ſeminare ſemen ſuum, ſpe colligendi fructum, ſicut hodie docet CHRISTVS in parabola, ſic peccator patienter debet ſufferre pœnitentiam peccatorum ſuorum. & ſeminare opera ſua bona, ſpe acquirendi vitam æternam. De qua neceſſitate ſpei hodie &c.

INTRODVCTIO.

SPES eſt neceſſaria tribus hominum generibus. Primò dimicantibus, quia ſcilicet, dum ſumus in hoc mundo, habemus certamē contra mundum, contra carnem, & contra Diabolum. Secundo ſpes eſt neceſſaria ægrotantibus, quia dùm ſumus in hoc mundo, in infirmitatibus peccatorum noſtrorum; debemus ſperare in Deo, & in pœnitentia pro peccatis.

Tertia ſpes eſt neceſſaria nauigantibus, quia, dum ſumus in hoc mundo, ſumus in naufragio, & in fortuna iſtius maris, quia Ioh. Omne quod eſt ĩ mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut cōcupiſcentia oculorum, aut ſuperbia uitæ.

Et de iſta neceſſitate tria uidebimus puncta.

Primum, An Viatori ſpes ſit neceſſaria ad ſalutem.

Secundum, an in ſolo Deo, & non in alia creatura ſpes ſit ponenda.

Tertium. An ſola beatitudo ſit ſperanda

Ad primum dicunt aliqui, quod nō tripliciter.

Primo, nihil eſt neceſſarium ad ſalutem, quod non cadit ſub aliquo præcepto decalogi, hoc patet.

Quia Saluator iuueni quærẽti, Quid faciendo vitam æternam poſſidebo? Reſpondit, ſerua mandata, hoc fac, & uiues, ſed de ſpe nullum eſt præceptum ergo.

Secundo, quia eſt ſuperflua: ſecundũ Ariſtot. 1. phyſicorũ. Fruſtra fit per plura, &c. quòd ſit ſuperflua tripliciter ꝓbatur. Primo, quia ſola natura ſatis ſuperq; inclinat ad beatitudinem, ut Auguſti. 14. de Tri. Omnium inquit, certa eſt ſententia, qui ratione quoquomodo uti poſſunt, omnes homines uelle beatos eſſe. Secũdo, quoniam per fidē etiam tendimus ad ipſam beatitudinē ut in Symbolo, & expecto reſurrectionem mortuorum, & uitam venturi ſeculi. ergo. Tertio, quia ſufficit charitas ad actum amandi, & deſiderandi beatitudinem, &c. Tertio, quia eſt impoſſibile, nam ĩ diffinitione habetur, quòd ſpes eſt expectatio certa futuræ beatitudinis, at nullus eſt certus ĩ hac uita, ſe habere gratiam Dei, aut merita aliqua, quia, ut dicit Aug. de Ciuit. Dei, & *Eccl.* 9 ſunt uerba Salomonis, Neſcit homo, an odio dignus ſit, vel amore. Ergo nō eſt neceſſaria, contra Pau. primæ, Cor. 13. Nunc autem manent hæc tria, fides ſpes, charitas .ſ. neceſſaria ad ſalutē ergo &c.

Ad hanc dubitationis Reſpondeo, quòd

quòd licet ratione naturali non poſſit probari, ſpem infuſam eſſe neceſſari am, & eſſe virtutem theologicam, aliā à fide, & charitate. Quia actus omnes, quos experimur in nobis ī ordine ad Deum, ut uidere, amare cognoſcere Deum, &c. videntur ſufficienter elici ex fide, & charitate; tamen propter di ctū Pauli, & dicta Sanctorum ponēdū eſt, ſpem eſſe aliam virtutem Theologicam à fide, & charitate diſtinctam & neceſſariam ad ſalutem, quod probatur duabus rationibus. Primo ratio ne obiecti. s. Dei. Nam Deus ſecundum portionem ſuperiorem animæ (quæ portio ſuperior eſt, quando intellectus intelligit Deum, & uolūtas illū amat, & vult) habet rationem ſummi ueri, & ſummi boni. In quātum habet rationē ſummi veri .i. inquantum eſt ſummum verum, eſt obiectum ſpei. In quantum verò eſt ſummum bonum, eſt obiectū charitatis, & ſic eſt amabilis, & deſiderabilis, Poteſt autem ipſe Deus amari dupliciter à creatura, aut amore amicitię, qui amor eſt quādo aliquod amatur, propter ſe tantum, & non propter aliud, & ſic debemus amare Deum tali amore, Quia eſt obiectum de ſe diligibile, & amabile, aut amore concupiſcentiæ, q. amor eſt, quando aliquid amatur, quia ab eo expectatur aliquod commodum, & ſic non eſt proprie & principaliter amandus Deus. Ponitur autem ſpes, vt ametur deus, propter bonum, quod ab ipſo procedit, & deſideratur, & propter hoc ponitur ip ſa ſpes, ex qua ſperamus. conſequi beatitudinem, & per quam homo tenetur, Deo tamquam principio à quo bona procedunt, vt beatitudo Nota, quòd, nec firmandum eſt in iſto amore erga Deum, propter bonum, quod ab ipſo procedit, quia eſſet amor concupiſcētię, ſed oportet omnia talia ordinare, & dirigere in Deum, tamquam in ultimum finem, quia eſt obiectum omniū virtutum Theologicarum, ut ſi amas Deum, ſperādo conſequi beatitudinē, non debes cōſiderare ſolummodo, qa commodum tibi; ſed, vt iſtud bonum commodum, & beatitudo eſt perfectus amor Dei, cui per beatitudinem deſideras unirī, Et ſic ſpes eſt neceſſaria, & diſtincta à Fidē, & Charitate.

Secundo ratione ex parte habitus in ſe, vel ſui actus, ſic in anima eſt formandum ædificium ſpirituale, per qđ aſcendamus ad Deum, uel, ut Deus habitet in illas. ſ. anima ædificium autem ſpirituale fit illis tribus mediis, quibus fit materiale. Materiale autem cōſiſtit. in tribus, in fundamento, augmento, & complemento &c. Ita ſpirituale habet fundamentum, quod eſt fides, iuxta illud Pau. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Secūdò habet augumentum *Heb. 11* quod eſt eleuare muros altum. Ita ſpirituale, habet augumētū, & eſt ſpes, qua homo eleuatur ad deſiderandum beatitudinem, quia poſita fide, anima ab ipſa informata, & certificata de beatitudine, quę dabitur benè operanti, per ſpem ſe erigit, & conatur benè operari, & mereri, ſperādo ſic aquirere beatitudinem. Tertiò eſt complementum & tectum per quod poſſimus cooperiri. Ita ſpirituale habet complemētum & eſt charitas infuſa, quia ſine illa nō poteſt eſse actus meritorius. ergo ſpes eſt neceſsaria. Primo ex his rationibus duabus ſupra ſcriptis. Secundo, quia ſic tenet Eccleſia, ſecundo eſt virtus, quia perficit animam. Tertiò eſt Theologica, quia habet Deum pro obiecto. Quarto eſt diſtincta ab alijs duabus, quia fides eſt in intellectu, charitas in affectu amante, & ſpes in affectu deſiderante.

Ad primum in oppoſitum dicitur, quòd præceptū poteſt capi dupliciter. s. explicitum, ut ſunt omnia præcepta Decalogi, & implicitum, &c. Dico ergo, qđ ſpes cōtinetur implicitè in primo pręcepto cum dicitur vnum cole Deū. s. ſperando conſequi beatitudinē.

Ad

Ad ſecũdum,& ad primam rationem ſecundi, quòd natura inclinat, Reſpondeo, quod non ſufficit inclinatio,& appetitus, ſed requiritur actualiter in illum deſideratum ire, & hoc facit ſpes.

Ad illam de fide,& Symbolo, dico,quòd illud ponitur in Symbolo, non quia ſit actus proprius fidei, ſed inquantum actus ſpei ſupponit fidẽ, & actus fidei manifeſtatur per actum ſpei,Ideo dicitur,Et expecto, quia eſt actus ſpei.Ad illam de charitate dico, quòd ad actum amandi. Deum ſufficit charitas;ſed ad deſiderandam beatitudinem, non ſufficit charitas,ſed benè ſufficit ſpes.

Ad tertium dico,quòd duplex eſt certitudo.Prima excludens diffidentiam ab affectu,& iſta eſt ſpei, quia ſpes firmat affectum, vel affectionẽ ad hoc,vt poſſit aſſequi illam beatitudinem.Alia eſt certitudo inuertibilitatis,& immobilitatis, per quã firmatur affectus, vt non poſſit amplius amoueri, & iſta erit in patria, ubi uolũtas erit cõfirmata ingratia.

Ad ſecundum punctum videtur quòd etiã debemus ſperare in creatura, & probatur ſic. A quocunque aliquis poteſt ſuſcipere aliquid beneficii, poteſt in illo ſperare,ſed a Virgine Maria habemus diuerſa beneficia,tẽpore aduerſitatũ noſtrarũ, ſimiliter a Sanctis,propter quod oramus,deprecamur, & ab ipſis obtinemus ſanitates, ergo ſperandum in iſtis.Confirmatur, quia aliter fruſtrà eſſent uota.

Cõtra obiectum ſpei,vt diximus, eſt Deus,in quo ſperare debemus ſolo, Maledictus homo, qui confidit in homine.Reſpondetur, quòd ſpes duo reſpicit,ſ.bonum,quod obtinere intendit,& auxiliũ, per quod illud bonum obtinetur,bonũm autem habet rationem cauſæ finalis.ſ. quia illud bonum eſt finis mouens ad ſperandum,auxilium verò habet rationem cauſæ efficientis i. eſt medium obtinendi tale bonum.

Alia declaratio. Duplex eſt ſpes: prima proprię auctoritatis, & iſta eſt in Deo ſolo,in quem principaliter tendimus, quando oramus &c. Secunda dicitur ſpes ſuffragij,& iſta eſt in Virgine, & in Sanctis, ad quos ſecũdario cõfugimus,vt ſuffragent.

Ad argumentum ergo reſpondeo quòd ſperamus mediantibus tamen ſuffragiis Sanctorum,& beatæ Virginis,& ſic ad Sanctos recurrimus, & in illis ſperamus tamquã auxiliatoribus noſtris ad conſequendam gratiam Dei,& alia ordinata ad beatitudinem.

Ad tertium punctum, videtur, quòd tam temporalia, quàm bona ſpiritualia ſint deſiderãda vltra beatitudinem. Primo de ſpiritualibus patet,quia dicimus,quòd eſt ſpes veniæ,ſpes gratiæ,ſpes gloriæ, vnde eccleſia in oratione quadam.Omnipotens ſempiterne Deus, da nobis fidei, ſpei, & charitatis augmentum &c.Secundo Saluator in euangelio. docuit petere vtrunque cum dicere debemus,Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita noſtra, ergo debemus ſperare iſta ſpiritualia,& tẽporalia,vltra beatitudinem. Matt. 6.

Et in lege veteri multa temporalia promittuntur, vt patet in 1.& 4 præcepto, vbi datur promiſſio.i. vt ſis lõgęuus ſup terram. Tertiò beatitudo, nõ eſt nobis notã. ergo nõ eſt ſperanda. Probatur, quia voluntas non fertur niſi in præcognitum.Augu. inuiſa diligere poſſumus, incognita nequaquam.ergo.

Cõtra,in diffinitione patet,quòd ſpes eſt expectatio futuri boni, & eſt beatitudo obiectum ſpei,& non

aliquod creatum ergo,&c.

Reſpondeo, quòd duplex eſt finis vnus principalis, vel primò intētus, vt velle beatitudinem, ſiue beatitudo, Alius ſecundarius, & eſt bonum ordinatum ad principalem finem. ſ. ad beatitudinem, vt ſanitas, eleemoſina, venia, gratia, omnia iſta ordinātur ad beatitudinem, & homo cupit appetit, & ſperat, in iſtis tanquam in mediis ordinatis ad beatitudinē.

Ad primum. ſ. de ſpiritualibus, & temporalibus, dico, quòd primo, & principaliter, ſperatur ipſa beatitudo, & ſecundario iſta bona temporalia, & ſpiritualia, tanquam media ad beatitudinem.

Ad ſecundum, de lege veteri, dico quòd, quia populus erat duræ ceruicis, & non mouebatur, niſi per bona temporalia. Ideo promittebantur ſibi temporalia, vt inducerentur ad obſeruantiam mandatorum. Iſta tamen bona temporalia non erant vltimus finis.

Ad tertium, quòd beatitudo non ſit nobis nota. dico quòd, & ſi nō ſit nobis nota naturaliter, eſt tamē nota notitia fidei, & hoc ſufficit ad ſpē Vnde exemplum de ſpe, quam habere debemus in Deo, quia infirmi ſumus in hoc mundo habetis à Seneca in ſuis declamationibus, qui ponit caſum. Quidam abdicatus a patre ſuo ſtuduit medicinæ; contigit poſtea illius patrem infirmari, & a medicis deſperari, rediit filius iam factus medicus, & patrem curauit, (& cura facta) recōciliauit ſe patri, Accidit poſtea, ꝙ vxor patris, & nouerca filij, ſimili infirmitate laboraret, qua pater laborauerat. Iubetur filius à patre curare Nouercam, & nolens, abdicatur ſecundò, pater accuſat filium de inobedientia, quòd cum ſciret, & poſſet, noluit curare nouercam, quòd probat, per hoc, quòd ipſum curauerat de conſimili morbo. Reſpondet filius, & ſe defendit, quòd neſciebat, an ſciret, vel poſſet curare nouercam, ſed benè ſciebat alterius amoris, ſpei, ac confidētiæ eſſe patrem ad filium, quàm nouercam ad priuignum, & ſic abſolutus fuit. Vnde Seneca, nil magis prodeſt ægrotis, quàm ab eo curari, in quo eſt confidentia.

Ad propoſitum, quia in hoc mundo infirmi ſumus, in firmitate peccati, ideò, ſi volumus ſanari, debemus ſpem habere in medico noſtro IESV CHRISTO, qui venit ſanare infirmitates noſtras, & docere ne ponamus ſpem noſtram in rebus huius mundi, nec in nobis met ipſis ne eueniat nobis, quod euenit Senacherib. regi Aſſyriorum, qui ſperans non in Deo, ſed in potentia ſua, expugnare Iudæam blaſphemauit Deū & in Iſrael miſit edictum publicum militibus ſuis dicens. Non habeatis fiduciam in Deum, quia non liberabit nos, ſed confidite in me, & inuito Deo habebimus victoriam, & ecce nocte ſequenti Angelus percuſſit 185. millia hominū de exercitu ſuo, & reuerſus confuſus in Niniue, à ꝓpriis filiis ſuis, occiſus eſt, hoc autē habetur 4. Re. 18. & 19,

Ergo ſicut Paulus gloriabatur in ſuis infirmitatibus ſpe, quod gratia Dei habitaret in illo, vt dicit epiſtola, & ſicut ſeminator ſpe colligendi fructum centuplum, ſeminat. Sicut hodie in euāgelio. Sic debemus gloriari, & nos in noſtris infirmitatib. vt gratia Dei in nobis habitet, & vt colligamus fructum centeſimum in patria, ad quam nos per ducat Deus Qui uiuit, & regnat per ſæcula cuncta. Amen.

SI HABVERO OMNEM FIDEM, ITA VT MONtes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum, 2. ad Cor. 13.

CVm in tertio volumine ſententiarum diſputaretur, qualis virtus Teologica eſſet excellentior, poſt multa, aliqui magiſtraliter allegabant, quod fides erat excellentior, adducentes verba Pauli ad hebræos. 2. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Aliqui autem dicunt, quod ſpes erat excellētior adducentes verba prophetæ. Spera in domino, & fac bonum, & alibi Initium ſalutis eſt ſpes, &c. Aliqui autem dixerunt, quod charitas erat excellentior adducentes verba Pauli hodiernæ epiſtolæ dicentis. Nunc autem manēt, fides, ſpes, charitas, Maior autem horum eſt charitas. De qua charitate &c.

INTRODVCTIO.

EST ſentētia, quod forma eſt, quæ dat eſſe rei, & perfectionem, & operationem, quia imperfectū eſt illud, quòd caret forma ſua. Primo patet in naturalibus ſecundum eundem, vt ſupra, vbi dicit, quòd anima eſt per quam viuimus, ſentimus, & mouemur, & hoc conſtat ex illius priuatione, ſeu abſentia quia illa remota ab animali, remanet cadauer, neque ſentiens, neque ſe mouens.

Secundò in artificialibus apparet de forma artificiali, quę eſt ipſa figura, vel aliquid circa illam conſtans. ſ. debita quantitas, & proportio partium ad inuicem, & ad totum, ſicut in ſtatua, ædificio, naui.

Tertiò in moralibus patet etiam, vbi prudentia, vel recta ratio eſt forma, vel perfectio omnium virtutū moralium, quoniam ſine prudentia vel recta ratione, imperfectę eſſent operationes virtutū moralium. Sic in ædificatione ſpirituali, eſt dare formam perficientem, & dantē plenitudinem, & debitam proportionē habitibus, & actibus ſpiritualibus, ex quibus conſtruitur tale ædificiū ſpirituale, & hæc eſt virtus charitatis, quæ eſt forma informans alias virtutes Theologicas, & fidem, ſpem & operationes illarum, quia fides, & ſpes ſine charitate ſunt informes, vnde cantabat Apoſtolus, hilari vultu in epiſtola. 1. ad Cor. 13. cap.

Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens, & ſi habuero omnē prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiā & ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum, & ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.

Cùm igitur ædificium ſpirituale conſiſtat (vt materiale) in fundamento, augmento, & tegumento, & fides ſit fundamentum, ſpes augmentum, & charitas tegumētum, ad has virtutes acquirendas omnibus viribus enitendum eſt.

Notandum, quòd ſecundum nōnullos doctores, nō differūt inter ſe cha-

Sco 12. d.26. ritas, & gratia. Nam charitas, vt eſt habitus in homine tendens in Deũ, quo diligitur Deus, ſic dicitur charitas, quia per illam homo habet Deum carum, è conuerſo vero charitas ut eſt, qua Deus acceptat ipſum hominem, & eius operationes, ſic dicitur gratia, quia per illam habet hominem gratum. De qua charitate quatuor videbim.

Primum, quid ſit charitas.

Secundò, an ſit virtus diſtincta, & neceſſaria ad ſalutem.

Tertiò, an in præcepto de dilectione proximi intelligatur CHRISTVS, Virgo, & Angeli.

Quarto, cui cõparãda eſt charitas.

Ad primum, obſeruandum charitatem dupliciter dici, quia quædam eſt increata, quædam creata, primo modo, charitas eſt Deus, iuxta illud. Iohann. 4. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, & cætera.

Secundo modo, charitas eſt Dei donum, de qua. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Ro. 5. ſpiritum ſ. qui datus eſt nobis. Et de charitate hoc modo ſumpta erit ſermo noſter; Pro clariori intelligẽtia notandum; quod charitas poteſt cõparari ad quatuor, & ſecũdum quadruplicem cõparationem, quatuor modis diffiniri.

Primò, poteſt comparari ad obiectum. ſ. Deum, & ſic definitur, charitas eſt dilectio, qua diligitur Deus propter ſe, & proximus ꝑpter Deũ, in qua definitione cognoſcitur, qđ Deus, qui eſt ſummum bonum, eſt obiectum principale charitatis, ad quem diligendum propter ſe principaliter inclinat charitas, quæ etiã habet pro obiecto minus principali proximum, quod teſtatur Saluator Matth. 22. dicens. Dilige dominum Deum tuum, & proximum &c.

Magiſter, ſe. in 3. d. 27.

Referendus eſt tamen amor proximi in Deum, quia hoc facis propter Deum, quia ſi propter proximum, vel commodum, tunc eſſet amor non rectè ordinatus.

Secundò charitas poteſt comparari ad actũ, quo homo vnitur Deo, & adhæret, & ſic definit Augu. Charitas eſt affectio iuſtiſſima animi, cõiungens nos cum Deo &c. & idem de ſpiritu, & anima, charitas eſt vitã copulans amantem, cum amato.

Tertio charitas comparatur ad finem ſuum abſolutè, ſ immediatè, ad ipſum Deum, & ſic ab Auguſtino libro ſoliloquiorum definitur. Charitas eſt virtus, qua Deum videre, & eo perfrui, deſideramus, Hoc autem dicit Auguſtinus, quia nõ ſolum naturaliter inducimur ad Deum, ſed etiam libere & ſponte, ad hoc tamẽ inclinante, & inducente charitate.

Quartò, charitas poteſt comparari ad finem ſubordinatum. i. ad proximum, qui finis eſt via peruenĩedi, ac ſe vniendi Deo, & ſic definitur à Pau. prima ad Thi. c. primo charitas eſt finis præcepti, de corde puro, cõſcientia bona, & fide nõ ficta. In qua definitione ſunt quatuor.

Prima dicitur finis, præcepti. Vnde notandum, quòd finis duplex. ſ. vltimus, qui eſt Deus, & ſecundus, qui eſt proximus. Finis autem primi præcepti terminatur immediatè in Deum, veluti in finem vltimum, vt patet in primis præceptis primæ tabulæ. Finis autem ſecundi præcepti, terminatur in ꝓximum veluti in finem ſecundarium, vt patet in ſeptem præceptis ſecundæ tabulæ, ſecunda particula dicit, de corde puro. i. de bona voluntate, & intentione, quia oportet remouere voluntatem, & intentionem à terrenis affectibus, vt. ſ. impleantur præcepta Dei, quia

propter

propter amorem Dei, non propter terrena ſunt ſeruanda. Tertia dicit de conſcientia bonæ, quia homo debet Deũ diligere bona ſpe.

Quarta dicit fide non ficta, quia oportet, quod diligens Deum habeat firmam fidem. Vnde eccleſia. Ad firmandum cor ſincerum ſola fides. Ad ſecundum punctum (dimiſſa illa opinione tenente nullam dari charitatem creatam, ſed ſolummodo Deum in nobis habitare per ſpiritum ſanctum) contra quã opinionem ſunt omnes Theologi, dico quod charitas.

Primò eſt virtus creata, vt dicit Auguſtinus in definitione, vt ſupra, & Apoſtolus prima Cor. 3. Nunc autem manent hæc tria fides, ſpes, charitas, vbi cõmemoratur inter alias virtutes theologicas &c.

Secundo eſt virtus theologica, quia habet Deum pro obiecto, ut iã ſuperius dixi de ſpe, & eſt etiam à Deo infuſa. Ad Rom. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus hominum.

Tertiò eſt diſtincta ab alijs duabus, tum ratione obiecti. ſ. Dei, quia eſt obiectum charitatis, inquantum ſummum bonum, tum ratione finis vel præmij, quia ipſi ſoli charitati dabitur præmium in patria, alijs autem duabus non, quia euacuabuntur. Fidei enim ſuccedit viſio, & ſpei firma tentio, immo charitas perficitur in patria, cum actualiter vnit amantem cum amato.

Quartò eſt neceſſaria ad ſalutem: quia licèt non poſſimus naturaliter hoc cognoſcere; nec ex ſubſtantia actus amandi Deum: nec ex intenſione ipſius, neque ex facilitate, aut delectatione poſſimus probare talem charitatem eſſe nobis neceſſariam, tamen quia ſancti hoc tenent, & maxime Pau. primę Co. 3. Si linguis hominum &c. ideo etiam à nobis firmiter tenendum eſt, & conſtantiſſimè aſſerendum charitatem homini neceſſariam eſſe ad ſalutem, & probatur hoc tripliciter.

Primò, ex parte pœnitentis.

Secundò, ex parte Dei acceptantis.

Tertiò ex parte hominis merẽtis. Ex parte pœnitentis, peccator ante pœnitentiam non eſt dignus uita ęterna; ſed bene poſt pœnitentiam. Sed non poteſt eſſe dignus, niſi recipiat aliquid, per quod fiat dignus. Tale autem non eſt niſi charitas, ergo neceſſaria eſt. Confirmatur exemplo Saluatoris de illo, qui ingreſſus ad nuptias, non habens veſtem nuptialem. ſ. charitatem, inde fuit eiectus, & proiectus in tenebras exteriores. Ex parte Dei acceptantis, ad hoc, quod aliquis habeat uitã ęternam, oportet quòd opera eius ſint grata deo, ut patet de orante exiſtente in peccato, ergo &c. Ex parte hominis merentis, quia non poteſt homo ex natura ſua conſequi beatitudinem, vel mereri, ergo oportet, q̃d habeat illam per aliquem habitum, & talis habitus non poteſt eſſe, nec fides, nec ſpes, quia iſtæ duæ manent in peccatore. Ergo neceſſaria eſt charitas.

Ad tertium punctum uidetur, ꝙ ſic primò de Chriſto, qui eſt caput, & redemptor, & maxime amat nos. Apoſtolus enim d. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

De virgine etiam nulli dubium, immo eſt regina Angelorum. De Angelis quoque ſunt enim perfectioris naturæ, & gratiæ hominibus, & deputantur ad cuſtodiam noſtram, ergo diligendi ſunt ex charitate. Reſpondeo, qnod omnes iſti continentur ſub nomine proximi. Vnde notãdum eſt; quod proximus, eſt omni

ille, cuius amicitia eſt grata dilecto ex qua deffinitione quatuor colliguntur.

Primum, quòd proximus poſſit diligere, & amare amantem ſe, ideo dicitur cuius amicitia eſt grata.

Secundum, & eſt corollarium, quòd bruta, & inſenſata non ſunt proximi, quia non amant.

Tertium eſt, quia oportet, quòd amicitia proximi ſit grata dilecto. ſ. Deo, ſed quia amicitia CHRISTI Virginis, & bonorum Angelorum eſt grata Deo. ergo ſunt proximi noſtri, ergo illos amare debemus, vt proximos.

Quartũ, quòd nec dæmones, nec peccatores actu, ſunt proximi, quia illorum amicitia nõ eſt grata Deo.

Notandum ad abundatiorem doctrinam, quòd diligere proximum ex charitate, eſt velle ipſum condiligere Deum, & ab eo diligi, & velle illi beatitudinem, ſicut ſibi, vbi notantur tria.

Primum quòd ille, qui ex charitate diligitur, vt proximus, poſſit, & velit condiligere. ſ. ſimul diligere.

Secundum quod talis diligẽs, velit dilectum diligi à deo, ſicut ipſe uult diligi.

Tertium, quòd talis diligens deſiderat beatitudinem dilecto, ſicut ipſe deſiderat pro ſe; Et hoc eſt diligere proximum ex charitate. Ex iſtis tertium ſequitur, quòd tenemur diligere CHRISTVM Virginẽ, Angelos, & omnes iuſtos ex charitate.

Item, quòd non tenemur diligere creaturas irrationales, quia non poſſunt condiligere, nec dæmones nec malos homines, quia Deus non vult ab illis diligi, dum ſunt mali.

Ad primum de CHRISTO. Reſpondeo, quòd CHRISTVS poteſt conſiderari dupliciter, primo, ut Deus vnitus naturæ humanæ; & hoc modo eſt ſimpliciter ſupra nos quia caput, dominus, redemptor, & ſuper omnia, ſic eſt, ut Deus ſuper omnia diligendus, & adorandus. Alio modo poteſt conſiderari, vt homo. ſ. conſiderando ipſam humanitatem, non ut coniunctam diuinitati, & ſic dico, quòd CHRISTVS eſt proximus noſter, & nõ eſt caput aut redemptor, nec ſupra nos, nec eſt ſuper omnia diligendus; quia ratio tam redemptoris, quam capitis reſpicit perſonam, ſecundum vtramque naturam: dicit d. Bona. 3. d. 28. nec eſt ſuper omnia diligẽdus, quia charitas ordinat ad diligendum ſolum Deum ſuper omnia.

Secũdo ſalutem propriam, & poſtea ſalutem proximi. Et ſi quis diceret Chriſtus, vt homo plures uirtutes gratias, & perfectiones habebat, quam nos, hoc idem de Virgine Maria, ergo ſupra nos diligendi. Reſpõdeo ſecundum Bonauẽturam in 3. d. 28. circa literam, hoc idem Aug. de doctrina Chriſtiana cap. 9. quòd nomine proximi intelligitur omnis homo cuiuſcunque ſexus, cuiuſcunque dignitatis, cuiuſcunque uirtutis, & propterea licet Chriſtus, & Virgo habeant plures uirtutes, quã nos, tamen ſub nomine proximi cõtinentur. Benè verum eſt, quod propter dignitates, & uirtutes, & beneficia homo tenetur maiori affectione diligere, & venerari Sanctos, quãtum uero ad ſalutem optandam, nõ videtur neceſſarium nos diligere eos ſupra nos, propter ordinẽ charitatis &c. Ad ſecundum de Angelis Reſpondetur, quòd Angeli poſſunt conſiderari, inquantum ſunt naturę ſimplices ſeparatæ à materia, & ſic ſunt ſuperiores hominibus, unde Pſalmus de homine dicit. Minuiſti eum paulominus ab Angelis. Secundò poſſunt conſiderari inquantum

ſunt

ſunt ordinati ad beatitudiuem, ſecundnm ordinem charitatis,& hoc modo ſunt naturæ intellectuales,ſicut nos,& in eis eſt imago Dei,ſicut in nobis,& ſunt beatificabiles ſicut nos, & illam beatitudinem non habent ex ſe,ſed a deo dāte, & ſic ſunt proximi noſtri, Dicet quis ignoro, an proximus ſit in peccato,vel non, quomodo implebo præceptum de dilectione proximi, quia peccatores exiſtētes in peccato mortali nō ſunt diligendi, ſicut nec dæmones? Reſpondeo,primo quòd loquendo de uiatore quocunque ſignato in particulari.ſ.iſto,uel illo &c.dequo dubio an ſit in peccato, debeo ei velle beatitudinem cum conditione.ſ.ſi placet deo dare uitam æternam, qui deus ſcit an ſit in peccato necne. Secundo loquendo in communi de uiatoribus, credendum eſt eſſe aliquos deo gratos, & ita poſſumus, uelle deum diligi ab omnibus & eum diligere omnes, & hoc ordine charitatis.

Ad quartum punctum. Reſpondetur, quod charitas comparatur auro triplici ratione. Primo ratione generationis,nam vt aurum generatur in uiſceribus terræ,ita charitas in viſceribus cordis, quòd eſt terra Vnde.Ier.Terra,Terra, Terra.i. o homo audi uerbum Dei. Secundo ratione probationis,nam aurum probatur igne,& quo magis probatur eo perfectius redditur ſic charitas igne tentationis, & tribulationis, probatur, & quanto plus uexatur plus lucet,& creſcit in perfectione. Vnde Gregorius.Quod fornax auro flagellum grano, hoc facit tribulatio iuſto.ſ.habenti charitatem,Hoc patet in ſanctis Martiribus &c.quia magis firmabantur in opere dei.Tertio ratione ſuperationis. Nam ſicut aurum ſuperat omnia metalla, ita & charitas omnes virtutes,unde Apoſtolus; Horum autem maior eſt charitas &c. Quia domina, regina, dominatrix omnium aliarum uirtutum eſt &c.Hanc charitatem prædicat Paulus hodie in epiſtola dicens,Si habuero, &c.Hanc charitatem docet, & oſtendit Chriſtus hodie in euangelio, quando cæco clamanti,& reſpondenti, Fac ut uideā domine,aperuit oculos. Hanc charitatem ſequamur, ut deus nobis p ipſam tribuat in præſenti augmentum gratiæ & in futuro gloriam. Amen.

FACIEM TVAM LAVA, HAC VERBA SVNT CHRISTI. Matth..6.

SChola Theologorum concedit omnibus ſponſis nuper nuptis, vel de proximo copulandis, ut uolẽtes ſuis placere ma ritis, posſint ſe & lauare, & decorare Spiritualiter; Cum uera pęnitentię tempus iam uenerit, in quo quilibet Chriſtianus (pręſuppoſita diuina gratia) poteſt paradiſum ſibi acquirere, hinc eſt, quòd ſancta mater Eccleſia (ſalutem omnium Chriſtianorum ardentisſime cupiens) omnes ſuos filios uocat, & ad perfectam conſcientię lotionem, & ad veſtimentorum ſpiritualium decorationem inuitat, ut anima rationalis ſponſa CHRISTI affecta iuxta illud Oſeæ deſponſaui te mihi in fide, ſine macula inueniatur. Et propterea mirum non eſt, ſi pręfata ſancta mater Eccleſia alta uoce clamans, dicat: Totis uiribus debemus fratres carisſimi nos pręparare, ne forte in nobis ſit aliquod peccatum abſconditum, quod & conſcientiam noſtram confundat, & oculos diuinę maieſtatis offendat. Põderans ergo verba Saluatoris hodierna, & conſiderans ego necesſitatem lotionis conſcientiæ de huiuſmodi lotione ſermonem inſtitui; Sed prius cęleſte inuocemus auxilium.

Leo papa in ser. de aduen. Christi

INTRODVCTIO.

Mag. in 2 diſt. 1.

OMnes Theologi dicunt, quòd finis naturæ humanæ eſt beatitudo. Sed quia non poſſumus ad illam peruenire, niſi debitis mediis. Merito ergo quæritur, quibus mediis homo ualeat ad illã peruenire. Reſpondetur. Quòd, (prę ſuppoſita diuina gratia) duobus mediis ad beatitudinẽ ꝑuenire põt homo. ſ. ꝑceptione uirtutũ, & uitiorũ extirpatione, Primò nanq; uirtutes ſunt acquirendæ, nouus mòdus ſancte beneque uiuendi, inſtituendus. Deinde vitia extirpanda, & peccata abluenda. Quæ duo CHRISTVS cæleſtis atque Diuus præceptor, diſcipulis ſuis pariter, & nobis apertiſſimè in hodierno euãgelio declarat, ac docet. Cuius verba referuntur ab Euãgeliſta. Cum ieiunatis nolite fieri, ſicut hypocritæ triſtes.

Matth. cap 6.

Quæreret fortaſſis aliquis hic primo, quotuplex, eſt ieiunium? cui reſpondetur, quòd ieiunium eſt triplex. ſ. Naturale, generale, & ſpirituale. Primum eſt quando, quis nõ comedit, dum non eſt famelicus exemplum, nunc ieiuno, quia non fameſco, & tale ieiunium non eſt meritorium, nec demeritorium. In his, quæ ſunt à natura, nec meremur nec peccamus. & de tali ieiunio non loquitur CHRISTVS hodie. Secundum eſt generale, hoc eſt abſtinere ſe à peccatis; Vnde Eccleſia, ieiunium generale eſt abſtinere ab iniquitatibus. & huius ſæculi voluptatibus, & de iſto ieiunio ſemper intelligit CHRISTVS. Tertium eſt ſpirituale, & eſt abſtinentia à cibo, & potu ab eccleſia inſtitutum intuitu ſatisfaciendi, vel vitandi peccatum, & ad vitam æternam acquirendam. Et de iſto hodie ſpiritualiter loquitur CHRISTVS.

Ric. in 4 diſt. 15.

Sco. 14. diſt. 2.

Quod ieiunium tripliciter fit à no bis,& eſt bonum,quando quis pro peccatis ſuis ieiunat,reſurgendo à peccatis.Melius, quando quis ieiunat ad honorem Dei,& Sanctorum Optimum,quando homo exterior ieiunat, & homo interior orat. De iſto ergo ſpirituali ieiunio intelligit CHRISTVS hodie dicens. Cum ieiunatis.i. ieiunare debetis, quod eſt contra negantes ieiunium ex verbo Chriſti,& Apoſtolorũ &c & ſi quæras, an ieiunium ſit neceſſarium ad ſalutem? Reſpondeo,ꝙ ieiunium poteſt dupliciter conſiderari.Primo abſolute,& in ſe conſideratum,& iſto modo non eſt neceſſarium, quia eſt pœnale quodã non nutritiuum &c.Secundo modo inquantum vtile, vel inquantũ eſt medicina animæ, & iſto modo eſt neceſſarium ad ſalutem quia ſicut reubarbarum expellit coleram ita ieiunium expellit vitia per macerationem carnis. Vnde Grego. Sicut per gulam paradiſum perdidimus,ſic per ieiunium, & abſtinentiam ipſum acquiramus.

Tho.22 14. A 8.

Alia reſponſio de ieiunio eſt, ꝙ in carne duo ſunt.ſ.natura, & vitiũ Primum nutritur paruo nutrimento,ſecundum vero maceratur.

Si dicas an ieiunium ſit ordinatum pro malis,vel pro bonis? Reſpondeo,quòd tam pro bonis, quã pro malis.Quia boni, licet ſint boni, tamen poſſunt eſſe mali, quia non ſunt confirmati in gratia.Si verò mali;debent ieiunare ratione ſatiſfactionis pro peccatis. Exemplũ de Magdalena ieiunante, &c.Si dicas, Augu. de libero arbitrio dicit, eos, qui æternæ legi ſunt ſubditi, non eſt conueniens ſubiacere temporali legi, ergo ieiunium non eſt pro bonis, qui ſunt ſubditi legi æternæ.Reſpondeo,quòd Auguſt.ibi loquitur de exiſtentibus in patria, qui amplius non ſubiiciuntur legibus temporalibus.Si dicas quid eſt hypocrita? Reſpondeo, quòd à græcis dicitur ab ypos,quod eſt ſub,& criſis, quod eſt aurum, quaſi quid mali latens ſub auro.ſ.bono, & dicuntur triſtes,quia oſtendunt in facie quandam triſtitiem ortã ex pœnitentia. Volentes autem diſcipuli habere perfectam cognitionem hypocritarum, vt inde euitarent ſuũ malum modum viuendi dixerunt Chriſto. Magiſter quid faciunt hypocritæ? quibus Chriſtus reſpõdit dicens. Exterminant enim facies ſuas,vt videantur hominibus ieiunantes.Amen dico vobis receperũt mercedem ſuam.Nam exterminare faciem eſt extra terminos ſolitos ponere. Hoc autem poteſt eſſe dupliciter,primo aſpectu ficto, quando, quis ad extra oſtẽdit eſſe,quod nõ eſt ad intra.Vnde Horatius, Pulchra lauerna da mihi fallere. Da iuſtum, ſanctumque uideri, noctem peccatis,& fraudibus obiice nubẽ. Secundo modo vnguento ad hoc præparato, vel ſuffumigationibus ad hunc finem ordinati.

Sed quęritur,an abſcondens peccatum propter cõſeruationem ſuæ famæ ad ſcandalum euitandum ſit hypocrita? Reſpondeo, quod ad cõſeruationem famæ, vel ſcandalum euitandum, licet peccatum occultare ſimpliciter; ſed peccatum occultare ſub ſpecie ſanctitatis peccatum hypocriſiæ eſt. Th in.4 diſ. 16 q.i.

Si dicas qualis eſt merces hypocritarum? Reſpondet Augu. in ſermone Domini in monte, quod eſt gloria huius mundi, qua præmiati ſunt hypocritæ, & non gloria Dei. Poſt hæc CHRISTVS vertens ſe populo Iudaico, & diſcipulis ſuis dixit. Tu autem cum ieiunas vnge

caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris ab hominibus ieiunãs, ſed patri tuo, qui eſt in abſcõdito, qui reddet tibi. Quærit quare Chriſtus iuſſit vngere caput, & lauare faciem? Duplex eſt reſponſio, Prima quia in diebus ſolemnibus, & feſtiuis, antiqui teſtamenti patres in ſignum letitiæ vtebantur vnguentis pretioſis, & diligenter lauabant ſe omnes Chriſtus ergo voluit inferre, q̃ propter ſolemnitatẽ pœnitentiæ iſtis temporibus, debemus nos lauare, & vngere. i. ſpiritualiter gaudere, & non ſimulatam, vel fictam pœnitentiam facere.

Alia reſponſio moralis, cũ Chriſtiani dicantur à Chriſto eorũ capite, ideo vngere caput nil aliud eſt niſi ungere Chriſtũ oleo. ſ. bonorũ operum, illũ placãdo, orãdo, & imitando, & cum per faciem intelligatur conſcientia (quia ſicut per faciem cognoſcitur vnus ab alio diſtinctus, ſic per conſcientiam malam malus cognoſcitur à bono Chriſtiano) ideo Chriſtus dixit, Laua faciem tuam. i. conſcientiam.

Quæritur cũ Chriſtus dicat Mat. 5. Sic luceat lux veſtra corã hominibus, ut videãt veſtra bona opera, quare hodie oppoſitũ dicat. Ne videaris ab hominibus? Reſp. Chriſo. Quòd aliud eſt, quãdo Chriſtus docet nos, & aliud quãdo reprehẽdit nos. Primò. n. docet nos bene operari, vt p illa bona opera Deus glorificetur. Secundo. i. nũc in euãgelio reprehendit illos, qui bona opera faciunt, nõ vt Deus glorificet, ſed pp gloriam mundi, quia. ſ. volũt videri ab hominibus, dir ectè. Si dicas quare dicitur Deus abſconditus cũ ſit vbiq;? Reſpõdeo, quòd ibi abſconditus capitur pro inuiſibili, quia. ſ. pro ſtatu iſto inuiſibilis eſt. Hic notandum eſt contra Lutheranos, negãtes ieiunium eſſe de iure diuino, & tamẽ Chriſtus hodie aperte promittit mercedem ieiunantibus dicẽns. Tu autem cum ieiunas, &c. vſq; ibi, & pater tuus reddet tibi ẽt Chriſtus. Mar. 9. hoc genus dæmoniorũ, nõ eiicitur niſi in oratione & ieiunio, & Mat. 9. Chriſtus oſtendit quòd diſcipuli ieiuuare debebãt dicens. Nunquid poſſunt filij ſpõſi lugere, quãdiu cum eis eſt ſpõſus? venient autem dies quãdo auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt, Itẽ quare Chriſtus dicit. Tollite iugũm meũ ſuper uos, & diſcite à me uiſi; vt ſi ipſe ieiunauerit, nos ieiunaremus, Ieiunauit Ioãnes Baptiſta, & diſcipuli eius, Ieiunauit Anna Propheriſſa. Ieiunauerunt diſcipuli Chriſti vt patet act. Apoſto. 13. 14. 27. &c. Luc. 8.

Item ieiunabant Apoſtoli poſt Chriſtum. Ideo Exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in laboribus, in vigiliis, in ieiunijs &c. aboleantur ergo, & cõfundantur negantes ieiunium eſſe de iure diuino. Hinc ieiunia Moyſis, Thobię, Helię, Heſter, Iudith, Dauid & tantorum patrum taceo, &c. Sequitur textus. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo & tinea &c. Paul 2. ad Cor. 6.

Inſurgeret fortaſſis aliquis, dicẽdo, quomodo ſine theſaurizatione poſſet homo viuere, cũ tota eius familia, vix theſaurizãdo viuat? Reſp. quòd triplex eſt theſaurizatio. ſ. neceſſaria, ſuperflua, & vitioſa, & prima quidem vt ſeminare colligere, laborare, propter victũ familię, & propter indigẽtiam pauperum, nõ eſt prohibita, nec Chriſtus de iſta loquit, cũ Deus dicat Ge. 3. In ſudore vultus tui &c. Secũda verò eſt quãdo cor hominis adeo in illa theſaurizatione occupatur, quòd Deum,

& ſalutem animæ obliuioni tradit & de iſta loquitur Chriſtus. Tertia vero eſt quando homo habet diffidentiam, & non confidit in Dei bonitate dicens. Deus non daret mihi niſi facerem ſic, & ſic, & de iſta ſimiliter loquitur Chriſtus.

Sed theſaurizate vobis (ait Chriſtus theſauros in cœlo, vbi nec ęrugo, nec tinea, &c. quid per hoc ſignare uoluit Chriſtus? Reſ. Chriſ. q. di. Vanum eſt vobis acquirere temporalia, & amittere ſpiritualia. Et ſequitur. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuũ erit, q. d. Nemo poteſt ſeruire Deo, & Diabolo, quia Diabolus tẽporalia theſaurizat ad ſuperfluitatem, & ad vitiũ, Deus vero & temporalia, & ſpiritualia nobis donat, ad ſalutem, contra theſaurizationẽ autem Diabolicam. Iac. exclamat. Agite nunc diuites, plorate in miſerijs veſtris, quæ adueniũt vobis aurũ, & argentum æruginauit, & ærugo eorum erit vobis teſtimonium in nouiſſimo, &c.

Hæc ex præſenti lectione euãgelica, ſuper quam quatuor documẽta videbimus.

Primum principium veræ pœnitentiæ dr̃ ieiuniũ, quo caro noſtra humiliat̃, quia cõprimit vitia carnis, mentem eleuat ad ſuperna, & dat uirtutem contra dæmones, exẽplum de equo repleto, qui recalcitrat contra dominum, ſic repletum corpus contra animam; ideo ad ieiunium inuitat Chriſtus ibi cum ieiunatis, &c.

Secundum documentum, Inter cætera peccata, quæ Deo diſplicẽt peccatũ hypocritarũ cõnumeratur quia hypocrita non laudẽ Dei, ſed laudẽ mundi quærit, ideo Chriſtus Nolite fieri ſicut hypocritæ &c.

Tertium documentum. Maximũ impedimentum noſtræ ſalutis eſt cupiditas, vel auaritia, quod præuidens Chriſtus illam prohibet dicẽs Nolite theſaurizare &c.

Quartum documentũ eſt, ꝙ ſi volumus liberare animas noſtras in iſtis quadraginta dieb. pœnitentię, oportet primò lauare cõſciẽtias noſtras. Sicut Chriſtus hodie, (veri pceptoris more) docet dicens, Faciẽ tuã laua ideſt conſcientiam, de qua conſcientia aliqua uidebimus ſup Chriſti uerbis.

Primum, quid eſt conſcientia.

Secundum, quod officium habet conſcientia.

Tertium, quotuplex eſt conſcientia.

Quartum qua aqua ſit lauanda conſcientia.

Ad primum tres inuenio definitiones. Prima eſt doctoralis. ſ. cõſciẽtia eſt lex intellectus noſtri ad aliquod agendũ, uel fugiendũ. Secũda eſt magiſtralis ſic, conſciẽtia eſt habitus boni, & mali diſcretiuus, q̃ ſ diſcernit bonũ a malo, & e cõtra. Tertia ſpirituatis, cõſciẽtia eſt habitus intellectus practici, dictãs de opere morali, an ſit agendũ vel fugiẽdũ. In qua definitione, ſunt tres particulæ cõſiderandæ. Prima. Philoſophus dicit, quòd duplex eſt intellectus. ſ. practicus, et ſpeculatiuus. Speculatiuus eſt ordinatus ad ſcire tãtum. exemplũ, quãdo quis ſpeculando uenit in cognitionẽ rei; practicus uero eſt ordinatus ad dirigẽdũ, uel ordinandũ opus, & ſic differũt, quia alia, & alia eſt ratio inter eos. Hoc ẽt confirmatur in quæſtione de praxi: dicitur finis ſciẽtiæ ſpeculatiuę eſt ſcire, practicę uerò eſt operari, hæc de prima particula Secunda duplices operationes ſunt: quędam nõ pertinẽtes ad mores. ut ars ædificãdi, pulſandi, &c. & de iſtis nõ intelligitur definitio; quædam autẽ per-

Dama. l. 2. ſen

Sco. Bo. Th. in 2. di. 39.

6 ethic

tinentes ad mores, quæ .ſ. ſunt bone & ſecundum Deum, & de iſtis intelligitur: quia ſunt factæ dictante cõſcientia, & habetur ſecunda particula. Tertia, in intellectu ſit quædã diſputatio, ſiue ſyllogiſmus practicus, cuius maiorem facit ſyndereſis, minorem ratio ſuperior, vel inferior, concluſionem vero facit cõſcientia: Ideo dicitur conſcientia, quaſi concludens ſcientiam. Ideo dicitur in definitione, quod cõſciẽtia eſt habitus intellectus practici dictans .i. diſputans de opere morali, quod ſ. facis, an ſit faciẽdum, vel fugiendum. Si autem dicas, oſtẽde mihi iſtam diſputationem factam ab intellectu, vel ſyllogiſmum practicum. Reſpõdeo, quòd prius oportet uidere, quid ſit ſyndereſis, quid ratio ſuperior, & quid inferior. Syndereſis eſt quidam habitus practicus ſemper inclinans ad bonum, & declinans à malo: aliqui dicunt, ꝙ eſt lumen rationis. Auguſtinus de baptiſmo paruulorum dicit, quòd eſt lumen concreatum animæ, quia ſ. creatur ſimul cũ anima quo nos dirigimur, vel mouemur ad faciendum ea, quæ pertinent ad euitationem culpę uel pœnæ, & ad adeptionem gloriæ, & in ſacra ſcriptura vocatur vermis. Iſa. 51. cap. Vermis eorum (.i. ſyndereſis) non morietur, nec ignis extinguetur. ibi loquitur de damnatis. Vnde ſequitur corollarium, quòd in damnatis remanet ſyndereſis, qui vulgariter dicitur remorſus conſcientiæ; quia ipſi damnati conſiderantes bonum vellent non eſſe ibi, ratio ſuperior eſt illa ratio, vel intellectus qui conſiderat ſuperiora ſ. Deum, uel alia in ordine ad Deum, vt Deum eſſe adorandum, &c. ratio autem inferior, eſt ratio, vel intellectus conſiderans inferiora, & iſta creata; vt pauperi benefaciendum, non propter Deum. ſed propter pietatem naturalem: ſimiliter non eſſe furandum, quia damnoſum proximo.

nota — S. Bona.

Syndereſis ergo dicit Deo eſt obediẽdũ, ratio ſuperior dicit Deus mandauit non furandum eſſe, non malefaciendum Conſcientia vero concludit, hanc ſcientiam dicens. ergo furtum, uel malum, non eſt faciendum. vel ſyndereſis dicit omne malum eſt fugiendum. ratio inferior dicit, vſura, homicidium, furtum, & huiuſmodi eſt malum, quia damnoſum proximo. Conſcientia veró concludit dicens, ergo vſura, non eſt facienda &c. Et ſic habetur quid eſt conſcientia.

Ad ſecundum, reſpondeo quòd habet tria officia .ſ. teſtificari, accuſare, & ligare. Nam primo cõſciẽtia teſtificatur de præterito, & eſt ſicut liber, in quo ſcripta ſunt omnia, quæ facimus, ſiue bona, ſiue mala, & de peccatis factis, ſemper teſtificatur contra nos, & hoc durabit vſque in diem iudicii. vnde Auguſtinus, & eccleſia. Quando Deus iudex erit, alius teſtis, quam conſcientia tua non erit.

Mag. & S. in 2. d. 39.

11. q. 3. c. conſcien.

Secundum officium eſt accuſare de malis commiſſis. Auguſtinus, & eccleſia, conſcientia eſt liber inter accuſatores. Tertium officium eſt ligare .i. obligare, q.a.ſ. obligat nos ad ſequendum eam; quia .ſ. conſciẽtia conſcia eſt nobis in bono agendo.

11. q. 3. c. in com. Au.

Ad tertium reſpondeo, quòd cõſcientia eſt multiplex. Prima dicitur cœca, & iſta oritur ex ignorantia. ſ. quando ratio apprehẽdit malum ſub ratione boni, & è contra, quia neſcit diſcernere bonum a malo.

Et hic eſt notandum, quòd ignorantia iſta poteſt eſſe duplex, aut de illis, quæ tenetur homo ſcire,

aut

aut non:ſi non,vt ſi cui donatur res aliena,vel prandium de cibo furato.Talis non peccat accipiẽdo, vel comedendo, quia non tenetur inquirere &c. Si primo modo. Si ſit ignorantia legis naturalis,vel legis diuinæ, quæ.ſ. leges debent ſciri à nobis,dico,quod eam non habens, peccat,v.g.quando, quis nõ habet conſcientiam, accipere aliena, vel non adorare Deum,peccat mortaliter.O quot cæci ſunt.Hic diſcurre tuo arbirratu &c.

Secunda dicitur craſſa,& iſta oritur ex negligentia. Patet de vſurario,qui ſe excuſat neſcire, an ſit vſura accipere, viginti vel triginta, pro 100.& ex negligentia non accipit conſilium à probo uiro, & iſte habet conſcientiam craſſam,exemplum etiam de poſſidentibus bona eccleſiæ,& pupillorum &c.O quot conſcientiæ craſſæ,&c.

Tertia dicitur proterua, & iſta oritur à ſuperbia;ſicut ſunt aliqui putantes ſibi omnia licere,& habẽt conſcientias proteruas,hic diſcurrendum,vt placet.

Quarta dicitur groſſa,& hęc oritur ex nimio amore mundi huius, qnia peccata grauiſſima tenentur parua,dicens,ego rem alienam non habeo, non facio homicidium, & non blaſphemo, caueo tantum ab iſtis tribus,non curans de aliis.Iſto modo concubina,mendacium, ſacrilegium,iuramẽtum,pompæ, nõ putãtur peccata apud iſtos,qui habent conſcientias groſſas,(vt dicunt.

Quinta dicitur vulnerata,& iſta oritur ex hypocriſi, quæ ponderat peccata publica,& non ſecreta.Hic diſcurrendum eſt ad libitum.

Sexta dicitur mortua, & iſta oritur ex longa conſuetudine peccati vt de obſtinatis in malo cõtra Deũ & Sanctos, O quot cõſcientiæ mortuæ inueniuntur.

Ad quartum reſpõdeo, quod cõſcientia debet lauari triplici aqua. ſ.aqua ieiunij,aqua fletus, & aqua planctus,quod autem hoc ſit verũ, Audi Ioelem prophetam hodie in epiſtola dicentem. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu,& planctu, & ſcindite corda veſtra; & non veſtimenta, & nota quod prima aqua ieiunii lauat ſuperbiam, quia per ieiunium caro humiliatur, ſecunda ſ. fletus, qui eſt ad intra,lauat luxuriã, quæ eſt ad intra. Tertia verò plancti exterioris lauat auaritiam bonorum exteriorum,vt reddatur vnicuique ius ſuum. Item homo peccat contra Deum,& contra ſe ipſum,& cõtra proximum.Ideo lauamini cum illis tribus aquis. Item homo peccat corde,ore,& opere, ideo lauamini, vt iſta tria peccata cum illis tribus aquis mundificentur,& conſcientiæ noſtræ puræ fiant. Lauamini cum Pau.ſecũdæ Thimot. Primo gratias ago Deo, cui ſeruio in conſcientia pura ſine intermiſſione.Ad hãc itaque ablutionem Chriſts omnes hortatur, dicens in præſenti euangelio faciem tuam laua. Lauamini ergo fratres, ut conſcientiæ veſtræ purę ſint.Vt Deus miſericors tribuat nobis in præſenti gratiam, & gloriam in futuro.Amen.

DOMINE PVER MEVS IACET, &c. Matth 8.

SIcut naturales uolunt, planta non producit fructum, ſine tribus cauſis principalibus.ſ terra, ſole, & tempore, ſic ſpiritualiter, homo qui eſt plã-ta, & arbor, ad hunc finem plantatus à Deo, in hoc mundo vt germinet, & red dat fructum ſalutarem ſuę animæ Indiget iſtis ſupradictis tribus cauſis, uide licet, terra humilitatis, ſole charitatis, & tempore congruo, quia dum homo eſt in hoc mundo debet germinare, & ſe conuertere, reddendo animam ſuam crea tori ſuo. De qua conuerſione, nonnulla pauca uerba faciemus &c.

INTRODVCTIO EVANGELII.

Et quædam diſputatio inter ſanctos doctores, an ſpes ſit ponenda in aliqua creatura, quantumcunque bona? Reſpõdetur, quod non. Primò non in Angelis, quia natura non ſunt ſtabiles

Iob. 3. Vnde. Vnde Deus in repetit prauitatem. Secundo non in homine, quia propheta ait maledictus homo, q̃ confidit in homine. Tertiò non in aliqua alia creatura, quia Paulus Apoſtolus dicit omnis creatura eſt ſubiecta uanitati: ergo in ſolo Deo Saluatore, & omnium gratiarũ largitore. Itaque non eſt mirum, ſi in hodierna lectione euangelica inuenimus Centurionẽ in Chriſto Dei filio ſpem ſuam poſuiſſe, quod euãgeliſta oſtendit in præſenti lectione

Mat ca pi 8. euãgelica. Cum introiſſet Ieſus Capharnarum acceſſit ad eum Centurio rogans, & dicens, Domine puer meus iacet in domo paraliticus, & cætera.

Primò quæritur quid eſt Capharnaum? Reſpondet Remigius; quod erat ciuitas prima Galileæ, in qua Romani habebant ſemper cuſtodiã centum armatorum, quibus militibus unum caput aſſignabant, & ille uocabatur Centurio, quia.ſ.centum homines ad cuſtodiam tenebat &c.

Secundo quæritur unde Centurio tantam fidem conceperat in CHRISTO ſperans ſui ſerui ſanitatem. Reſpondet Chryſoſto. Quod Centurio nunquam uiderat CHRISTVM, neque audiuerat eum prædicantem, ſed pauloãte audierat eũ deſcendiſſe de Monte Tabor cũ magna caterua populi eum ſequentis, propter miracula, quæ faciebat (qui ſ.mons eſt ſitus in Galilea) & audiuerat, ꝙ Chriſtus deſcẽdẽs de illo monte quẽdã lepi oſum ſanauerat, & iõ de eo credẽs plusq̃ audiuerat, cum ueniſſet Capharnaũ, Chriſtus rogauit eũ pro ſanatione ſerui ſperando in eo, &c.

Tertio quærit cũ Lu.7.dicat Cẽturionẽ miſiſſe de primatib. ſenatoribus ciuitatis quoſdã ad Ieſũ ꝓ ſanatione filij, quomodo ergo Mat. dicat ꝙ acceſſit ad eũ cẽturio. Reſ. Aug. de cõſenſu Euãgeliſtarũ dicẽs, Quod cẽturio erat gẽtilis, & Chriſtus Iudæus ob id times cẽturio, ſe nõ poſſe obtinere gratiã, uocauit ſecũ de primatib. quoſdã Capharnai, ut tanq̃ amici Chriſti, rogarẽt Chriſtum pro eo. Aliter pot dici, ꝙ dato, ꝙ centurio

miſiſſet quoſdã de primatib. capharnaũ tñ:tñ non poſſumus dicere, Mathæũ erraſſe. Quia illud ꝙ p amicos noſtros facimus, per noſmetipſos facere videmur. exẽplũ de nuntio Dominorũ Venetorum, ad Pontificem, qui repræſentat totum Senatum, & Dominium, &c.

Si vero quæras, quare cẽturio tñ rogabat ꝓ ſanitate ſerui, non cõſanguinei? Reſ. Chryſo. ꝙ tãta charitas erat in cẽturione, ꝙ nullã faciebat differẽtiã inter ſe ipſum dñm, & ſeruum. quia licet dignitas huius mundi inter homines ſit diuerſa, tñ natura eſt eadem. Sequitur corollarium quòd domini debeant vti charitate ſeruis ſuis.

Quæreret fortaſſis aliquis, cur cẽturio nõ dixerit Chriſto, ſana ſeruũ meũ, ſed ſolũ narrauit infirmitatẽ? Reſp. Chyſ. Cẽturio ſciebat, ꝙ Chriſtus erat potens ad faciendũ, ſapiens ad intelligendũ, & miſericos ad ſanãdũ. Ideo infirmitatem tñ expoſuit. Cui Chriſtus reſp. Ego veniã, & curabo eũ. Cur autem Chriſtus ꝓmittit ſe iturũ, cũ centurio non peteret hoc? Reſ. Chryſ. ꝙ Chriſtus fecit hic, ꝙ nunq̃ alibi, quia alias ſequebatur volũtatem ſupplicantiũ. Hic vero excedit, quia non ſolũ promittit curationẽ, ſed ẽt ꝓmittit ire eius domũ; quare autem hoc dr̃, vt per reſpõſionem Centurionis, cognoſceretur eius fides.

Et ſi dicas quare Chriſtus dixit veniã, & poſtea nõ iuit? Reſ. ꝙ Chriſtũ venire ad nos põt dupliciter intelligi, vel quãtũ ad præſentiam corporalẽ, vel p gratiam ſpiritualem Primo modo non intellexit Chriſtus, ſed ſecundo modo, quia ſciebat quomodo volebat eum ſanare. Videns autẽ hoc Cẽturio exclamauit magna humilitate, dicens. Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum ſed tantum dic verbo, & cætera. Quæreret aliquis, quare Centurio recuſat ingreſſum CHRISTI, in domum ſuam? reſpondet Rabanus, quòd propter tria. Primò quia habebat tantam fidem, quod credebat illum in eius abſentia poſſe ſanare ſeruum ſuum. Secundo, quia ipſe erat gentilis; & ideo tamquam indignus putabat, quod eius præſentia magis noceret, quàm iuuaret.

Tertio, quia in domo ſua Idola habebat more gentilium; Si quis optaret ſcire quærendo, quis magis Chriſtum honorauit, Zacheus qui excepit illum in domum ſuam gaudens (Lucæ 19.) an Centurio dicens ſe non eſſe dignum? Reſpondeo, quod non minus vnus, quam alter imo Centurio magis CHRISTVM honorauit; quia putabat ſe indignum recipere tantum dominum in domo ſua. Zacheus autem ebrius amore Dei non conſiderauit, an eſſet dignus nec ne.

Nota modo, quòd Cẽturio vult probare, quòd Chriſtus etiam abſens ſolo verbo, vel nuntio poteſt ſeruum ſanare d. Nam ego (inquit) ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me, &c. Cur autẽ Centurio adduxit iſtam ſimilitudinem, quòd erat ſub poteſtate conſtitutus; quia non videtur ad propoſitum, cum Chriſtus quo ad miracula non haberet ſuperiorem? Reſpondet Chryſo. quod Centurio ſic inferre voluit, licet in quantum homo ſis ſub poteſtate patris. ſ. Dei, non autem inquantum filius, quia filius eſt æqualis patri, habes tamen poteſtatem iubendi Angelo, vt ſeruum meum ſanet, vel iubendi infirmitati. & cætera.

Audiens CHRISTVS, miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit. Amen

Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Iſrael.

Diceret aliquis quomodo Chriſtus miratus eſt,cum ſit Deus, omnia ſciens, omnia proſpiciens? Reſpondeo quòd Chriſtus inquãtum Deus,nõ eſt miratus; quia habet eã demſcientiam cum patre,æternam inquantum Deus, & homo non eſt miratus,quia in inſtanti ſuæ conceptionis anima eius fuit plena,& dotata omni ſcientia creata poſſibili ſcire, ſed ſe habuit per modum admirantis, volẽs oſtendere ſuam humanitatem. Quæritur quomo turbæ potuerunt ſequi Chriſtum (ibi, & ſequentibus ſe dixit) quia Eccle. 2.Quis eſt homo,qui poſſit ſequi factorem ſuum?Quaſi dicat, Nullus. Reſpondeo, quòd ſequi Chriſtũ dupliciter conſiderari poteſt; aut per æquiparantiam, & iſto modo nullus,& hoc modo intelligit ſapiens; aut per imitationem eius doctrinę & ſic populi ſequebantur Chriſtũ. Poſſet quærere aliquis, cum etiam antiqui Patriarchæ, & Prophetæ, Apoſtoli, etiam beata virgo,& alij de Iſrael habuerint tantam fidem, quare ergo Chriſtus attribuit Centurioni maiorem fidem, quã iſtis? Reſpondeo, quòd fides dicitur magna,dupliciter primo intenſiue, & ſic maior fuit in iſtis ſupradictis, quàm in Centurione Secundo modo dicitur magna facilitate credendi, & iſto modo maior fuit in Centurione,quia Patriarchę,& Prophetæ fuerunt a Deo illuminati; Apoſtoli vero a Chriſto vocati;& virgo Maria, antequam aſſenſum præberet Angelo prius diſputauit cũ illo dicens,quomodo fiet &c.Sequitur Chriſtus. Amen dico uobis, multi venient aboriente & occidente, & recumbent cum Abraam, Iſaac, Iacob Filii autẽ &c. Quare cũ mũdus ſit in quatuor partes, diuiſus Chriſtus non nominat nobis Meridi. & Septentri? Reſpõdet Auguſtinus de verbis domini, quod ibi eſt figura Synecdoche, vbi capitur pars pro toto. Dicet aliquis quomodo multi venient in regno cęlorum, Quia Matth.20.pauci ſunt electi?Reſpondeo, quòd abſolute in patria ſunt multi,vnde Apoc.cap.7.Vidi turbã magnam &c. cõparatiue vero ſunt pauci,quia plures deberent eſſe, & ſi dicas recũbere nil aliud eſt, quã in menſa bibere, & comedere, & quia in cœlo non comeditur,neq; bibitur,quomodo ergo recumbẽt? Reſpondet orig. dicens non corporaliter potãtes,ſed æternaliter gaudentes.Quare autem magis Abraã, Iſaac, & Iacob nominati ſunt, quã Moyſes,Dauid,& cæteri?Reſpõdeo, quia ipſis facta eſt promiſſio ſpiritualiter de terra promiſſionis, quæ figuratè patriam cœleſtem denotabat,& hæc lectio euãgelica, ex qua deſumuntur quatuor documenta.

Primum documentum.In omnibus infirmitatibus noſtris, ad Chriſtum accedere debemus, non ad incantationes.Habes exemplum Centurionis,&c.diſcurre.

Secundum documentum ſi volumus gratiã à Chriſto obtinere aliquam, operæ pretium eſt habere fidem in eo, ſicuti habebat Centurio.

Tertium documentum in omnibus actionis noſtris debemus humiles fieri,deponentes arrogantiã, ibi domine, non ſum dignus.

Quartum documẽtum ſi hucuſque nomine Chriſtiani fuimus, debemus in futuro eſſe re, conuerſi corde, & opere ad Chriſtum. De qua conuerſione quædam declaranda propono.

Primum quid ſit conuerſio.

Secun

Secundũ quare gaudent Angeli de conuerſione peccatoris.

Tertium an differens conuerſionem ſaluetur.

Ad primum. Conuerſio eſt motus liberæ voluntatis à Deo ad deteſtationem peccati, in ſalutem æternam.

Ric in 4 d. 17. q 1. ar. 3

In iſta definitione ſunt quinque particulæ notandæ.

Prima dicitur motus, & quia ſicut philoſophus docet in quolibet motu ſunt duo termini. ſ. à quo, & ad quem, vt patet per exemplum de receſſu vnius de loco, ad locũ, & ſimiliter in motu ſpirituali ſunt duo termini. s. ſtatus peccati, & ſtatus gratiæ, quia recedit peccator per conuerſionem accedens ad ſtatum gratię. Secunda dicitur liberæ voluntatis, nam & ſi Deus poſſit facere de homine quicquid vult benè, vel malè, quia omnipotens eſt, tamen in omnibus actionibus ſuis, vult liberum arbitrium. Ideò Aug. de verbis apoſtoli ſer. 15. dicit qui fecit te ſine te., non iuſtificabit te ſine te. Tertia dicitur à Deo, quia gratia ſua pręueniente mouet & præparat liberam voluntatẽ noſtram. Io. 6. nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit illum. Quarta dicitur ad deteſtationẽ peccati, quia niſi peccator in ſua conuerſione haberet dolorem peccatorum ſuorum illa non eſſet vera conuerſio, Exemplum de multis non verè dolentibus &c. Quinta dicitur in ſalutem æternam, quia finis noſter eſt Deus, & omnia opera ſpiritualia ad Deum, tanquàm ad vltimum noſtrum finem dirigere debemus &c.

3. Phiſ.

Bon. in 2 d. 16. q. 6

Notandum in conuerſione peccatoris, aliquid ex parte Dei, aliquid ex parte peccatoris, & aliquid ex parte eccleſiæ, eſſe debet. Primò ex parte Dei ſunt duo. s. miſericordia in indulgendo, & iuſtitia in caſtigando. Secundò ex parte peccatoris duo ſunt. s. dolor quòd offenderit Deum, & amor Dei, quo peccator eſt priuatus. Tertio ex parte eccleſiæ ſunt duo. s. meritũ CHRISTI primò, Virginis, & Sanctorum clauſum ſub duabus clauibus. s. ligandi, & ſoluendi, & indulgentia, quam dat Papa &c. declara bene.

Ad ſecundum reſpondeo, quòd Angeli gaudent de conuerſione peccatorum propter tria. Primo propter fructum, quia. s. Angeli vident glorioſum fructum ſuæ cuſtodiæ. exemplũ de medico gaudente quã do videt ſuos, qui infirmi iam erãt ſanatos, &c. Secundo gaudent Angeli propter numerum, quia. s. de hominibus conuerſis vident ſuum impleri numerum. Tertiò gaudent propter conſortium, quia vident ad laudandum Deum, augeri conſortium. & ſi dicas vnde eſt quòd ego non ſum conuerſus? prouenit ne ab Angelo non mouente? vel a Deo non inſpirante? Hic duplex reſponſio, prima quòd ſemper es adeò inuolutus in laqueis huius mundi, quòd non attendis; nec illuminationibus diuinis aſſiduis, nec Angelo tuo cuſtodi.

Secunda reſponſio eſt, quòd peccator non poteſt ſe excuſare, non poſſe conuerti, & hoc virtute liberi arbitrij à gratia excitati; & ideò debet bene operari, quia bene operãdo, aut nil meretur, aut aliquid, non primum, quia dicit Auguſtinus, nullum bonum irremuneratum. Si autem aliquid, aut gratiã, aut gloriam. Vnde dicunt theologi, quòd facienti, quod in ſe eſt Deus tenetur ſibi dare gratiam de congruo, non autem de condigno.

Sco. 14. d. 14. & Alex. in 3 par.

Ad tertium quidam dicũt, quòd

Tho. in. 4 d. 20. ar. 1. differens conuerſionem vſque ad extremum diem ſuum poteſt ſaluari, probant ſic; ad veram pænitentiam duo requiruntur .s. dolor de de pe. d. 3. c. pœnitentia. præterito, & bonum propoſitum non peccandi in futurum, & doctrina eſt etiam eccleſiæ dicentis, pænitentia eſt præterita mala plangere, & plangenda iterum non cõmittere; ſed iſta duo poſſunt eſſe in negligente peccatore in extremitate ſuæ uitę, ergo poteſt ſaluari. Bon. in 4 d. 29. ar. 2 q 3 Quidam autem dicunt oppoſitum quod probãt ſic, ad hoc enim quòd aliquem verè pœniteat, oportet ꝙ voluntariè peccata dimittat, quia pœnitentia tanto Deo eſt carior (ſecundum Auguſtinum) quanto eſt magis voluntaria. Sed piger, in extremis coactè, & non liberè ſe conuertit, immo ſi ſciret ſe tunc non de pe. d. 7. c. nullus. moriturum, nihil faceret, ergo nõ ſaluatur.

Vnde eccleſia nullus expectet pęnitere, quando peccare non poteſt.

Reſpondeo, quòd homo in extre Sco. in 4. de. 20. q. unica. mis pœnitere põt, quia Deus nulli gratiam negat verumtamen cum difficultate ſaluatur, hæc difficultas non eſt ex parte Dei, qui ſemper eſt diſpoſitus, ſed ex parte peccatoris. Quod probatur ſic, quanto aliquis eſt minus dominus ſuorum actuũ corporalium, vel operationum exteriorum, vt puta elemoſinarum orationum, ſtationum, &c. tanto maiorem debet habere dolorem, vt .s. dolor ille ſuppleat pro illis operationibus exterioribus, quas faceret peccator, ſi poſſet. Sed homo in extremis non eſt eorum dominus, ut ſupra, quia detentus ab infirmitate, ergo oportet, quòd habeat, illum dolorem, vt ſupra. Modò illum dolorem non habet in extremis, quia inuenitur in triplici belli congreſſu .s. tentationis in fide à Diabolo, & hic diſcurre in omnibus articulis fidei, & huiuſmodi. Secundo tentationis in ſpe a Diabolo, diſcurre, quod Diabolus omnia peccata ſua ei recolit, ut ĩ diſperationem illum deducat. Tertio tẽtationis a diabolo in confeſſione, ne per confeſſionem ſe infamem faciat. ergo nõ ſaluatur, & ſi ſaluatur maxima cum difficultate: Cõfirmatur ab Auguſtino de pœnitentia dicente. Si quis poſitus in vltima extremitate voluerit accipere pœnitentiã (accipit, & hinc vadit) fateor vobis, nõ illi negamus, quod petit, ſed dicere non præſumimus, quod hinc benè exierit: ſi ſecurus exierit, neſcio: pænitentiã dare poſſumus, ſecuritatem autem minime: non dicam damnabitur, nec dicam ſaluabitur. Vis ergo ſaluari? & à dubio liberari? age pœnitentiam dum ſanus es, quia ſi vis agere pænitentiã; quando peccare nõ potes, peccata dimiſerunt te, & non tu illa: & iterum Auguſtinus in libro de pænitẽtia dicit, difficile eſt, vt ſit vera pænitentia, quando tam ſera venit, quàdo dolor ſenſum opprimit, & quando homo vix valet aliquid excogitare: conuertimini ergo ad CHRISTVM redemptorem noſtrum, qui venit uocare nos; tantis laboribus conuertimini cum Paulo, qui de lupo factus eſt agnus, conuertimini cum centurione, qui tantis lachrimis, tanta humilitate, ſe indignum ſeruum tantæ gratiæ, & gloriæ exiſtimabat, quam gratiam in hoc mũdo, & gloriam in alio concedat omnipotens, & miſericors Dominus. Amen.

DIII

DILIGITE INIMICOS VESTROS.
Math. 5.

SAcri Doctores, uolentes docere, & inducere hominem ad ſuum inimicũ diligendum, eo quo poſſunt faciliori modo, duobus medijs oſtendere ſtudent, huius rei facilitatem. Primo conſiderando naturam ipſius hominis, quòd naturaliter inclinatur ad diligendum hoĩem, teſte philoſopho, 8. & hic dicente, quòd omnis homo naturaliter eſt amicus omnium hominum. Secundo proponentes hanc etiam uoluntatem Dei, apud Io. 15. expreſſam ubi dicit CHRISTVS, hoc eſt pręceptum meum, ut diligatis inuicem &c. quibus benè, & maturè conſideratis, nulla tam grandis inimicitia inuenitur inter homines, quin deleri poſsit, & remitti. Conſiderans erga quam efficaciter, Saluator noſter hodie in euangelio hominum inimicitias de medio ſublatas iri cupiat, decreui. De hac materia ſermonem inſtituere.

INTRODVCTIO EVANGELII.

QVIS fortaſſe quęret, quibus principaliter homo tenetur? Reſpondeo, quòd tribus, Primo Deo per creationẽ. Secundo parentibus per generationem. Tertio præceptoribus per doctrinam, Vnde philoſophus. Dijs parentibus, & magiſtris, non poteſt reddi ęquiualens. Tantis autẽ obligationis, vinculis Deo obſtringimur, quod ob eius amorem non ſolum parẽtes, & amicos, verum etiã capitales inimicos, diligere iubemur; quemadmodum CHRISTVS veritatis Magiſter. Antiquorum corrigens errorem, & diuini præcepti ſenſum aperiens. in hodierno docet Enangelio prout D. Euangeliſta Matt. Cap. 5. refert dicens.

Audiſtis quia dictum eſt antiquis, diliges amicum tuum & odio habebis inimicum tuum. Pro declaratione huius euangelij.

Quęritur de dicto antiquorũ? Reſpondeo, quòd in Leuitico cap. 19 habetur. Dilige amicum tuum, ſicut te ipſum Doctores autem ſinagogæ ignari, à contrario arguentes malam conſequentiam faciebant, dicentes, ergo odio habe inimicum tuum.

Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt uos, & orate pro perſequẽtibus, & calunniantibus uos. Sunt hic tres particulæ, & ideo hic tria quæruntur.

Primò quæritur quarè præcepit nobis CHRISTVS inimicos diligere? Reſpondeo, quia omnis creatura intellectualis, quę eſt beata in actu, vel in potentia, ex charitate eſt diligenda, optando ei bonum gratiæ, & gloriæ. Si modò quæras, vtrum non remittens iniurias pecCcet mortaliter, quãdo dicit, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos &c. Reſpondeo, quòd aut orat, vt inimicus odio perſequẽs eũ qui ledit ipſum, aut orat vt Chriſtianus, & membrũ eccleſiæ. Si primo mõ, peccat, quia rogat cõtra ſe ipſum. Si ſecũdo modo, non peccat, nõ tamen meretur.

Secundo quæritur, quomodo debemus benefacere inimicis. Reſpondeo, quòd ſicut nos tenemur ex charitate diligere inimicos, optando eis bonum gratiæ & gloriæ, ita ex charitate debemus eis benefacere, vt finem vltimum attingāt opere adiuuando, & procurando. Si autem quæras nunquid ſemper? Reſpondeo, quòd ſemper in caſu neceſſitatis.

Vnde primæ Io. 13. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatē habentem, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo eſt charitas Dei in illo? &c. Tertio quæritur quare CHRISTVS præcepit, nos orare pro inimicis? Reſpondeo, tum propter legem naturalem, tum quia cū Deus non exaudiat peccatores, & inimicus ſit in peccato nō exauditur, orādo pro ſemetipſo. Si autē quæras, nunquid orare debeo ſemper pro inimicis? Reſpondeo, quòd quædā eſt oratio generalis, quæ.s.fit in generalibus diebus, in quibus nō poſſumus excludere quemquam, propter conformationem eccleſiæ, & ſic ſemper eſt orandum pro inimicis, alia dicitur particularis, & de iſta dicitur quòd debes orare in caſu neceſſitatis.s. cum cognoſcis, quòd inimicus indiget tua oratione, Ad hoc Chriſtus prouocat nos exemplo Dei patris dicens. Vt ſitis filij patris noſtri, qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Quæreret aliquis cur Deus flagellat bonos, & malis multiplicat tēporalia. Reſpondeo. flagellat bonos, vt boni habeant duplex meritum.s. meritum bonorū operum ſuorum, & meritum patiētiæ in paſſionibus, & tribulationibus. Malis autem præſtat bona temporalia, nō vi iuſtitiæ quia vt dicit Auguſtinus, panem quem comedet peccator, non meretur (ſed, vt conſiderantes talem bonorum cumulum, & ſummam Dei beneficentiā, ipſum Deum bonus bonorum auctorē agnoſcāt, & illi gratias agant. Probat autem Chriſtus ab vtili arguens, quòd debemus inimicos diligere dicens. Si enim diligitis eos tantum, qui vos diligunt, quā mercedem habebitis apud patrem: nonne & publicani hoc faciunt? &c. Quæritur vtrum ſit meritorium diligere amicum. Reſpondeo, aut diligis amicum, propter commodū tuum, & ſic nō eſt meritoriū, quia eſt amor mercenarius; aut diligis propter Deū, & ſic eſt actus meritorius. Si dicas, quid eſt publicanus. Reſpondet Remigius, quòd publicani erant exactores Romanorum vectigalium, qui curam gerebant de rebus reip. & ſequitur Chriſtus dicens. Eſtote ergo perfecti ſicut pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Scire hoc in loco aliquis cuperet, cum Chriſtus Mat. 19. dicat, Si vis perfectus eſſe, vade, & uende omnia, quæ habes, & da pauperibus, ex quo uidetur, quòd nullus poſſit eſſe perfectus, qui tenet bona temporalia quomodo in præſenti Euangelio dicit. Eſtote perfecti ſicut & pater ueſter cæleſtis perfectus eſt? Reſpondeo, ꝙ auctoritas prima loquitur ſtatui ſpirituali tantum cupienti adimplere & præcepta & cōſilia. Euāgelium verò hodie loquitur omnibus docens perfectam doctrinam Chriſti, & reprehendens imperfectam & falſam doctrinam antiquorum.. Th.2.2.q.27.ar.7

Attendite, ne iuſtitiam ueſtram faciatis corā hominibus, ut uideamini ab eis, alioquin mercedem nō habebitis apud patrē, qui ī cęlis eſt..

Vnde

Vnde quæritur quotuplex eſt, merces. Reſpondeo triplex .ſ. criminalis, & hæc eſt hypocritarum, cupiẽtes uideri ab hominibus, qui acceperunt mercedem ſuam, ſecunda eſt temporalis, & hæc eſt illorum, qui faciunt bona, vt Deus eis multiplicet temporalia. Tertia æterna, de qua Chriſtus hodie, alioquin mercedem non habebitis, apud patrem, &c. Notandum eſt corollariũ contra Lutheranos, negantes bona opera noſtra eſſe meritoria; quia Chriſtus facientibus iuſtitiã .i. opera iuſte facta, vel eleemoſinam ut dicunt alij textus, expreſſe promittit iſtis verbis mercedem cœleſtem, quòd etiam confirmatur primæ Io. 3. Filioli nemo vos ſeducat, qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, quibus verbis arguuntur, qui prædicant, quòd opera non iuſtificant cũ fide.

Et quoniam quis rogare Chriſtũ poſſet, quomodo ſit facienda iuſtitia .i. benè ſit operando, ideo tradẽs, Chriſtus dicit. Cum facis eleemoſinam noli tuba canere, ſicut faciunt hypocritæ, vt honorificentur ab hominibus.

Tho. 14 d. 15. q. 2. ar. 6. Si quærat quibus principaliter danda ſit eleemoſina. Reſpondeo, quòd primo parentibus qui nos genuerunt, & hoc ratione charitatis. Secundo dantibus ſpiritualia, & hoc ratione adminiſtrationis.

Tertiò, cæteris paribus, magis indigentibus. Ex quibus etiam verbis Chriſti concluditur, quòd eleemoſina eſt faciẽda etſi Lutherani dicãt, quòd opera ſunt hypocritarũ, mentiuntur, quia Chriſtus Mat. 5. dicit, ſic luceat lux ueſtra coram hominibus, vt videant ueſtra bona opera, & glorificent patrem ueſtrũm, qui in cœlis eſt. Ergo opera fiunt, ut Deus glorificetur, & non propter inanem gloriam hypocritarũm, & mundanam laudem, ad modum, quod clarius aperit dicens.

Te autem faciente eleemoſinam, neſciat ſiniſtra, quid faciat dextera tua, ut ſit in abſcondito. Quæritur nunquid ſibi ipſi aliquis poſſit facere eleemoſinã? Reſpondeo, vel dans eleemoſinam eſt dominus illius eleemoſinæ, vel diſtributor. Tho. in 4. d. 15. q. 2. Si primo, non poteſt, quia hoc eſſet retinere illam eleemoſinam apud ſe. Si ſecũdo, vel eſt indigens, vel non, ſi non, non poteſt, quia hoc eſſet non facere eleemoſinam, & frangere voluntatem illius, qui illum fecit diſtributorem; ſi eſt indigens, poteſt participare de illis bonis, tamen ſi poteſt aliter facere melius eſt.

Et pater tuus, qui eſt in abſcondito, reddet tibi. Si quæras quomodo Deus dicatur abſconditus, cum ſit vbiq; Reſpondetur quia eſt inuiſibilis pro ſtatu iſto. Vnde Auguſtinus de Tri. Deus enim ſubterfugit omnem formam intellectus noſtri. Videamus quatuor documenta

Primum documentum, omnia illa quæ ſunt contra charitatem nullo pacto ſunt ſeruanda. Ideo Chriſtus hodie. ego autem dico vobis, quaſi dicat &c.

Secundum documentum, ſi volumus eſſe filij patris, qui in cœlis eſt, debemus ei obedire, quia obedientia non eſt minor ſacrificio: iuxta illud obedientiam volo, & non ſacrificium. Ideo Chriſtus hodie dicit, ut ſitis filij patris veſtri. &c.

Tertium documẽtum debemus pauperibus eleemoſinã facere propter Deum, & non propter gloriã mundi. Ideò Chriſtus. Cum facis eleemoſinam. &c.

Quartum documentum, ſi volumus ſalutem æternam, debemus diligere inimicos, & eis benefacere,

& pro

& pro eis orare. Hoc autem præcipit Chriſtus hodie, & de iſtã materia aliqua videbimus.

Primum quid eſt inimicus.

Secũdũ quotuplex eſt inimicus.

Tertiũ qualis eſt peior inimicus.

Quartum quomodo debeamus diligere, & non diligere inimicum.

Ad primum inimicus eſt ille qui optat, aut voluntariè infert, aut inferre conatur alteri malum, nõ ad eius correctionem, non ad iuſtitiã exercendam, non propter aliud bonum, ſed tantum, vt illi noceat, Primo dicitur ille, qui optat malum, quia inimicus eſt qui corde deſiderat malum fratri ſuo, ſiue opere inferat, ſiue non. Secundo dicitur, aut volũtariè infert, quia inimicus eſt qui lędit fratrem opere malo & deliberato animo, ut occidendo, furãdo, & huiuſmodi. Tertio dicitur, aut inferre conatur, quia inimicus eſt qui quamuis lædere non poſſit malis operibus, offendere, ſaltem cupit diffamando &c. Quarto dicitur nõ ad eius correctionem, quia pater verberans filium, ut illũ corrigat, non dicitur inimicus. Quinto dicitur non ad iuſtitiam exercẽdam, quia prætor faciens ſuſpendere latronem intuitu iuſtitiæ, non dicitur inimicus.

Sexto dicitur nõ propter aliud bonum, quia præceptor probans diſcipulum verberibus, non dicitur inimicus. exemplum quando Deus tẽtauit Abraam. Iob, &c. Septimò, vt tantum illi noceat. hic patet clarè definitio inimici.

Ad ſecundum reſpondeo, quòd duplex eſt inimicus. s. inuiſibilis, & uiſibilis, de primo loquitur Petrus dicens, fratres ſobrij eſtote, &c. ſecundus autem. s. viſibilis ut homo, eſt duplex. s. occultus, & apertus, occultus eſt duplex. s. adulator, & conſultor malus, de primo dicitur, quòd propriè debet vocari proditor, quia fallax eſt, & ſub ſpetie amicitiæ decipit.

Vnde notãdum, quod adulator, vel proditor, tria intendit facere. s. placere, decipere, & latere. Vnde Caſio. dicit Adulator omnibus applaudit, omnibus ſalue dicit, prodigos uocat liberales, auaros, ſapientes, luxurioſos, curiales &c. & tales cõmuniter conuerſant in curijs Principum & ſemper ſequuntur voluntatem dominorũ. & de illis loquitur Auguſtinus ſuper Pſal. plus nocet ligua adulatoris quàm gladius percuſſoris; ratio autem eſt, quia gladium poſſumus euitare, ſed nõ adulatorem, hoc idem ſapiens Salomon tetigit dicens. In occultis tuis lachrimabitur inimicus tuus, & ſi inuenerit tempus non ſatiabitur ſanguine. & alibi reddit nos cautos dicẽs, Popule meus, qui te beatum dicunt, illi te decipiunt. exemplum de Alexandro Magno, ut patet in hiſtorijs, qui conquerebatur de ſuis (quando erat in obſidione illius ciuitatis) uidens ſe vulneratum dixit, omnes iurauerunt me eſſe filiũ Iouis, ſed hoc vulnus me purum hominem demonſtrat, quaſi dicat omnes mihi adulati ſunt.

Secundus inimicus occultus eſt conſiliarius, De quo Prouer. 29. a malo conſiliario libera animam tuam. O quot mala per malos conſiliarios eueniunt? Dic quęſo quare imperatores, reges, & cæteri domini, crudeles, Tyranni, rigidi facti ſunt, niſi propter malos conſiliarios? O Roma quis fuit cauſa tuæ ruinæ, & combuſtionis, niſi malum conſilium? Vide Plutar. in uita Romuli: & uidebis, quod dum Romani habebant illos centum ſenatores, qui à ſenectute dicebantur, &

vocaban-

vocabantur patres conſcripti,ideſt comprobati, & maturi prudentia, Tunc ſemper Roma floruit, ſed in greſſo indomito,& effreni conſilio iuuenum,Roma ruit. Vnde dicitur Romę in Sancta Maria Tráſtiberim alias in taberna meritoria in tabula marmorea antiqua.

Roma vetus veteres,cum te rexere Quirites,

Nec bonus immunis, nec malus vllus erat.

Defunctis patribus,ſucceſſit praua iuuentus.

Quorum conſilio, præcipitata ruis.

Similiter propter malum conſilium naſcuntur ſeditiones, vſuræ, latrocinia &c.

Inimicus autem apertus eſt duplex.s. diffamator, qui peſtifera,ac diabolica lingua ſua nõ ceſſat húc, & illum lacerare,& perſecutor,qui perſecutionibus, mutilationibus, percuſſionibus, & homicidijs non ceſſat offendere, de quibus alias dicemus.Ad tertium. Reſpondetur, quòd peior inimicus eſt occultus .s.adulator, & conſiliarius nequã à quibus homo non poteſt cauere. Nam Cęſar per decẽnium mirum immodum à populis Galliç ſe defendit, & a Magno Pompeio cum ſuis exercitibus ſe tutatus eſt; non tamen à Marco Bruto,& Caio Caſſio inimicis ſuis occultis potuit ſe defendere ,a quibus in frequenti Senatu triginta tribus vulneribus confoſſus eſt (vt ait Suetonius in eius vita.) Similiter de Alexandro Magno uidimus ipſum ferè totum orbem ſubiugaſſe,& tamen miſerrime ab uno proditore ſuo familiari veneno fuiſſe necatum.

Ad quartum Reſpondeo, vel loqueris de Diabolico inimico, vel de homine inimico.Si de primo reſpondeo, quod Diabolum diligere, poteſt dupliciter intelligi. S.o.in.9 d.27.& Tho 22. q.25.

Primo ſimpliciter inquantum.s. habet eſſe tantum, & non propter aliud,& ſic diabolus eſt diligendus propter duas rationes.

Prima quia Dei creatura eſt.

Secunda quia in eo relucet diuina iuſtitia.Secundo modo ex charitate, optando ei bonum illud gratiæ, & gloriæ, quòd ſibi vellet ipſemet diligens, & iſto modo Diabolus non eſt diligendus,quia non eſt capax beatitudinis. & hic declarandum eſt, quòd Deus quando creauit Angelos iſto videlicet modo, illos creauit,ꝙ ſi peccaſſent non poſſent amplius beatificari, &c. Vnde Auguſtinus dicit. Si ſcirem patrem meum eſſe damnatum, non plus orarem pro eo,quàm pro diabolo, quaſi dicat, ſicut Diabolus non eſt diligendus, nec pro eo orandum, ſic nec pro damnato.

Vel loqueris de homine inimico, & hic duplex reſpõſio,prima,quòd in homine inimico duo ſunt conſideranda.s.natura,& inimicitia,Primo inquantum natura humana,dico, ꝙ eſt diligendus de neceſsitate ſalutis propter duas rationes, primo quia ad imaginẽ Dei factus eſt. Secundo quia eſt capax beatitudinis, & ſicut dictũ eſt omnis creatura, quæ eſt beata in actu, vel in potentia ex charitate eſt diligenda,In quantũ uero inimicitia,vel odium eſt in inimico,dico quòd hõ inimicus non eſt diligẽdus ex charitate, quia eſſet approbare malũ culpę in odio,quia eſt peruerſum & charitati contrariũ. Secunda reſpõſio,aut eſt inimicus eccleſię, aut reipublicę,aut pſonę,tuę,ſi primũaut ẽ corrigibilis,aut non,ſi primò,dico qđ eſt diligẽdus ex charitate rationib' vt ſup.Si nõ,ſit tibi ſicut ethic' &c. Sco.in 3 d.30. Duran in.3.d 30.q. Bona

Si

Si autem eſt inimicus reipublicæ, aut eſt emendabilis, aut non, ſi primum eſt diligendus rationibus vt ſupra, ſi ſecundum non eſt diligẽdus, ſed deſideranda eius mors. Vnde philoſophus bonum commune præferendum eſt bono particulari.

Aut eſt inimicus perſonæ tuæ, & ſic eſt diligendus rationibus ut ſupra.

Si modò queras, ſi teneris loqui inimico tuo Reſpondeo, aut inuẽtus es a tuo inimico, qui te offendit, in loco publico, aut priuato. Si primum dico quòd requiſitus a tuo inimico, ei reſpondere teneris, & loqui: aliter eſſet ſcandalum publicum, aut in loco priuato, vbi non ſunt teſtes, & dico quod requiſitus debes loqui, tum ne de te ſcandalum accipiat, tum etiã, ne fiant nouiſſima peiora prioribus. Ideo CHRISTVS hodie. Si enim ſalutaueritis fratres veſtros tantum, quid amplius facietis, nonne hoc & publicani faciunt? Valer. Max. lib. 4. de ijs qui ex inimicis iuncti ſunt amicitia, & neceſſitudine, Clarum etiã inquit, in Africano ſuperiore, & Tiberio Graccho depoſitarum inimicitiarum exemplum. Si quidem ad cuius menſæ ſacra, odio diſidentes venerant: ab ea, & amicitia, & affinitate iuncti diſceſſerunt, non contẽtus enim Scipio authore Senatu, in Capitolio, Iouis epulo cum Graccho concordiam communicaſſe, filiam quoq; ei Corneliam protinùs ibidem deſpondit. O fœlix conuiuium, Hic poſſumus diſcurrere quod pax orta eſt in terra propter filium Dei ex carne humana aſſumpta. Similiter de conuenientia Apoſtolorum in unum, ò quàm bonũ, & quam iocundum &c.

Parcendum eſt ergo inimicis & illos diligere debemus, & ipſis bene facere, & pro illis orare, ſicut Chriſtus hodie præcipit. Imitamini ergo moyſem orantẽ pro populo ſuo inimico. Imitamini Stephanum dicentem. Ne ſtatuas domine illis hoc peccatum &c. Imitamini Chriſtum, qui in cruce pro inimicis ſuis orauit, Quod ſi feceritis gratiam in præſenti, & gloriam in futuro habebitis Amen.

NEC

NEC DVM ERANT ABYSSI, ET EGO IAM concepta eram. Salo. pro.8.

SAcri Doctores uolentes Mariam uirginem ab omni originali peccato immunem fuiſſe oſtendere, tres rationes naturales adducunt. Prima ſicut ſol deſcendens ſuper lutum non maculatur, ſic anima Mariæ Virginis deſcendens in lutum uentris Annæ matris ſuæ minimæ maculata eſt. Secunda, ſicut aurum in uiſceribus terræ abſque corruptione naſcitur. Sic anima Mariæ Virginis in uiſceribus matris ſuæ abſque corruptione orta eſt. Tertia ſicut roſa odorifera de uirgis ſpinoſis uirgis parentum ſuorum orta eſt mirum igitur nõ eſt, ſi ipſa exultans dicat, ab æterno ordinata ſum, &c. Tria ergo de tali materia uidebimus.

PRimũ q̃d ſit cõceptio Virg. Mariæ. Secũdum quomodo cognoſcitur Virgo eſſe immunis per declarationes doctiſsimorũ Doctorũ & Patrũ. Tertium quomodo clarè habetur Mariam eſſe ſine peccato.

Ad primum ne ęquiuocetur. Nota quòd quinq; ſunt conceptiones.s. Diuina, Angelica, Humana, Naturalis, & Supernaturalis.

Prima eſt illa determinatio à Deo facta ab ęterno.i.ille conceptus diuinus, qui fuit in Deo ab ęterno, quando pręuidens peccatum Adę, determinauit redimere naturam humanani.& de iſta non loquitur hodie.

Secunda.s. Angelica eſt illa communicatio Dei ad Angelos ſecretarios ſuos, quando.s. communicauit eis ſecretum noſtrę redemptionis; nec de iſta loquitur hodie.

Tertia eſt illa conceptio vel reuelatio, quàm fecit Deus Adæ, ne propter peccatum deſponderet animo, & ſic Adam concepit in mente ſua illam reuelationẽ; nec de iſta loquitur. Quarta conceptio eſt illa vnio, quę fit in matrimonio.ſ.maſculi cũ fęmina, &c. Nec de iſta loquitur. Quinta eſt illa vnio animæ ad corpus organizatum, antequam formetur homo, & de iſta locuturi ſumus. Sit ergo iſta cõcluſio. Virgo MARIA concepta eſt ſine peccato originali.

Ad faciliorem declarationem iſtius materiæ videamus primo quid ſit peccatum originale. Fran. Mar.

Peccatum originale eſt reatus, vel obligatio ad pęnam damni, videlicet ad priuationẽ viſionis Dei, in qua priuatione ſtant mortui non loti per baptiſmum à peccato originali, & qui aliàs.i. ante CHRISTVM non fuerant circuncíſi, vel iuſtificati. Peccatũ originale eſt nuditas iuſtitiæ originalis, facta per inobedientiam Adæ, per quã omnes facti ſumus filij iræ. Peccatum originale eſt carentia iuſtitiæ originalis debitæ, in primis parentibus amiſſę ex transgreſſione legis Si modò quęras, quid eſt iuſtitia originalis. Reſpondeo, eſt donum ſupernaturale animæ datum, quo anima erat plena gratia, cum omni rectitudine ita vt &c. & in illo ſtatu innocentię habebantur quinque fructus, quorum erat hic. Ant. lib. de concep. vir. Sco. in 2 d. 23. q. 2

Primus, Quamuis homo in tali ſtatu habuiſſet potentiã moriendi, nunquã tamen illa potentia eſſet reducta ad actum, quia quilibet fuiſſet translatus Sco. in 2 d. 19. q. unic.

Deo in paradiſum, ante quàm fuiſſet alteratus alteratione improportionata ſue naturæ.

Tho. Quamuis alij aliter ſentiant. Dico, quòd Deus fecit hominem mortalem, ſi peccaſſet, & immortalem, ſi non peccaſſet.

Secundus, eſt non peccare, quia .s. ſi Adam cognouiſſet, & reſeruaſſet illam iuſtitiam originalem (ſicut debebat) licet haberet potentiam peccandi, tamen non peccaſſet, quia Deus nõ permiſiſſet, &c. Tertius, fructus, eſt tranquillitas, & pax inter vires ſuperiores, & inferiores animę; & ſenſuum fuiſſet vna, & eadem lex, & voluntas habuiſſet dominiũ ſupra corpus, nunc verò videmus oppoſitum; quia (vt ait Paulus) caro aduerſus ſpiritum pugnat &c.

Sco. in 2 d. 31.

Sco. in 2 d. 29. q. 8a.

Quartus, anima intellexiſſet abſq; ſenſib⁹ exterioribus, quòd quidèm nõ poteſt modò, quia omnis noſtra cognitio habet ortum a ſenſu, & nihil eſt in intellectu, quin pri⁹ fuerit in ſenſu. &c. Quintus homo habuiſſet cognitionẽ omnium naturarum (dico in vniuerſali) ſicut habent Angeli in communi, de quibus modò non habet; ſed priuatus eſt &c.

Sco. in 2 d. 3. q. 9.

Sco. in 2 d. 3.

Ad ſecundum. Reſpondeo, quòd beata Virgo fuerit concepta ſine peccato originali perſpicuè declarat Auguſtinus de natura, & gratia, cum de peccatis ab ipſo tractatur. Nullam inquit prorſus de beatiſsima Virgine volo facere mẽtionẽ, quibus verbis videtur innuere beatã virginẽ nõ peccaſſe.

Secundò decuit, vt Virgo Maria ea puritate niteret, qua maior ſub cœlo nequit intelligi.

Anſ. de concept. Virg. 18

Tertiò Auguſtinus ſer. 45. De Natiuitate Domini, ſicut in cœlo habuit patrem immortalem, & æternum, ita & in terra matrem omni corruptione carentem.

Quarto, Seraphicus Doctor diuus Bonauentura Cardinalis in ſuo compendio theologiæ, quod impreſſum eſt Baſilæ anno Domini M. C. I. nono Kal. Ianuarias dicit in lib. 4. alphabeto 10. Gratioſa Dei mater à ſuo filio perfectisſimè redempta ab inſtanti ſuę conceptionis gratiam habuit, per quã à peccato originali fuit omnimode preſeruata, & non ſubleuata. Quod ratione confirmat ſuper uerba Pauli ad Rom. iii. Quòd Deus poſuit IESVM CHRISTVM propitiatorem omnium delictorum p redemptionẽ, quæ eſt in ipſo. Dicens, nullum dubiũ eſt, immo credendum, quod CHRISTVS fuerit perfectiſsimus redemptor, & cum ſint ſex modi redimendi, in omnibus iſtis redimere non deſtitit. Primus poſt lapſum in peccatum mortale. Secundus poſt lapſum in peccatum veniale. Tertius poſt lapſum in originale. Quartus ne prolabatur quis in mortale. Quintus ne prolabatur in veniale. Sextus ne prolabatur in originale, qui eſt potiſsimus redemptionis modus, quo quidẽ CHRISTVS ſolum vſus eſt erga Mariam in pręſeruãdo eam, Quòd ſi quis quis negaret, dico, hoc derogaret excellentiæ redemptoris, qui niſi habuiſſet perfectiſsimum actum redimendi, non poſſet dici perfectiſsimus redemptor. Cum tamen iſte modus ſit poſsibilis, neque repugnet iuſtitiæ diuinæ.

Nec obſtat, ſi dicatur, quod redemptio præſupponat aliquẽ lapſum, quoniam, Maria fuit redempta per præſeruationem, niſi enim hoc priuilegio eſſet condonata, lapſa fuiſſet in originale peccatum, & ſic CHRISTVS eam preſeruans, ne caderet, redemit.

Quintò dico, quòd Deus potuit facere quòd ipſa Virgo nunquàm fuiſſet in peccato originali. Item potuit, vt tãtum per vnum inſtans eſſet in peccato. Item potuit facere, vt per tempus aliquod fuiſſet in peccato, & etiam in inſtanti illius temporis purgaretur, quòd autem iſtorum trium poſsibiliũ factum ſit, Deus nouit, ſed ſi auctoritati eccleſiæ, vel ſcripturæ nõ repugnat, videtur probabile, vt quod eſt excellẽtius attribuendum ſit Marię. *Sco. in 3. d. 3. q. 1.*

Quòd autem non aduerſetur eccleſię catholicæ, beatam Virginem fuiſſe immunem à peccato originali perſpi-

cuum

ſuum eſt; Nam Sixtus quartus Ann. Domini MCCCCLXXX.3 Kal. Martij, per quoddam breue approbauit officium conceptionis Virginis, compilatum per Fratrem Bernardinum Mediolanenſem ordinis Minorum de obſeruãtia, in quo tenetur, quod Virgo fuit concepta ſine peccato originali, & quòd idem Frater Bernardinus & omnes alij, qui illud voluerint celebrare, poſsint authoritate apoſtolica, proinde, ſi non fuiſſet beata Virgo ſine peccato originali, Summus Pontifex, & eccleſia ipſa hoc minimè cõceſsiſſet. Breue autem ſic incipit.

Dilecto filio fratri Bernardino de Buſtis de Mediolano ordinis Minorũ de obſeruantiã Sixtus Quartus &c. & fuit datum Romæ die 4. Octob. 1480. qui etiam Sixtus nonnullas conſtitutiones fecit, quæ approbatę fuerunt a Sacroſancto Concilio Tridentino, Seſſione quinta celebrata die 17. menſis Iunij 1546. Innouando etiam pœnas in illis cõſtitutionibus cõtentas, quas etiam conſtitutiones approbauit Pius Quintus quodam motu proprio. Quare non pugnat cum eccleſia prędicare, manifeſtare, & publicè, & priuatim declarare. Beatiſsimam virginem peccati originalis omnino fuiſſe expertẽ.

Ad tertium, Philoſophus in libro de proprietatibus cauſarum dicit, quando ſunt duę, vel plures cauſę neceſſariò concurrentes ad vnum effectũ, deficiente vna cauſa, deficit, & effectus. exemplũ de edificio conſtruendo. Sed ad contrahendum peccatum originale iſta quatuor pręcedunt. s. organizatio corporis, Creatio animæ, quę in illo inſtanti, in quo infunditur, creatur. Infuſio animę in corpus, & lex diuina. concedo tria prima fuiſſe in cõceptione Virginis, ſed quartum non audeo affirmare. s. quod CHRISTVS ſuę matri illam legem daret, vel illam tali legi priuationis viſionis Dei ſubiectam eſſe voluerit.

Scoto in 3 d. 3 q. 1.

Item ſi Virgo peccaſſet originaliter, CHRISTVS non fuiſſet perfectus præſeruator, quia ad perfectum pręſeruatorem requiritur, quòd habeat omnes modos præſeruandi. s. a peccato mortali tantum, vt ſunt multi. A peccato mortali, & veniali, vt Iohannes Baptiſta, Innocẽtes. Tertio à peccato mortali, veniali, & originali; ſed digniori creaturę digniorem modum pręſeruãdi pręb et Deus, ergo Virgini, quia dignior eſt, aliter non inueniretur nec in cœlo, nec in terra creatura præſeruata ab originali. Item fuit præſeruata à pęna peccati originalis. s. à dolori bus in partu, iuxta illud. In dolore paries. & qui non fecit peccatum, non facit pœnitentiam, ſecundum leges, ergo Maria &c.

Item, ſi contraxiſſet peccatum originale, non fuiſſet multum obligata filio, qui potuit eam præſeruare. Si dicas fuit ſanctificata. Reſpondeo, quòd etiam Ieremias, & Iohannes Baptiſta. ergo debebat eſſe differentia inter Mariam, & iſtos.

Item, ſi eccleſia exaltat Mariam ſuper omnes choros Angelorum. ergo purior quocunque Angelo eſſe debet.

Item, Auguſtinus de natura, & gratia, cum de peccatis agitur, inquit, nullam prorſus de hac beatiſsima Virgine volo mentionem facere. Vnde ſequitur, datum eſt enim ſibi ad vincendum peccatum ex omni parte.

Item, Ambroſius in ſermone ad Gabannitas ſuper illud, Egredietur virga, ait, hęc eſt virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpæ fuit.

Item, Angelus annunciãdo ei dixit, Aue Gratia Plena ab A quòd eſt ſine, & Ve, culpa, quaſi ſine culpa, ergo nõ ſit mirũ, ſi ipſa Virgo exultabat dicẽs. Antequam erant abyſsi, & ego iam concepta eram. Ad quam ſemper tam quam ad anchoram noſtræ ſalutis confugere debemus. Amen.

VADE SATHANA.

Mat. 4.

DOcent peritiſſimi Phyſici, & prȩſertim Ioan. Meſue in prima ſua pra ctica, quod ſi corpus humanum aliqua ægitudine laborauerit, niſi veris tempore curetur, vel medicamentis, vel exercitijs, vel aliqua alia ratione: ſu peruenіens ȩſtiuus calor ipſum conſumit, & ad interium deducit, Quam ſen tentiam confirmat practicus, & ſpeculatiuus Conſtantinus in libro de natura morborum dicens, Morbus qui in vere intra corpus remanſerit, aduenіente æſtatis calore periculoſius ȩſtuabitur; pari ratione, ſi qui ſpiritualiter labo- rant peccatorum humoribus & intemperie carnalis concupiſcentiȩ, niſi adue niente vere ſpiritualis s. tempore pȩnitentiȩ, ſeſe (Auxilio Diuinæ gratiæ) purgauerint, & a ſpiritualibus curauerint, adueniente æſtu diabolicarum tē tationum in ȩgritudines inſanabiles incident, & tandem ad interitum dedu centur. Sola enim prȩſentia poſſumus omne periculum euadere, & ab omni peccato curari. Hinc eſt quod pijſſima Mater Eccleſia ſalutem vniuerſalē omnium cupiens, omnes ad huiuſmodi purgationem faciendam hortatur, In principio veris ſpiritualis .s. quadrageſimȩ dicens in epiſtola occurrente, ex Apoſtolo. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, quod ut prō ptius faciatis. De peccato, vti de infirmitate ſpirituali, à qua ſanari cupi- mus, ſermonem hodie inſtitui. Sed prius Euangelium videamus.

INTRODVCTIO EVANGELII.

FIt diſputatio, An liceat homini ſe exponere tētationi, vel deſiderare tentari? Reſpondeo, quòd triplex eſt tētatio .s. diuina, quando .s. Deus tētat homines, quòd eſt bonum ſignum, & iſta eſt ſemper appetenda, eccle. 4. tentauit illos Dominus, & inuenit eos dignos ſe. exemplum de Abraam, Iob &c.

Secunda à carne eſt, & iſta nō debet appeti, quia non ſine peccato veniali eſt.

Tertia eſt à Diabolo, & hic diſtinguo aut homo eſt imperfectus in fide, aut perfectus, ſi imperfectus eſt, non debet ſe exponere periculo. ſi perfectus eſt, poteſt appetere imitando CHRISTVM. Qui cum eſſet perfectiſſimus hodie tentari voluit à Diabolo, vt nos vincendi artem doceret. Cuius pugnæ, & victoriæ, modum & ordinē.

Euangeliſta Mat. cap. 4. oſtendit in ſacro textu hodierno.

Ductus eſt IESVS in deſertum à ſpiritu, vt tētaretur à Diabolo. Pro cuius declaratione notandum, quòd videns Deus Diabolum (more cuiuſdam immaniſſimi hoſtis) ſibi dominiū ſup naturam humanā vſurpaſſe, tenereq; Iudæos in transgreſſione decem prȩceptorum, & gētiles in idolatria, fere nolens ſui populi electi perditionem, miſit filium ſuum in terram, vt eſſet verus præceptor legis, verus cuſtos noſter, vt liberaret iudæos & gētiles a Diaboli ſeruitute.

Cum IESVS CHRISTVS igitur perueniſſet ad ætatem. 30. annorum, & à

Ioanne Baptiſta baptizatus fuiſſet, ſtatim ductus eſt à ſpiritu ſancto in deſertum. Ducitur autem a ſpiritu ſancto. Primò quia voluit per hoc oſtendere ſuam diuinitatem, & quòd ſua humanitas erat organum diuinitatis, ſecundò voluit confundere Diabolum, prophetias adimplẽdo, & ſic a ſpiritu ſancto ductus, iuit in deſertum locum, inter Hieruſalẽ, & Hiericum, aptum pœnitentię, & ſeparatum a plebe, & tumultu mundi, & ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, nihil corporaliter comedendo, nequæ guſtando.

Si autẽ quęras, quare hoc fecit. Reſpondeo, propter tres rationes, quarũ.

Prima eſt, vt adimpleret, quod figuratum erat per Moyſen, & Heliam, qui ſimiliter ieiunauerũt quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, diuerſi modè tamen. Quia Moyſes ſuſtẽtatus fuit diuina locutione. Helias vero Angelica refectione, ſed CHRISTVS virtute propria.

Secunda ratio hęc eſt .s. ne Diabolus tam cito ſuam diuinitatem cognoſceret, ſed vt crederet ipſum pro illo tempore eſſe prophetam, & minime cognoſceret ipſum eſſe verum filium Dei, licet tamẽ ipſe Diabolus propter ſigna, & obſeruationes dubitaret, an ipſe eſſet filius Dei.

Tertia ad differẽtiam ieiunij Iudęorum, qui de die non capiebant cibum, & ieiunabant vſque ad apparitionem ſtellarum tantum modo, & ideo manifeſtè explicat euãgeliſta, & quadraginta noctibus. Hoc quoq; fecit, ne a Diabolo tanquam purus homo exiſtimaretur, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit.

Ideò ductus eſt Ieſus in deſertum. Vt tentaretur à diabolo, ideſt vt poſt ieiunium & orationem, quæ ſibi fuerunt finis intentus, ocaſione illa tentatus cognoſceretur (obſcurè tamen) à diabolo eſſe filium Dei. & cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſurijt.

Quare autem eſurijt? Reſpondeo, quòd hic voluit oſtendere, & manifeſtare, tum ſuam diuinitatem, tum etiã humanitatem. Oſtendebat enim ſuam diuinitatem, dum nil comederet, oſtendebat Deinde ſuam humanitatem, dũ eſuriret. Vnde id omne obturat ora improba Manichæorum, qui quidem Manichæi negarunt Chriſtũ habuiſſe corpus verum, ſed habuiſſe phãtaſticum, ex aere &c. quòd quidem manifeſtè apparet, eſſe falſum, quandoquidem nunquam potuiſſet comedere vere, ſi (vt ipſi ſomniant Manichæi) habuiſſet corpus phantaſticum. Et acceſsit tentator.

Quæritur quare Diabolus tentauit Chriſtum Reſpondeo, quòd Diabolus quatuor habebat coniecturas, quòd Chriſtus eſſet filius Dei, ſed certus nõ erat. Prima per Iſa. 9. Paruulus notus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & vocabitur magnus conſiliarius, princeps pacis, & pater futuri ſeculi. Secũda, quia quando Chriſtus baptizabatur, ipſe Diabolus audiuit vocem de cœlo dicentem, Hic eſt filius meus Dilectus. Tertia coniectura, quia Chriſt' diſputãdo in ſua pueritia, ſynagogam cõfundebat ſua diuina doctrina. Quarta, ipſe Diabolus ſciebat, quòd tẽpus Meſsiæ iam expletum erat.

Si autẽ quæras, quare tentauit Chriſtum in Gula, Vanagloria, & Auaritia, ſicuti videbimus.

Reſpõdeo, quia iam primum hominem tentauerat in iſtis tribus, primò in Gula, inducens ipſum comedere de ligno prohibito. Secundò in Vanagloria, ibi, eritis ſicut Dij. Tertiò in Auaritia, ibi, ſcietis bonum, & malũ, & quia victoriam obtinuit contra primum hominem, putabat etiam ſimiliter contra CHRISTVM obtinere, quod quidem erat impoſsibile, quia tres ſpiritus fuerunt cum Chriſto in deſerto, Primus, Diuinus, qui ipſum quaſi in prælium contra inimicum in deſertum conduxit, vt nos inſtrueret. Secundus humanus, plenus omni ſcientia, & doctrina creata, vt ſancto ſpiritui obediret .s. ieiunando. Tertius Angelicus, vt ipſi

CHRI-

CHRISTO adminiſtraret. Ait enim Diabolus CHRISTO Primò, Si filius Dei es, quaſi dicat, naturalis, & æqualis Deo in potentia, dic vt lapides iſti panes fiant?

Quæritur, quare Chriſtus non proſtrauit, vel percuſsit diabolum impudentem, & temerarium, ſicuti fecit vẽdentes, & ementes in templo? Reſpõdeo, quòd Chriſtus noluit uincere Diabolum virtutę poteſtatiua, ſed lege Dei. Ideo reſpondit ei ſcriptum eſt.ſ. Deut. 8. Non in ſolo pane viuit homo &c. quaſi dicat, deciperis Dæmõ, quia putas me ieiunare corporaliter coactè, ſed ſpontè, & liberè corpore, & ſpiritu ieiuno. Non certificatus autem Diabolus de Chriſto.

Aſſumpſit eum in ſanctam ciuitatẽ, & ſtatuit ſupra pinnaculum templi. & dixi. Si filius Dei es, mitte te deorſum, vt.s. videaris ab hominibus exiſtentibus in templo, ecce tentatio in vanagloria. Si cupis ſcire, quomodo aſſumpſerit illum, nunquid portando eum? aliqui dicũt, quòd illum portauit corporaliter ſuper ſe, ſicut portatur pondus, nec eſt mirum, quia ſi Chriſtus permiſit ſe tantis flagellis affligi, & clauis in cruce configi, longe magis potuit, permittere ſe a Diabolo portari. Alia Reſponſio Chryſ. quòd aſſumpſit illum.s. ducẽdo, loquendo ſecum, & illum exhortando, vt iret ſecum ſupra pinnaculum &c. Si quæras de pinnaculo. Reſpondet Remig. quòd in illo pinnaculo templi, erat ſedes Doctorum, in quo loco congregabantur certis temporibus ad declarandum legem &c. Si autem dicas, quare magis ſupra pinnaculum, quam in alio loco. Reſpondet ipſe Remig. propter duas rationes. primò vt inducendo illum ſedere ſupra catedram, peccaret gloria vana, ſicuti multi ſedendo peccabant. ſecundo quia populi erant in templo, & extra, Ideò Diabolus arguebat intra ſe dicens, aut iſte non eſt Deus, aut eſt, ſi non eſt Deus pręcipitabit, & peccabit gloria vana. Si eſt De' cognoſcam eum clarè. Cui Chriſtus ſcriptum eſt.s. Deut. cap. 6. Non tentabis Dominum Deum tuum, quaſi dicat, ſi poſſum tuto deſcendere, cur pręceps, & periculosè? licèt non mihi ſit periculo.

Tertia ſequitur tentatio, quia vidẽs Diabolus ſe non poſſe clarè cognoſcere Chriſtum, duxit illum in montem excelſum, oſtendens ei omnia regna mundi, dicens. Hęc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Si quæras, vbi eſt ille mons. Reſpondeo, quòd eſt diſtans per duo milliaria à deſerto, vbi ieiunauit, verſus Galileam: quomodo autem omnia regna mundi poſsint videri? Reſpondet Chryſ. quod non poſſunt videri clarè, ſed oſtendebat, ſic. videlicet reſpiciendo verſus Aſiam, Africam, Europam, & cætera dicẽs in Aſia ſunt tot prouinciæ, tot in Aphrica, &c. Sed Chriſtus non valens pati tantam iniuriam, quòd creatura dominaretur creatori, & quod Diabolus vellet inducere eum ad peccatum, cũm eſſet naturaliter in peccabilis, expulſit eũ de monte dicens. Vade retro Sathana, dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies

Primum documentum. Virtutem baptiſmi, per quam facti ſumus ciues paradiſi, & reconciliati Deo, promittentes perpetuam ſeruitutem, conſideremus, ſed heu baptiſmum vilipendimus, & ideò non inducimur a ſpiritu ſancto. Diſcurre.

Secundum documentum contra dæmonem temporibus iſtis pænitentiæ nobis pugnandum eſt viriliter, ne ſuccumbamus, quia in gula nos tentat, vt non ieiunemus. In vanagloria, vt non ad laudem Dei, & in Auaritia, vt ſequẽdo temporalia, perdamus ſpiritualia.

Tertium documentũ non debemus tentare Deum, nec committere nos periculo corporali, vel periculo ſpirituali, vel periculo doctrinę. exemplum hodie, Dilata vt tibi placet.

Quartum documentum. Si Diabolus vult nos inducere ad diuerſa peccata perpetranda, debemus (CHRISTVM imitando) eum expellere dicentes. Vade

Albr. Mag.

Mag. ſen. ſo...

Vade retro Sathana. Vnde nonnulla de peccato (vt ſuperius promiſi) tractare volo.

magiſter in 2. d. 35 Primum, Quid eſt peccatum?

Secundum, Quot modis dicitur homo eſſe in peccato?

Tertium, An exiſtēs in peccatō poſſit mereri?

Quartum, Quare peccator eſt negligens ad reſurgendum?

Ad primum, Reſpondeo, quod peccatum eſt triplex. s. originale, veniale, & mortale. Primum declaratum, ac demonſtratum eſt in ſermone Sabbati de Glorioſiſsima conceptione Virginis, ibi quære, quoniam ſatis tractatum eſt de peccato originali.

Sco. in 2. d. 11. Peccatum veniale, eſt in ordinatio oppoſita conſilio, non faciens cadere a fine neceſſario. s. a Deo immediate. & dicitur veniale, vel quia frequenter venit, vel quia dignū eſt venia. Quod extinguitur, & remittitur, & aqua San cta frontem ſignando in mōdum crucis, & p̄ Sacerdotis benedictionē &c.

Peccatum mortale ſecundum Anſel. in libro primo, cur Deus homo cap. 9. eſt non reddere Deo debitum honorem. Auguſtinus in primo libro de libro arbitrio, eſt rebus mutabilibus adhærere, ſpreto bono incommutabili. Auguſtinus contra Manicheos, eſt voluntas conſequendi, vel retinendi, quod iuſtitia vetat Ambroſius in libro de paradiſo, eſt priuatio legis ęternæ, & inobedientia cęleſtium mandatorum, ſed pulchriorem nota definitionem.

Auguſtinus in libro contra Fauſtū, Peccatum mortale eſt dictum, vel factum, vel cōcupitum contra legē ęternam. Hic conſideratur, quod ad hoc, quōd peccatū dicatur mortale, oportet quōd peccator ſit liber, peccando illis tribus modis. s. dicendo, faciēdo, cogitando; quia ſi eſſet coactus, non eſſet mortale, & nullus debet puniri pro eo, qđ vitare nō poteſt, vel ſi peccaſſet per naturā, nō cognoſcēdo, quia in his quę ſunt à natura. &c.

Secundō, quōd illud quod fit, ſit cōtra legē Dei, aliter nō eſſet mortale, vnde. Quæritur an Pōtifex poſſit obligare ad pœnā peccati mortalis. Reſpondeo, quōd ex deriuatione legis humanę à lege naturali, ſequitur quōd leges humanę iuſtæ ligāt, & imponūt homini neceſſitatē in foro cōſcientię, ſecluſo quocunq; ſcādalo, & ſecluſa lege diuina poſitiua ſic, quōd cōtraueniens peccat cū pēdeāt ex lege naturæ, quę, deriuant à lege æterna. Vnde Salomon. Prou. 8. Per me Reges regnāt & legum conditores iuſta decernunt. Et Apoſt. ad Rom. 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Nō eſt enim poteſtas, niſi à Deo, quę autē a Deo ſunt, ordinata ſunt, Itaq; quicūque reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, damnationem ſibi acquirunt. Deinde ſubiungit. Itaque neceſſitate ſubditi eſtote, nō ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiā. Ideo Chriſtus naſcens, vt exemplum daret, obediuit Cæſaris edicto. Lucę primo. Et alibi Subiecti ęſtote oī humanę creaturę propter Deum, ſiue regi, quaſi pręcellēti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſsis ad vindictā malefactorum, laudē vero bonorū. Quia ſic eſt voluntas Dei. Et Chriſt: Mat. 23. Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribę & Phariſei, omnia quęcunque dixerint vobis ſeruate, & facite. Si Iudæi tenebantur obedire Moyſi, & eius ſucceſſoribus, a fortiori Chriſtiani Eccleſię prælatis, cum fuerit eis à Chriſto data poteſtas; ait Mat. 18, ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus: Item Lucę 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me, ſpernit.

Ex quibus verbis colligimus obedientiam, quę hominibus pręſtatur propter Deum non eſſe humanā ſeruitutē (vt Luth. mentitur) ſed eſſe Dei ſeruitutē, quoniā ait. qui vos audit, me audit, Colligitur etiā inobedientiam Eccleſię pro inobedientia Dei reputari apud ipſum Deum. Et Paul. 1. ad Theſſ. 4. Scitis, quę pręcepta dederim vobis per dominum Ieſum.

Et paucis interiectis ſubdit. Itaq; qui hęc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum, qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nobis. Ex premiſsis apparet, quam turpiter errent hæretici, qui dicunt conſtitutiones humanas non obligare ad culpam mortalē, niſi propter ſcandalū. Nec obſtat qđ obijciūt ex Chriſti dicto, ſine cauſa colunt me docentes doctrinas, & mandata hominum, quia intelligebat de his, quæ contrariabantur mandatis Dei, vel erant irrationabilia. Vnde ibi reprehendit Phariſæos, qui propter traditiones ſuas transgrediabantur mandata Dei: Notandum tamen, quòd ad hoc, quod leges humanę iuſtæ dicātur tria requiruntur. Primò, quòd ordinentur ad bonum commune, tanquam ad finem. Secundo, quòd non excedant poteſtatē ferentis. Tertio, quòd ſecundum æqualitatem proportionis onera inferātur. Cum igitur Eccleſia, vel prælatus pręcipit aliquid ſub pœna anathematis, ſuſpenſionis, vel interdicti, tranſgreſſores peccant mortaliter, quia talia non conſueuerunt fieri, niſi pro peccato mortali, vel grauiori cauſa.

Sco. in 4 d. 9. q. unica. Ad ſecundum Reſpondeo, quòd aliquis poteſt eſſe in peccato mortali tripliciter. Primo actu contra Deum; vel legem Dei, vel ſit actu interiori, vt cogitare aliquid cōtra Deum, & legem, vel ſit actu exteriori, vt futurum, homicidium, & alia quæ ſunt precepta à Deo Secundo modo quando quis peccauit mortaliter, & de peccato, quod recolit, non pœnituit, vel nō penitet, quādo recolit, vnde maxima eſt inter Doctores animaduerſio quòd de peccatis mortalibus memoriæ repræſentatis debent peccatores pęnitere ſub pęna peccati mortalis, &c. Tertio modo, & ſi peccator de peccato, quod recolit, pœnituit, non tamen confeſſus eſt, nec abſolutus ab eccleſia. Vnde ſequitur corollarium, quòd pœnitentia conſiſtit in tribus partibus. s. in contritione, confeſsione, & ſatisfactione (quibus peractis) homo non dicitur amplius in peccato.

Et ſi quis dicat, quòd homo nō poteſt ſe abſtinere a peccato, quia natura inclinat hominem ad peccatum, vt patet in cap. omnis ætas prona eſt ad malum. &c. Reſpondeo quòd hęc excuſatio nulla eſt, quia appetitus ſenſitiuus, non neceſsitat hominem ad peccandum, ſed bene inuitat. Vnde notandū, quòd in homine ſunt duæ naturæ. ſ. intellectualis, & ſenſitiua; aliquando prima dominatur ſecundæ, vt patet in nolentibus conſentire peccato, aliquādo ſecunda dominatur primæ, vt patet in illis, qui conſentiunt peccato. Tamen etiam, quòd aliquis conſentiat peccato, remanet aliquid rationis liberum, quo peccator poteſt retrocedere, & non amplius conſentire appetitui ſenſitiuo inuitandi ad malum, Vnde Gen. 3. ſub te erit appetitus tuus. s. ſenſitiuus, & tu dominaberis illius. Sco. in 4 d. 44.

Ad tertium, aliqui diſtinguūt, quod de potentia ordinaria, non, quia iam Deus ordinauit, nullum coinquinatū intrare in regnum cœlorum, tamen de potentia abſoluta poteſt omnia facere. Aliqui autem dixerunt, quòd de lege communi non poteſt (ratione vt ſupra) priuilegio autem particulari poteſt ex gratia ſpeciali, &c. Aliqui tamen dicunt, quòd Deus, nec de poten- Ric. in 4 d. 15. arg. 1. q. 7. tia abſoluta, nec ordinaria, nec de lege communi, nec de priuilegio parti- Tho. in 4 et contra gen. c. 28 culari poteſt dare paradiſum exiſtenti in peccato mortali, quia ſequerentur duo contraria ſimul ſtare. s. quod homo ſimul eſſet damnatus, & beatus.

Vnde Ambroſius ſuper illud primæ ad Thi. 2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri, dicit quòd ſolum de potētia conditionata Deus dat paradiſum: ſ. fidem veram habentibus, & bene operantibus.

Notandum eſt poſtea, ad maiorem declarationem. quod Meritum eſt triplex. s. Meritum congrui. Meritum digni. & Meritum condigni. & ſi quæras Bon. 1 cō pen. Tho. lib. 5. cap. 19 quod eſt meritum congrui. Reſpōdeo. Quod eſt facere omne quod in ſe eſt, vt mereatur. Meritum digni eſt idoneitas operantis ad exequendum, quòd

mere-

meretur Meritum condigni eſt æqualitas meriti ad remunarationem. & quoniam homo exiſtens in peccato mortali, nec de digno, nec de condigno meretur. De congruo tamen meretur, congruitas autem hæc eſt ſine dignitate. Nam homo exiſtens in peccatis per bona opera in genere facta extra charitatem, meretur de cõgruo primam gratiam, hic enim eſt quædã congruitas, quia facit quod in ſe eſt, non eſt tamen condignitas, quia inimicus Dei eſt, ſciendum eſt quòd meritum de congruo non habet ratione meriti, dependet enim ex liberalitate reddentis, & inuenitur in peccatoribus gratia carentibus.

Bon. in 2 diſt. 27.

Ad quartum Reſpondeo, quod propter ſex laqueos, quibus peccatores à Diabolo laqueati ſunt.

Primus diuinorum mandatorũ traſgreſſio, in qua cognoſcuntur ſaluãdi, & damnandi, nam lex clamat. Vnum cole Deum, peccatores autem oppoſitum faciunt. Diſcurre clamat ſecundo, nec Iures vana per ipſum, oppoſitum ſimiliter faciunt.

Diſcurre in omnibus præceptis dei. Contra quos clamat meus. Si non cuſtodieris mandata mea quæ tibi præcipio, venient ſuper te maledictiones iſtę. Maledictus ſis in ciuitate, & extra ciuitatem, maledicti in agro, & extra agrum, maledicti ſint filij tui, filiæ tuæ, oſſa tua, armentum tuum, & cuncta quæ habes. Deut. 28

Secundus laqueus eſt diuini verbi deſpectio, hic diſcurrendum eſt contra nolentes audire, nec miſſa, nec verbum Dei, nec diuina offitia. contra quos comminatur Deus, ego faciam vindictam in furore meo, nec parcet oculus meus, nec miſerebor, & cum clamaueritis ad me, ego non exaudiam vos. Ezech. 8.

Tertius eſt carnalis delectatio, hic diſcurrendum cõtra libidinoſos, adulteros, ſacrilegos, concubinarios, contra quos Paulus, neq; molles, neq; maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebunt. 1. cor. 6.

Quartus eſt pauperum oppreſſio. hic diſcurrendum eſt contra lupos rapaces, tenentes bona eccleſiarum, hoſpitalium, pauperum, pupillorum, & viduarum. Contra quos Deus exclamat dicens. Viduæ, & pupillo non nocebitis, ſi clamauerint ad me, & ego exaudiam clamorem illorum, & percutiam vos gladio. Exod. 22

Quintus eſt proximi odium, hic diſcurrendum cõtra inimicos pacis, qui tenent ciuitates, Reſpublicas in diſcordia, &c. contra quos exclamat Deus dicens. Quando ciuitates ſunt diuiſæ, à Deo flagellantur. Exod. 3.

Sextus eſt Dei, & ſanctorum acuta offenſio. Hic diſcurrendum eſt contra publicos blaſphemarores, qui tolerãtur impiè à Dominis ciuitatum ſuper terram. &c. cõtra quos exclamat Deus dicens. Ecce ego adducam ſuper vos gentem de longinquo, gentem antiquam, gentem robuſtam, gentem, cuius linguam ignorabitis, nec intelligetis, quid loquatur pharetra, quaſi ſepulchrum. Ecce ergo quare Deus flagellat Italiam barbaris ſępe, a quibus tanta tirannide, & ſanguinis effuſione, damnata eſt. hoc totum, propter peccata. ſed nobis rumpendi ſunt huiuſmodi laquei Diaboli. & imitandus Chriſtus, qui expellit à ſe Satanã dicens. Vade Satana. Si volumus habere victoriam de illo in hoc mundo, & in alio gloriæ coronam. Quam non noſtris meritis, ſed ſua bonitate tribuat ipſe Deus. Amen. Ierem. 5

DE IVDICIO VNIVESALI.

IBunt hi in ſupplicium æternum,iuſti autem in uitam æternam. Mat. 25. *Si captiuus condemnatus ob ſua demerita morti,uidens diem, & horam iuſtitiæ,& mortis appropinquare,totis uiribus iu Deum incumbit. A fortio Chriſtianus captus a peccato,videns diem diuinæ iuſtitiæ aduentare, debet domui ſuæ etiam diſponere,& præparare animam ſuam;quæ iuſtitia diuina in figura oſtenditur exod.19.dixit ad populum. Eſtote parati in diem tertium, & in die tertia audierunt tonitrua,& fulgura,& nubes operire terram,montem,& vocem reſo nantem vnius bucinæ. Manifeſtabitur autem Diuina hiſtoria in vniuerſali Iudicio. De quo hodie cum euangelio tractabimus.*

INTRODVCTIO EVANGELII

SI quæritur cum quis cupit bene operari, ſed impeditur à Diabolo, a car- & a mundo, quid debeat facere. Reſpōdeo,quòd duo ab ipſo ſunt conſiderāda, primo debet timere iudicium uniuerſale,a quo timor oritur, & includitur timor ſeruilis, quia.s.peccator ſeruit Deo in timore, ſpe euitandi illam horribilem ſententiam.
Secundo debet conſiderare promiſſionem æternæ gloriæ, in qua includitur amor filialis,quo amore filiali acquiritur gloria, quam Chriſtus hodie electis tantum promittit dicens.Iuſti autem in uitam ęternam,Vniuerſalis autem iudicij formam, ponit ob oculos noſtros Chriſtus in preſenti Euangelio.Cum uenerit filius hominis in Maieſtate ſua,&c.
Notandū eſt primò, ꝙ aduētus Chriſti eſt triplex primus pteritus,venit oriēs ex alto.Secūdus quotidie eſt pſens.s. in Sacramento altaris qui manducat me & ipſe uiuet pro me Tertius eſt futurus, de quo loquitur hodie. Sed quæritur ſi Chriſtus eſt filius Dei, quare dicatur filius hominis?Reſpondeo, tum quia uenturus eſt in forma humana in nouiſſimo die, tum etiam quia paſſurus erat quantum ad humanitatem.Si quęras qualis eſt ſua Maieſtas?Reſpondet Remig.quòd ſte illa diuinitas ſua,quę eſt equalis patri,& ſpiritui ſancto,uel eſt illa forma homīs glorioſa, in qua iudicabit.Si dicas,contra,quia ſcriptum eſt uidebunt in quem transfixerunt,& Glo.dicit,quod in eadem carne, ī qua crucifixus fuit,ueniet:ergo non ueniet iudicare in corpore glorioſo Reſpōdeo quod quando Chriſtus venit incarnari, venit cum corpore paſſibili, apto,& nato ad patiendum omnia neceſſaria pro noſtra redemptione, quæ paſſibilitas duratura erat vſq; ad mortem eius incluſiue.

Luc. 1.

Io. 6

In futuro autem aduentum ſuo, licet idem ſit corpus,tamē illud erit glorioſum,& impaſſibile.uel dicas,in eadem carne apparebit: ſed non eodem modo ſe habente.& ſi quęras ad quid omnes Angeli erunt cum eo, & quomodo omnes?nonne aliquid remanebunt in cœlo?Reſpōdeo,quòd veniēt Angeli cum Chriſto, non ut iudices, ſed ut teſtes,quia cuſtodes fuerunt noſtri,& erunt omnes cum eo, hoc modo,uidelice,non quòd nullus Angelorum erit in cœlo, ſed quòd licet Angeli ita ſint in uno loco,quòd non alibi, non tamen indigent mora temporis ad motum localem:quia ſtat m poſsūt eſſe in cęlo,& in terra.

Et congregabuntur ante eum omnes gentes,& ſeparabit eos ab inuicē ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis. &c. Hic duo notāda ſun. Primò, quod ſecundum Auguſtinum ſecundo de ciuitate Dei.

Talis congregatio fiet per miniſteriū Angelorum. Secundo ſi quæras facit ſimilitudinem de ouibus bonis a dextris, & malis a ſiniſtris. Reſpondet Chryſ propter duas rationes.s.ꝑpter fructificationem, & propter ſcripturam. primo ſicut paſtor vbi venit tēpus fructificationis diligenter ſeparat gregem ponendo oues ad dexteram, ratione maioris fructificationis, & è contra hędos ad ſiniſtram. Sic per ſimilitudinem, Chriſtus in illa die, qua ſi dicat, qui bona fecerit, ad dexteram & contra qui mala ad ſiniſtram. Secūdo propter ſcripturam, quę ſępe per oues denotat ſimplices,& innocētes, ut quando Chriſtus dicit. oues meæ uocem meam audiunt,& è contra.

Chryſ. *Io. 10.*

Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum uobis paratum a conſtitutione mundi. Quare dicit poſſidete regnum? Reſpondeo propter duas rationes, primò, quoniam cœlum fuit factum a principio tam pro hominibus, quàm pro Angelis. ſecundo quia præuidens Deus ab æterno, ſtatum naturę humanę,& peccatū Adæ, ꝓdeſtinauit bonos ad gloriam, & è cōtra; ideò in illo die uocabit dicens. Venite &c.

Eſuriui,& dediſtis mihi māducare, ſitiui,& dediſtis mihis mihi bibere &c. Quæritur, quare Chriſtus enumerat ſeptem opera miſericordiæ? Reſpondeo primo qu a quodlibet corpus humanum indiget ſeptem operibus miſericordię, quod probatur ſic, pono ſiguratiuè puerulum natum e corpore matris ſuę. Si uis ut uiuat, indiget pluribus beneficiis, & primò indiget alimento, Iſtud autem eſt duplex. s. calidum,& ſic cum autem eſt cibus, ècce primum opus. Ideo ſecundo de anima e ſuries eſt appetitus calidi, & ſicci. Secundo eſt frigidum,& humidum,& iſte uocatur potus, unde ſecundo de anima, ſitis eſt appetitus frigidi,& humidi, ecce ſcdm opus miſericordię. Tertio indiget in dumēto, qui nudꝰ natus eſt, & a frigore uel a ſole occiditur, ecce tertium opus miſericordię.

Ari. 2. de anima. *Ari. 2. de anima.*

Quarto indiget domicilio, qa a pluuia, uel a grandine læditur ecce quartum opus miſericordiæ. Quinto, quia homo iſirmatur, ideo indiget ope &c. ecce quintum opus miſericodię. Sexto capitur ab inimicis, & in carcere includitur, ne ſe deſperationi daret, & ne fame pereat, idiget viſitatione,&c. ecce ſextum opus. Septimo moritur, & mirum immodum illud corpus ſœtet: ideo indiget ſepeliri ecce quomodo ſeptem opera miſericordię corpori humano ſunt neceſſaria.

poſtquàm uerò electi petierunt, quando fecerint Chriſto talia bona, & is tunc feciſſe reſponderit, quando in pauperes eius miſericordia uſi fuerāt: Chriſtus a ſiniſtris ſe vertet, dicens. diſcedite a me maledicti, Quia eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, &c.

Quæritur quare Chriſtus adeo obligat,& cogit nos ad ſeptem opera miſericordiæ. Reſpondeo, ꝙ hoc facit, ut cognoſcamus, quòd, licet fides prin ſit principale fundamentum noſtrę ſalutis, tamen ipſa ſola non iuſtificat, niſi opera, miſericordię, & alia opera ad Deum reſpicientia concurrant.

Ideò Chriſtus diſtinctè illa opera enumerat,& ad illā nos hortatur. Si autem quęras ſi illa die ynus actualiter non fecerit opera miſericordię, nunquid erit damnatus? Reſpondeo, aut potuit illa facere, aut non. Si primò,& non fecit, damnabitur. Si ſecundò, quia. s. pauper excuſatur,& uoluntas bona pro facto reputatur. Quęritur, ſi omnes illi damnati peterent miſericordiam illa die, an Chriſtus compaterenttur eis? Aliqui dicunt, quòd ſic, quia non poteſt negare, quod non ſit miſericors. Aliqui autem quod non, quia ſequeretur, quòd idem eſſet premium beatorū & damnatorum. Reſpondeo, ꝙ quattuor ſunt i Deo. Primo Potentia, Oia qcūq; voluit fecit. Secūdo Sapiētia Pſ. *Pſ 103*

Pſ. 103. Omnia in ſapientia feciſti. Tertio. Clementia. Miſericordia domini eſt terra. Pſ. 32. Quarto Iuſtitia. iuſtus dominus & iuſtitiam dilexit. Cum autem iuſtitia Pſ. 10. Dei non ſit minor miſericordia, & dies ille nouiſſimus ſit dies iuſtitiæ, & non miſericordiæ ergo non miſericordiam conſequentur, &c. Quare hinc quatuor documenta proficiſcuntur.

Primum documentum, præmium Dei conſiſtit à dextris, & à ſiniſtris, ſi volumus ergo præmiari à dextris, oportet bene operari, vt inde dicat nobis, Venite benedicti. &c.

Secundum documentum, CHRISTVS nobis commemorat opera miſericordię, ne in nouiſſimo excuſati ſimus, ibi eſuriui, & non dediſtis mihi manducare &c.

Tertium documentum, Non debemus habere confidentiam in miſericordia Dei, malè viuendo, quia iuſtitia Dei non permittit malos beatificari, ibi, ite maledicti &c.

Quartum documentum, inter omnes articulos fidei debemus in memoria habere iudicium vniuerſale, vt fugiamus peccata. De quo iudicio vniuerſali quatuor videbimus.

Primũ, quid eſt iudiciũ vniuerſale?

Secundum quomodo probatur reſurrectio corporum?

Tertium, Qualis ordo erit in Iudicio?

Quartum, quãdo erit iudicium vniuerſale?

Ad primum Reſpondeo. Iudicium Sco in 4. q. 47 d. 1 vniuerſale eſt completa determinatio, & authentica reddendi vnicuiq; ſecundum opera ſua, in qua definitione ſunt tres particulę.

Prima dicitur completa determinatio, quia ad hoc, quòd iudicium ſit bonum, oportet, quòd primo ab intellectu ſit cognitum, & poſtea à voluntate ſententiatum, & publicatum, & ſic non oportet præcipitanter determi- 30q. 5. c. nullus. nare; hanc doctrinam inuenio ab eccleſia ordinatam dicente. Nullum ante veram, iuſtamq; probationem iudicare debemus, exemplum de ſententia pręcipiti Ptolomęi, qui iratus iudicauit meretricem, quæ appellauit ſe à ſerenitate regis irati, ad eiuſdem clementiam, qui Ptolomęus, poſtea reuocauit ſententiam.

Secunda particula dicitur authentica, quia ad hec quòd ſententia ſit authentica, oportet, quòd ſit ab habente authoritatem iudicandi, puniendi, & pręmiandi; hanc doctrinam inuenio ab eccleſia ordinatam dicente. Sententia non ſuo indice lata nulla. extra de iudiciis c. at ſi clerici.

Tertia dicitur reddendi vnicuiq; ſecundum opera ſua, quia eccleſia dicit, quòd iuſtitia eſt voluntas perpetua, tribuens vnicuiq; ius ſuum, aliter eſſet in iuſtitia.

Ad ſecundum reſpondeo ex duobus fundamentis, quorum primum eſt tale, quòd ſemper præmium correſpõdet merito: exemplum ſi merui, 10. debentur mihi decem, ſi 20. viginti, Tũc ſic, ſi Deus in die iudicij iuſtè vult pręmiare animas noſtras pro ſuis operibus bonis factis in hoc mundo, ſicuti promittit in Euangelio, debet illas pręmiare cum corporibus ſuis, cum quibus animæ bene operatæ ſunt, & ſine quibus, non; quia corpora noſtra fuerunt media, ſine quibus non, ad bona opera peruenimus. ergo animę cum corporibus reſurgent, confirmatur hęc ratio, quia, ſi ambo ſimul meruerunt, & ambo ſimul debent præmiari.

Secundum fundamentum eſt tale, anima habet naturalem appetitum ad corpus, hoc patet in corpore miſero, vel infirmo, quia anima recuſat egreſſum à corpore, & melius patet in corpore, quod à ſemetipſo moueatur, & hic dicendum eſt de ſpiritibus vitalibus. &c.

Et ideò homo dicitur perfectus, quo ad naturam, dum anima eſt vnita corpori, quia anima ſeparata à corpore nõ dicitur homo, nec ẽ contra corpus ſine anima, ergo ſi Deus perfectè vult iudicare, punire, & præmiare hominem in iudicio, debet illum perfectè iudicare, punire, & præmiare, & ſic

ſic corpora erunt vnita animabus.

Iob. 19. Hinc Iob in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum.

Hinc Ioan. Scio quia reſurget in re

Ioan. 11 ſurrectione in nouiſſimo die.

Ad tertium Reſpondeo, quod ſicut ad mortem vnius in iuſtitia, quatuor præcedunt .s.

Primum Citatio.

Secundum Accuſatio.

Tertium Ratificatio.

Quartum Sententia.

Sic iſta quatuor in die iudicij præcedent,

Quantum ad primum iam citati ſumus à Deo Adam, Adã vbi es? & quia

Gen. 3. quælibet citatio habet. 3. terminos peremptorios, & iſtosmet terminos habuimus citatione diuina, Nam primus peremptorius terminus eſt aſſignatio Angeli ad cuſtodiam. Secundus eſt datio legis Moyſi. i. decem præcepta, cõfirmata à prohetis &c.

Tertius terminus eſt aduẽtus CHRISTI, qui venit prædicare iudicium, cõfirmatum poſtea à diſcipulis.

Ad ſecũdum in nouiſſimo die, quinque erunt accuſatores, primus erit Diabolus (teſte Aug.) Stabit inimicus noſter ante tribunal Chriſti, ibiq; recitabit verba profeſſionis noſtræ. s. quicquid fecimus, & quicquid facere debeamus. Secundus accuſator erit Angelus. Primo credendum eſt, quod Deus requiret rationem ab Angelis, quibus animas noſtras in cuſtodiam tradidit. Secundo credendum eſt etiã, quòd Angeli reuelabunt negligẽtias, & obſtinationes noſtras. Reſpodendo Deo, ſic accuſabunt nos, & verificabi

Iere. 1a. tur illud Curauimus Babilonem, & non eſt curata. i. fecimus quicquid potuimus.

Sap. 5. Tertius accuſator eſt oppreſſus. Stabunt iuſti in magna conſtantia aduer ſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & abſtulerunt labores eorum, & ſequitur. qui videntes turbabuntur timore horribili. O iudices, ò aduocati, ò diſpenſatores bonorum mortuorum, ò vſurpatores, væh vobis in illa die dilata. &c.

Quartus, accuſator, erit proprium peccatum. arguet te malitia tua, & *Ierem.* auerſio tua increpabit te.

Quintus accuſator erit totus mundus. s. elementa, aues, & omnia creata, &c.

Ad tertium dico, quod cõſcientia, vel ſynderesis ratificabit, Iudicium ſedebit, & libri. s. conſcientiæ aperti ſunt. *Dan. 7.*

Ad Quartum dico, quòd ſicut bonus iudex (præmiſſis citationibus, accuſationibus, & ratificationibus) ſententiam pronuntiat ſedens pro tribunali. Sic CHRISTVS illa die ſententiã pronuntiabit, dicens. Venite benedicti, poſſidete &c. primo ibi Venite eſt vocatio. Secundo ibi benedicti eſt benedictio, tertio ibi poſſidete eſt præmiatio. Sed hic tria quærenda ſunt.

Primo An CHRISTVS illa die in quantum Deus, an inquantum homo iudicabit.

Secundo An in forma glorioſa apparebit.

Tertio Quomodo fiet reſurrectio mortuorum? &c.

Ad primum aliqui dicunt, quod inquantum Deus, quia ſic habet poteſtatem iudicandi, præmiandi, & puniendi. Aliqui verò dicunt, quot inquantũ homo. i. in forma hominis cum omnimoda poteſtate diuina, & nota quòd *Sco. Tho Bon.* principali auctoritate, tota Trinitas iudicabit, ſecundaria vero & acquiſita CHRISTVS. Vnde ſcriptũ Dedit ei poteſtatẽ iudicium facere, quia filius *Scriptũ eſt.* hominis eſt.

Ad ſecundum aliqui dicunt, quòd non; hac. s. ratione, quia corpus glorioſum non poteſt videri à corpore *Ioan. 5.* non glorioſo, tamẽ dicunt theologi, quòd CHRISTVS apparebit cum illo glorioſo corpore, cũ quo reſurrexit, quòd tamen corpus fuit viſum in Galilæa à diſcipulis, per diſpenſationem diuinam. Sic & illa die, nos erimus diſpenſati. Viri Galilæi, quid aſpicitis in *Act. 1.* cœlum? hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, quemadmodum

modum vidiſtis eum euntem in cœlũ.

Ad tertium Reſpondeo, quod triplic iter.s.per tubam, per Angelum, & per Iudicem. de primo oportet enim nos manifeſtari ante tribunal CHRISTI in momento, in ictu oculi, & in nouiſſima turba. De ſecũdo ad Theſſ. in iuſſu, & in voce Archangeli. De tertio omnes, qui in monumentis ſunt audient vocem fil:j Dei, dicentis. Surgite mortui, venite ad iudicium.

Cor. 15 *Theſſ. 4.* *Ioan. 5.* *Hier.*

Vnde Hierony. dixit quotieſcunq; diem iudicij conſidero, toto corpore contremiſco. Siue bibam, ſiue comedam, ſiue aliquid aliud faciam, ſemper videtur illa turba reſonare in auribus meis. Dicens.

Surgite mortui venite ad iudicium.

Ad maiorem declarationem iſtius tertij puncti, volo, vt videamus, quomodo intelligantur verba Pauli ad Theſſ. qui loquitur de iudicio vniuerſali, dum inquit. Deinde nos qui viuimus, qui reliquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam CHRISTO in aera, & ſic ſemper cum Domino erimus. Vnde duo notabimus.

Theſſ. 5.

Primò, quòd hic loquitur Apoſtolus de illis qui viui reperientur tempore iudicij, & nõ erunt mortui Ideſt nos, qui viuimus, qui relinquimur .s. ab illis, qui moriuntur, rapiemur .s. ab Angelis cum illis, qui præceſſerunt nos.i. morte, obuiam Domino in aera, quia nõ deſcendet dominus ſuper terras, ſed in altitudine aeris ſedebit ad iudicandum. & ſic.i. cum corpore, & anima immortales effecti, erimus ſemper cum domino, non in aera regnaturi, quia finito iudicio reuertetur cum omnibus electis ad æternam beatitudinem.

Secundum notandum, eſt Dubij ſolutio Quæret fortaſſe aliquis. Si electi, qui viui fuerint reperti rapientur in aera ab Angelis, obuiam Domino, quomodo implebitur illud, quod dixit dominus Adæ primo homini, & omni ſemini eius.ſ. terra es, & in terram reuerteris, cum illi qui reſidui ſunt, & viui erunt tempore iudicij, mortem non experiuntur.

Gen. 3.

Reſpondetur ſecũdum Auguſtinũ, Homo de terra factus eſt in corpore, & antequam dominus inſpiraret in faciem eius ſpiraculũ vitæ .i. antequàm daret ei animam, illud corpus terra erat, & electi, qui reperti fuerint in ipſo raptu, dum angelicis manibus portabuntur, ipſo morientur, ſubitoq; reſurgent. & cũ aia in ipſo raptu exierit à corpore, corpus remanebit terra, ſed tamen breuiſſimum ſpatium tenebit ipſa mors, ideſt tantum, quòd nec cogitari, nec perpendi poſſit.

Aug. *Theſſ. 5*

Itaq; conſolamini inuicem vos, o Theſſalonicenſes, de reſurrectione.ſ. in verbis iſtis, & nolite dolere, ſicut illi, qui.s. ſpem reſurrectionis non habent de morte parentum, qui in domino moriũtur, qui obuiam CHRISTO in aera rapientur ab Angelis eos portantibus, qui (dico, finito iudicio) ad æternam patriam cum CHRISTO euolabunt.

Ad quartum Reſpondeo. licèt beatus Methodius in 7. Millenario à creatione mundi, ponat iudicium fore. & licèt Euſebius, & Colũbinus probent foro cito, tamen hæc eſt concluſio firmiter tenenda, quòd per uiam naturalem determinatè ſciri nõ poteſt. quod probatur ratione, & authoritate, prima ratio, quia iudicium vniuerſale eſt contingens futurum ex mera dei voluntate. Secundo authoritate Chriſti quando dixit erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis; dixerunt diſcipuli, Magiſter, quando hæc erunt? quibus reſpondit; quaſi os reprehendendo dicens. Non eſt veſtrum ſcire tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Vnde corollariũ, quòd tàm Aſtronomi, quàm philoſophi, & alij dicentes determinatè diem iudicij, errant, & (vt ita dicam) imprudenter loquuntur, niſi a Deo fuerit reuelatum.

Methodius. *Euſebius.* *Colũbinus.* *Luc. 21.* *Marc.* *Sco. in 4. d. 4. q. 3.*

Hoc autem probatur à quibuſdam doctoribus dicentibus, licèt Aſtronomi habeant aliqualem notitiam futurorum contingentium, non tamen determinatam, quia non habent plenam noti-

noti iam corporum cœleſtium, ſicut habêt Angeli. Secundo, & ſi corpora cęleſtia habeant influxū ſuper iſta inferiora, tamen, & corpora cęleſtia & iſta inferiora, ſunt in Dei voluntate; ergo ſolus Deus, vel cui voluerit filius reuelare, ſcit determinatum tempus iudicij vniuerſalis. Si autem volumus loqui, poſſumus dicere, quòd licèt per viam naturalem, determinatè dies iudicij cognoſci non poſſit, tamen illud fore de proximo ſciri poteſt. Quia docuit CHRISTVS. erunt ſigna in ſole, &c. ſed temporibus iſtis nos videmus ſolem obſcurari, lunam ſimiliter, & in terris preſſuram gentium; ergo de proximo poſſumus tenere iudicium venturum.

Sed ſi vis ſcire, quādo erit iudicium vniuerſale Audi Pau. Hoc autem ſcitote, quòd in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, erunt enim homines cupidi, elati, ſupperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſcelesti, ſine affectione, ſine pace, proditores, amatores voluptatum, magis quàm Dei. 1.Tim.4

Sed hęc omnia ſunt modò, ergo de proximo erit iudicium, in quo omnes actiones noſtræ patebunt, & non ſolum actiones, verùm cogitationes, & animi ſenſa. Ad benè ergo beateq; viuendum vos hortor, vt nōa ſiniſtris ſed à dextris vocemini, & dicatur.

Venite benedicti. &c. Replica, & diſcurre.

DE TIMORE DEI.

Matt.21. *Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum Mat.21. Tam peſſima eſt conſuetudo hominis in offendendo creatorem ſuum, quod more inſipientis præſumit à Deo ſe non puniri, quod quidèm non eſt mirum, quia hodie in homine timor Dei, qui eſt principium ſapientiæ & humanæ ſalutis, teſte propheta, non inuenitur.* Prou. 1. *Ad quem timorem, volens Salomon nos inducare, Clamabat, dicens, timenti Deum benè erit ſibi, & in die defunctis eius benedicetur, conſiderans ergo neceſſitatem timoris Dei; Hodie conformes euangelio de tali loquemur materia, &c.*

INTRODVCTIO EVANGELII.

Mag. in i d 38. SAncti doctores dicunt, quòd Deus ſemper eſt vbiq; potentialiter, præſentialiter, & eſſentialiter. Ideo quæritur quomodo Deus veniat ad animam noſtram, & recedat? Reſpondeo, quòd licèt Deus ſit ubiq; illis tribus modis, non tamen eſt vbiq; per gratiam, & ſanctificationem, ſed ſolùm in iuſtis, quando ergo homo pœnitentiam agit a peccatis recedēs, tunc Deus ſemper qui eſt in illo, illis tribus modis prædictis, ſtatim venit quoque ad eum per gratiam, & ſanctificationem; quemadmodum cum peccat recedit. & propterea non eſt mirum, ſi legimus hodie in euangelio, quod Deus. ſua gratia, & ſanctificatione recedit a principibus ſacerdotum propter eorum malā vitam, quod
Matt. 21 refertur ab Euangeliſta. dum dicit. Cum intraſſet IESVS Hyeroſolimam commota eſt vniuerſa ciuitas dicens, quis eſt hic?

Hoc primum notato. quod ex facto CHRISTI de quo in Euang. incipit inimicitia Iudæorum contra CHRISTVM, quia ipſum vſq; ad crucem perſecuti ſunt. Quæritur vnde hoc eueniebat?

Reſpondeo, quòd baptizatus à Io. Baptiſta, & cum perfectè ieiunium 40 dierum abſoluiſſet, & perfectam victoriam contra Diabolum obtinuiſſet, ſicuti viſum eſt ſupra, voluit oſtendere Diabolo, quòd erat Deus, ideo ſtatim ad templum iuit, &c.

Si quæratur, quare commota eſt ciuitas? Prima reſponſio eſt Hieronymi, dicentis, Quia populi ignorantes virtutem eius diuinam, mirabantur (diuino intuitu) de modo eius veniendi. Secunda reſponſio eſt Chrys. dicentis, quia illi populi videbant Deum laudari i homine (ibi oſana, filio Dauid) quiquidē aſſueti in hoc non erant, ſed in ſacrificijs. Ideò mirabantur. & cōmoti ſunt. & ſequitur Chryſ. dicens. Puto autem, quòd nec ipſi pueri, qui laudabant eum, ſciebant quid laudabant, ſed ſpiritus ſanctus ſubitò in eos veritatis verba fundabat, quaſi dicat, quod ſpiritus ſanctus loquebatur per os illorum, & licet dicatur tota ciuitas, tamen ibi eſt figura Synecdoche, vbi capitur totum pro parte. Si quæras, ſi populi ſciebant CHRISTVM eſſe filium Mariæ, & Ioſeph, quare dicunt, quis eſt hic? Reſpondeo, quaſi vellent inferre, iſte non eſt talis, ac tātus, quòd propter eius aduentum, maior pars ciuitas debeat moueri, & pueri eum debeant laudare, quia filius eſt

Mariæ,

Mariæ, & Ioſephi? Vnde populi reſponderūt; hic eſt IESVS à Nazareth Galileę. Quæritur de illis populis? Reſpondeo. erant ſimplices, & uulgares, q nō habebant cognitionem ſcripturarum. dicitur autem Nazareth, non quia ibi natus, ſed quia ibi nutritus. & intrauit in templum, & eiecit omnes ementes, & uendentes, de templo.

Queritur quare prius iuit in templū? Prima reſponſio eſt Chryſ. quia hęc eſt proprietas boni filij, currere primò ad domum patris ſui, & illi honorem reddere.

Secunda reſponſio eſt moralis, quia Chriſtus; fecit ſicut bonus medicus, quando primo intrat in aliquam ciuitatē, vadit vbi ſunt medicinæ, ſic Chriſtus medicus ad templum, vel eccleſiā, Pergit, in quibus ſunt noſtræ medicinę ſpirituales. &c.

Quid aūt ibi uēdebatur? emebatur Rn̄deo, q̄ magna erat ſacerdotum auaritia, q conabantur populos excoriare, & quia alibi non erat licitum ſacrificare, ideo coacti erant ibi venire, ad templum cum animalibus ad ſanctificandum, & ne excuſati eſſent emere animalia, tenebant campſores, & fęneratores, &c.

Domus mea, domus orationis uocabitur, uos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Quęritur an Deus extra eccleſiam ſit adorādus? Reſpōdeo cum Deus ſit vbiq; ideò ubiq; poteſt adorari, tamen principaliter in domo ſua. s. in eccleſia, in qua abundantius dat gratias. exemplum de ſole, qui, dū in propria domo. s. Leone exiſtit, dat abundantius calorem, unde Pſal. Adorate dominum in atrio ſancto eius. Si autem quæras, an in eccleſia, uel extra eccleſiam imagines ſint adorandæ. s. Chriſti, & Sanctorum? Rn̄deo iuxta decretū concilij Nicæni ſecundi, atq; ēt Tridentini imagines Chriſti, Dei paræ Virginis, & aliorum ſantorum, præſertim in templis habendas, & retinendas eſſe, eiſq; debitum honorem & reuerentiam impertiēdam. Honor enim non materię imaginis, ſed prototypo deferri debet, cuius memoriæ imago conſtituitur, Namq; non crucem ligneam, ſed Crucifixum adoramus coram cruce. ſimiliter quando coram imagine matris Dei, aut aliorum ſanctorum genua flectimus, non alligatur animus noſter illi imagini, ſed reſpicit in unos illos ſanctos, qui apud Deum ſūt. Chriſtum q; verum Deum noſtrum, ſāctorum imagines colendo, qui eos gloria affecit collaudamus & celebramus. Et ſi quæras an caro Chriſti, quæ fuit uiſibilis, ſit adoranda adoratione latrię? Reſpōdeo, quòd nos adoramus Chriſtum Deum, & hominem una adoratione cum patre, & ſpiritu ſancto, cum incontaminabili carne eius.

Quæritur, quare dixit ſpeluncam latronum? Reſpondeo; tum quia Sacerdotes, qui erant latrones, excoriabant populos, tū quia bis, & quater animalia oblata uendebant, uel a ſuis ſeruis uendi curabant, tum quia accipere vltra ſortem (ſicuti faciebant campſores) eſt furtum. tum etiam quia uendentes conabantur cariori pretio vendere, ergo ſpelunca latronum. Queritur, quare Sacerdotes non reſiſtebant Chriſto illos reprehendenti? Reſpondeo, quòd Chriſtus duobus modis populos terrebat. s. ore, & aſpectu. Primo loquendo.

Quando Iudęis illum capientibus in horto dixit, ego ſum. Secundo, ſicut hodie, quia fulgor ab eius oculis, & facie exibat, adeo quòd non audebāt reſiſtere.

Acceſſerunt ad eum cœci, & claudi & ſanauit eos. Si queras de infirmis? Reſpondeo, q erant mendicantes exiſtentes ibi ad oſtium templi. Quæritur, quare ſanauit eos? Reſpōdet Chryſ. quia uidens Chriſtus, quod populus uerbis eum dominum uocabat, ideo uoluit etiam factis oſtendere, quod erat dominus ſanans &c.

Videntes autem principes Sacerdotum miracula & pueros cātantes oſanna indignati ſunt. Quæritur quare indignati? Reſpondet Chryſ. exemplo dicens. Quando columna eſt ali-

Ps. 28

Sco. in 3. d 6. q. ... nica.

Damas. cap. 8.

qualiter obliqua, ſupra poſito minimo
pondere cadit, ita quando, aliquis eſt
eſt obliquus. i. malus, & inuidus, quã
primum uidet bona opera aliorum, il-
la uituperat, & inuidia motus, uilipen
dit. Sic ſacerdotes de Chriſto, &c. diſ-
curre.

Quare autem Sacerdotes interro-
Hiero. gant Chriſtum, ſi audiunt quę de ipſo
dicuntur? Reſpondet Hiero. ꝙ ex quo
nõ erant auſi mittere manum in eum,
ſaltem uolebant illũ calumniari, ut in
de ipſe ceſſaret pdicare, & miracula fa
cere. IESVS autem dixit Nunquid legi
ps. 8. ſtis, quod ex ore infantium, & lacten-
tium perfeciſti laudẽ? Quare aũt Chri
ſtus adduxerit iſtã ſcripturã Dauid Re
Chryſ. ſpondet Chryſ. ꝙ Chriſtus uoluit eos
confundere, quaſi dicat, illud ꝙ pro-
phetatũ fuit ante tot millia annorum,
nunc pueri à ſpiritu ſancto ducti, talẽ
prophetiã adducunt eſſe verã, & in eo
locũ habere; & relictis illis abiit extra
ciuitatẽ i Bethaniã, ibiq; docebat. Quę
ritur quare reliquit illos, uidetur. n. ꝙ
debebat perſeuerare illos admonẽdo.
Chryſ. &c. Reſpõdet Chryſ. ꝙ circũdatus ab
inimicis magis poteſt uincere illos, lo
cũ dando, quàm uerbis vrgẽdo, & ſi q̃-
ras, quare potius uoluit i Bethaniã ire
q̃ manere in Hieruſalem? Reſpondet
Hiero. Hiero, quia maiorẽ fructum in Betha-
nia faciebat, q̃ in Hieruſalem, quia pri
cipes non credebant ei, ſicut illi de Be
thania, uel dicas, quod uoluit oſtende
re ſe iuiſſe in Hieruſalem propter libe
rationem templi tantum, & non pro-
pter aliud Videamus igitur quæ docu
menta hinc hauriuntur.

Primum documentum; aduentum
Chriſti ad animas noſtras ſanctifican
tem, & à peccatis expurgantẽ, ſummo
perè deſiderare debemus, cuius purga
tionis ſpeciem Chriſtus oſtendit, exẽ
plum hodie, qñ expurgauit tẽplũ, &c.

Secundum documentum eſt quod
ſingulo quoque die primo mane tem-
plum Dei uiſitare debemus, orando
Deum, & illi gratias agendo, exemplo
Chiſti, qui in tẽplo patrẽ orabat, &c.

Tertiũ docnmetum, In eccleſijs di-
uina tantũ loqui debemus, & non ua-
na, nec temporalia, contra multos im
pios errantes. Ideo Chriſtus hodie di-
cit, domus mea, domus orationis uo-
cabitur.

Quartũ documentum, Inter omnia
bona opera noſtra debemus Deum ti-
mere, & non facere, ſicuti ſacerdotes
hodie. &c. De quo timore hæc pauca
uidebimus.

Primum, quomodo debemus Deum
timere?

Secundum, An homo teneatur ob-
ſeruare, q̃ promiſit ex timore humano

Tertium, an bona opera facta ex ti-
more ſeruili. s. formidine pœnarum in
ferni, ſint meritoria.

Quartum, Vnde eſt quod in nobis
eſt tam paucus timor Dei.

Ad primum reſpondeo, quòd timor
eſt triplex. s.

Naturalis, uitioſus, & fructuoſus, Bonau. &
Primus timor, eſt quædam humana tho. 2.
paſſio, unde Aug. dicit. timor natura- 2. q. 19.
lis eſt perturbatio animi in expectatio
ne mali; & iſte timor nõ habet meritũ,
nec demeritum, q2 philoſ. In his quæ
ſunt a natura nihil meremur vel deme
remur. exẽplũ, ut ſi quis naturaliter ti-
meat mortẽ, inimicũ, infirmitatẽ. &c.

Secundus. s. uitioſus diſtinguitur, in
humanum, & mũdanum. Timor huma
nus eſt, quando aliquis magis timet pe
riculum corporale, q̃ Deum offendere
exemplũ de homine. Primo, vt ſi quis
captus ab infidelibus eum cogentibus
Chriſtum negare ſub pęna mortis oſtẽ
dẽdo ei gladium & imaginem Chriſti;
& talis nõ ſolum potius negabit Chri
ſtum, ſed, ut mortem euadat imagi-
nem Chriſti ad terram proiiciet, & il-
lam pœdibus conteret, quamuis debe
ret potius mori. exemplum ſimiliter de
muliere deprehenſa, quæ potius debe-
ret mori, q̃ uiolẽtiæ aſſentiri, & nõ fa-
cere ſicut Lucretia Romana, de qua
Valerius Max. lib. 6. de pudicitia, quæ
multum errauit, Quia ex timore huma
no a Sex. Tarquinii Regis ſuperbi filio
per uim ſtuprum pati coacta mori ma-
luit & ſic duo mala fecit. Primo cõmi-

ſit

ſit adulterium.Secūndo Homicidium,
ſemetipſam interficiendo . & liccet
aliqui eam excuſent de morte,ut exē-
plum, daret pudicitię , Dicendum,
quòd potius debebat mori, antequam
conſenſiſſet , & accipere exemplum,
a Suſanna. Quæ potius uolebat mori,
Dan.13. quam peccare in conſpectu Dei cum
illis ſenibus nequiſſimis &c. Contra
Luc.12. quos Chriſtus dicit , Nolite timere
eos,qui occidunt corpus,animam ue-
rò non poſſunt,ſed timete,eum,qui ha
bet poteſtatem perdere corpus,& ani
mam , mittendi in gehennam. Timor
mundanus eſt,quādo quis magis timet
ꝑdere bonū tēporale, quā Deū.Cōtrā
quos ſcriptū eſt. Quid .n. prodeſt ho-
mini,ſi uniuerſum mūdū lucretur?&c.

Tertius timor , hoc eſt fructuoſus,
diuiditur,primus ſeruilis , & iſte eſt,
quando homo timet Deum , conſide-
rando eius iuſtitiam , & quòd mal is
dat pœnam ęternā. Secundus eſt filia-
lis,& iſte eſt quando homo timet De-
um,conſiderando,quo ipſe ſolus Deꝰ
electis dat gloriam , & ſic dico quòd
homo iſto tertio modo debet timere
Deum,& potius mori,quā deſiſtere ab
iſto timore Dei. Timete Deū oēs sācti
Ps.33. eius,quoniā nō eſt inopia timētibꝰ ſe.

Ad ſecundum,dico quòd pro decla
ratione iſtius puncti,pono tres caſus,
quorum primus eſt de iuuene inuento
cum filia à parentibus,qui cogitur ac-
cipere eam in uxorem. Secundus de
muliere deprehenſa in adulterio,quę
ut euadat ignē, promittit ingredi mo-
naſterium.Tertius de capto à cuſtodi
bus in nocte , qui vt euadat,promittit
Sen.in 4 d.17. quandam peccuniam.Reſpondeo,pri
mo quòd ad hoc quòd matrimonium
bene contrahatur , oportet,quòd vo-
luntarium ſit , quia oportet , quod ibi
concurrat mutuus conſenſus animo-
rum uoluntarius , tam ex parte uiri,
quàm ex parte mulieris. Iuuenis au-
tem inuentus,non uoluntarie contra
hit.ergo matrimonium nullum , quia
coactus eſt &c.Idem dico etiam ad ſe
cundum & tertium caſum.& ſi quis di
cat, quòd vbi interuenit iuramentum
tenetur ui iuramenti.Reſpondeo, aut
iuramentum eſt uoluntarium,aut nō,
ſi uoluntarium obligat , ſi inuolunta-
rium non obligat.

Ad tertium,aut timet pœnam infer Abac.
ni ſolum naturaliter,& ſic illa eleemo
ſina,uel oratio facta pro euitanda illa
pœna,ualet,(ſi tñ eſt in gratia) aut ti-
met illā pęnā ex fide,quia .s.datur pec
catoribus.& tunc diſtinguitur,aut fa-
cit illā eleemoſinam , & orationē pro
euitanda illa pęna,q̄a deſtructiua ſui,
& ſic nō ꝓdeſt, quia facit illam ꝓpter
pęnā,& nō propter Deū,aut facit illā,
q̄a ſeparatiua eſt illa pęna à Deo & ſic
diſtinguo,uel nō eſt in gratia,uel eſt,ſi
nō in gratia,non ꝓdeſt,ſi eſt in gratia,
prodeſt,q̄a eſt timor filialis, quo tene
tur quis Deū amare,& timere. Exēplū
de Eſau,qui non inuenit locum pęni-
tentiæ , quanquam cum lachrymis a
Deo, eā poſtulaſſet,quia timore penę
& non timore ſeparationis diuinę, il-
lam facere uolebat.

Ad quartū reſpōdeo,ꝙ hoc prouenit
ex tribus.primo ex longa pace,q̄a quā
to plus Deus dimittit nos in quieta pa
ce,ſanitate,ꝓſperitate,&c.tanto plus
homo peccat,& minus timet Deum.

Exemplū de Dauide. q̄ poſt multas
victorias,ī pace poſtea cōmiſit adulte 2.Re.11
rium,& homicidiū.Sic facit tota chri
ſtianitas Italia,& hæc ciuitas, & tunc
dicito tuo modo.

Sc̄do ꝓuenit ex bonorū copia,q̄a quā
to plus Deus ſuꝑ nos tēporalia mune-
ra pluit,tāto minus eū timemus. Exē-
plū de Sodoma,& Gomorra,q̄ ciuita-
tes.ꝑꝑ abundantiā panis & ſaturitatē
ꝑuaricatæ sūt,&c.diſcurre. Vñ ſcriptū
eſt filios enutriui,& exaltaui, ipſi autē
ſpreuerūt me, incraſſati,& impingua
ti, recalcitrarunt contra me &c.

Tertio ex cōſueta iniquitate.s.parē
tū,q̄a ſicuti nutriti ſunt in uitiis,ſic &
filios,& filias nutriūt ſine timore Dei.
O Patres,ò Matres,ò Preceptores,ubi
ſunt orationes,eleemoſinę, ſtationes
ſacræ,& deuotiones filiorū,filiarū,diſ
cipulorumq; ueſtorū?exemplū de Ma-
gno Pōpeio,q̄ alias ſemper in prælius

uictor fuit, dum uero (capta Iudea) ueniſſet Ieruſalem ad templum, duo mala (Deum uituperando) commiſit primum omnes populos qui ad templum vt ſaluarentur confugerant; interfecit

Secundum, ſtabulum equorum fecit in templo Dei; propter quod de cętero ſemper infeliciſſimus fuit, & nunquàm victorias obtinuit, & tádem miſerrimè à rege Aegipti decapitatus eſt, ecce quid euenit non timenti Deũ

Quæro ergo à te, ò ciuitas Deo ingrata, vbi eſt timor Dei? ò domini ſpirituales, dicite quæſo, ubi eſt timor Dei Reſpondit Chriſtus dicens, Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. ò domini temporales totius Italiæ, vbi eſt timor Dei?

Reſpondit Chriſtus, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum ò nobiles, ò ciues, vbi eſt timor Dei? ò artifices, o plebei, vbi eſt timor Dei, in iſta ciuitate? Reſpondet Chriſtus. Vos &c. ò matronæ, o virgines, o viduæ ubi eſt timor Dei?

Reſpondet Chriſtus. Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. &c.

Timete ergo Deum, vt gratiam ſuã in hoc mundo, & gloriam in alio uobis tribuat. Amen.

DE POENITENTIA.

VIr Niniuitę pænitentiam fecerunt. Mat. 12 experientia aperte nobis demonſtrat, quòd quanto plus clementiſſimus Deus vocat nos ad penitentiam, tum terroribus, tum etiam flagellis, tanto minus peccato (ſequē do demonem, & falſum mundum) benè operatur, nec penitentiam ſuorum peccatorum facit. Mat. 12. Obturat aures & non ſentit uocem Chriſti, Dicentis. Niſi penitentiam egeritis omnes ſimul peribitis, quę res verè procedit quia peccator ingratus, nec uoluntatem diuinam, nec proprię animæ vtilitatem conſiderat Vnde Iob, nobis compatiens admonet dicens. Luc. 13. Audite quęſo ſermones meos, & agite pænitentiam. De qua hodie occaſione euangelij loquemur. Iob. 21.

INTRODVCTIO EVANGELII

QVæritur, an homo teneatur facere omnia, quæ ſibi dictat conſcientia? Reſpondeo, quòd uel conſcientia dictat de his, quę sūt ſecūdum legem Dei, & ſic illud, quòd dictat conſcientia eſt faciendum, uel conſcientiæ dictat de his, quæ ſunt prę ter legem Dei, & ſi dico, ꝙ ſi dictat, vt bonum, illud eſt faciendum, uel dictat de his, quę ſunt cōtra legem Dei, & ſic dico, ꝙ illa conſcientia non obligat nos, & eſt deponenda, nec debemus imitari ſcribas, & phariſæos, qui contra conſcientiam negabant Chriſtum eſſe Meſſiam, quod ex hodierno Euang. uidere licet. ita. n. Euangeliſta ſcribit.

Mat. 12. Acceſſerunt ad IESVM ſcribę & phariſæi dicentes. Magiſter volumus à te ſignum uidere.

Quæritur, quare ſcribæ & phariſæi acceſſerunt ad IESVM. Reſpondeo, ꝙ indignati principes Sacerdotum (ſicut uiſum eſt ſupra) propter eiectionem uendentium, & ementium de templo, & expurgationem templi, & miracula facta, congregati ſimul de conſilio omnium, miſerunt iſtos ad Ieſum, quę rentes ſignum. &c. qui tunc erat in Geneſſaret. & ſi dicas, qui ſunt ſcribę & phariſęi?

Reſpondeo, quòd ſcribæ non à ſcribē do, ſed a ſcriptura dicuntur: quia. s. notitiam ſcripturę habebant. Phariſęi verò erant cuſtodes templi. cur autem magiſtrum uocant? Reſponder Hiero. quod eiectio vendentium, & ementiū de templo, ſanatio infirmorum, & cātus puerilium laudum, licet omnia eſſent ſigna Diuinitatis eius, tamen, quia in terra facta ſunt, ideo terrena, & nō diuina eſſe dicebant, & propterea ſignum de cœlo quærebāt. Hiero.

Quare autem de cœlo? Reſpondeo, quia. Helias (Samaritanis non credentibus) ignem de cœlo deſcendere fecit, 3. reg. 18. & ideo ipſi increduli, ſignum de cœlo vel ſimile quęrebant. &c.

Quibus Chriſtus reſpondet, generatio mala, & adultera quęrit ſignum, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetę. Quare dicit generatio mala? Reſpondeo, ꝙ iſti propriè deſcē derant ex perſecutoribus prophetarū ideo mala.

Quare autem adultera? Quia patres eorum Idolatræ fuerunt, & fidem Dei fregerunt. Sed quæritur, quare ſignum non dabitur ei? Reſpondeo, tum quia digni non erant, propter eorum ſcelera, tum quia uolebant, ipſo inuito, mi

raculum,

racululm,uel ſignum,uidere de cœlo,
rum etiam,quia iam miracula uiderát
& non credebant. Quæritur quare ſi-
gnum Ionæ,dat Chriſtus? Reſpondet
Rabanus. Rabbanus propter duas rationes,pri-
ma oſtendendo eis, quòd ſicut Ionas
fuit miſſus ad Niniuitas, ut induceret
eos ad pœnitentiam,& niſi pœniten-
tiam feciſſent, annunciaret eis ſub-
merſionem, ita iudæi cognoſcerent
Chriſtum à Deo miſſum, ut ei crede-
rent,&c.& niſi crediſdiſſent,annuncia
ret eis diſperſionem.Secunda ut imple
retur figura reſurrectionis.

Quia ſicut Ionas ſtetit tribus diebus
in uentre ceti,ſic Chriſtus tribus die-
bus mortuus,moraturus erat in ſepul
chro,& tertia die reſurrecturus.Chri-
ſtus conuertens ſe ad diſcipulos ſuos
dicit.Viri Niniuitę ſurgent in iudicio
cum generatione iſta, & accuſabunt
eam,quia pęnitentiam fecerunt in prę
dicatione Ionæ prophetę.

Primo quęritur,quis magis peccabat,
an iudeus incredulus,an Gentilis. Re
ſpondeo,quod peccatũ dicitur graue
tribus modis.Primò reſpectu materiæ,
uel rei in qua peccatur,& ſic,quia cõ-
tra Chriſtum.Ideò omnes non creden
tes ipſum Meſſiam,peccabant æquali-
ter.ſecundo reſpectu peccantis exem
plũ de religioſo, & laico. & ſic popu-
lus Iudaicus quia electus Dei, & ſub
lege,magis peccabat,q̃ gentilis. Ter-
tio ratio effectus mali inde conſe-
quentis.& ſic Iudeus magis peccabat
quia damnandus, Gentilis autem per
conuerſionem crediturus erat in Chri
ſtum.Ideo dicit Chriſtus, & condem-
nabunt eam.dicẽs, ſurgent in iudicio.
ſecundum Remigium, ut oſtenderet,
Remig. quod una eſt reſurrectio bonorum;
& malorum coram iudice. Si quęras,
quare condemnabunt eam? Reſpon-
deo,ut cognoſcatur præmium bono-
rum eſſe diſtinctum à pręmio malo-
rum.Secunda ratio, quia ſi Gentiles,
qui non habebant legem pœnitentiã
fecerunt: à fortiori debuiſſent Iudæi
illam facere, quibus Chriſtus miſſus
Ps. 1. eſt.Si dicas Dauid dicit.Non reſurgẽt
impij in iudicio ergo Chriſtus non cõ
uenit cum ſcriptura.Reſpõdeo. ꝙ Da
uid ibi loquitur de reſurrectione ſpiri
tuali,in cœlo.ſ.non autem de reſurre-
ctione corporali in iudicio.

Regina Auſtri ſurget in iudicio cũ
generatione iſta,& cõdẽnabit eã,&c.
Que nã eſt regina Auſtri? Reſpõdeo,ꝙ
eſt illa regina Sabæ.quæ ſcriptura, ve 3.Re.10
ni à finibus terrę audire ſapientia Salo
monis,& dicitur Auſtri, quia eius re-
gnum eſt in Auſtrali partę,Quare con
demnabit eam? Reſpondeo,ꝙ eius cre
dulitas,& longum iter,& expenſę fa-
ctę condemnabunt incredulitatẽ eorũ
qui habebant Chriſtũ pręſentem, qui,
erat plusq̃ Salomon. Chriſtus modo
vult oſtendere, quod Diabolus excæ
cauit Iudeos,& loquitur diſcipulis in
terrogantibus eum,quare iudęi erant
obſtinati non credendo ei,& dicit.

Cum immundus ſpiritus exierit ab
homine(dic totum textum,&c.Quare
fiunt nouiſſima illius populi peiora
prioribus? Reſpondet Chryſ. ꝙ Chri-
ſtus ſciebat ſe occidendum eſſe.ab il- el nis.
lis,ideò pręuidẽs eorũ nequitiã,uoluit
inferre,ꝙ in ei⁹ morte erũt magis atq;
magis crudeles, & ingrati cõtra Deũ
& magis, quã in morte prophetarum,
quos occiderunt Vel dicas,quòd Chri
ſtus prædicauit eorum incredulitatem
quę durare debebat uſq; i diẽ iudicij.
Adhuc eo loquente,ecce mater eius,
& fratres ſtabant foris quærentes lo-
qui, &c. Si Chriſtus erat unigenitus
dei,& Virginis,quomodo habebat fra
tres? Reſpõdet Hiero.Vidiſſe,& legiſſe
aliquos Hęreticos,tenentes illos fra- Hiero.
tres Chriſti fuiſſe filios unius primæ
vxoris Ioſeph.qđ eſt falsũ,qa Ioſeph.
(ſicut tenet eccleſia)fuit Virgo,ſed illi
fratres erant de cognatione eius.Quæ
ritur quare Chriſtus reſpõdit dicẽs, q̃
eſt mater mea? qa uidetur ex illo uer-
bo non honoraſſe matrẽ. rñdet Chryſ. Chriſ.
ꝙ illd Iudęus,q eũ vocauit, uoluit fa-
cere Periculũ,an Chriſtus magis dili-
geret verbũ Dei an matrẽ carnalẽ, &
ideo Chriſt⁹ prudẽter reſpõdit.Quę eſt
mater mea? quaſi dicat Magis ęſtiman
dus

dus eſt Deus,quàm mater carnali,nec
tamen ꝓpter hoc ſequitur quòd Chri
ſtus non honorauerit matrem ſuam,
quòd patet in eius morte,quia diſcipu
lo eã cõmendauit, &c.uel dicas cum
Beda,quòd in illa reſpõſione Chriſtus
uoluit oſtendere illi Iudæo loquenti,
& per conſequẽs aliis, quòd non erat
tãtũ homo,ſed Deus,& homo;& ideo
honorẽ Dei magis quęrebat, q̃ uidere
matrem carnalem, &c. Hęc eſt hiſto-
ria hodierni euangelii,ex qua colligi
mus quatuor documẽta iuxta conſue
tudinem noſtram.

Primum documentum; Non eſt du
bitandũ Chriſtũ eſſe verum filium Dei
nec ſignum debemus quęrere; quia fi-
des non habet meritum, ubi humana
ratio præbet experimẽtum, & hoc eſt
contra quærentes ſignum de cęlo.

Secundum documentum: Debemus
doctrinam Chriſti acquirere uigiliis,
laboribus,itineribus,vt ſcimus,vbi prę
dicatur,exemplum de Regina Saba, q
a finibus terræ.&c.ſed oppoſitum faci
mus,immo pergimus potius ad audiẽ
das fabulas,quam ad prędicatores uer
bi Dei &c.diſcurre.

Tertium documentum; Si uolumus
fieri fratres Chriſti & ſorores, debe-
mus obſeruare mãdata,& legem Dei.
Ibi,ille erit frater meus, & illa ſoror.
diſcurre.

Quartum documentum, Sicuti uiri
Niniuitæ qui pœnitentiam fecerũt, ac
cuſabunt Iudeos in iudicio,ſic accuſa
bunt Iudęos in iudicio,ſic accuſabunt
uos impęnitentes,& contra uos pec-
catores obſtinatos &c.& ideo pęnitẽ
tiam facere oportet. De qua aliqua ui
debimus perſpicuè,vt ſolemus.

Primum,quid ſit pœnitentia?

Secundum, ad quid requiritur iſtã
pœnitentia;

Tertiũ,An ſemper oporteat dolere?

Quartum,quanta triſtitia debet eſſe
in pœnitentia?

Sco in 4. d. 14. Ad primũ dico,ꝙ triplex eſt pęnitẽ
tia prima ſacramentalis.ſ. illa abſolu-
tio cõfeſſionis,de qua non loquimur
hodie.Secũda eſt illa ſatiſfactio pęnitẽ
tis,uel cõfitentis,iniũcta à Sacerdote.
putà ieiuniũ,orationes,de qua nõ loq̃
mur hodie.tertia eſt act⁹ uirtuoſus, aſ
ſumptus pro peccato,ꝓcedens a iuſti
tia punitiua.De qua loquimur hodie.
cuius definitio talis eſt:

Pęnitentia eſt triſtitia quędã uolũta Sco in. 4 d. 14. q. 6
riè aſſumpta ꝓ peccato commiſſo, qa ar.
Deo diſplicibile,cũ ꝓpoſitio abſtinen
di.In qua definitione, ſunt quinq; par
ticulæ conſiderandæ.Prima cum dici-
tur triſtitia quædam,Nota, duplex eſt
paſſio,prima exterior.ſ.in corpore, &
iſta uocatur dolor,de quo non intelli
gitur.ſecunda interior.s.in corde, uel
voluntate,& uocatur triſtitia, de qua
intelligitur, qa ſi quis portaret omnẽ
pœnã corporis,& non haberet illã ani
mi moleſtiam,uel triſtitiam, non eſſet
pœnitentiã.Secunda dicitur uolunta-
riè aſſumpta,nã unus poteſt pati dupli
citer.s.nõ volũtariè, & voluntariè,pri
mo ut amputatio manus iuſta p̃toris
ſententiã,ſcd̃o voluntarie, vt q capit
diſciplinã,& corpus caſtigat libenter,
qa meruit, & oportet,ꝙ ſit uolũtaria
.ſ.cõſiderãs illã mereri. Corollariũ,dã
natos nõ pęnitet in inferno, qa nõ uo
luntariè pęnã ferunt, qua cruciantur.
Tertia dicitur ꝓ peccato cõmiſſo,quia
aliquis poteſt dupliciter pati,primo ꝓ
pęna accidẽtali,q acidit ſæpe corpori
bus noſtris infirmitati ſubiectis;. & de
iſta nõ intellgitur,ſecũdo ꝓ pœna vo
lũtaria,ꝓ peccato ꝓprio commiſſo,&
de iſta intelligitur.Vnde corolariu,V-
nũ nõ poteſt pęnitere ꝓ alio puta filiũ
ꝓ patre,qa vnuſquiſq;onus ſuũ porta
bit,ideſt,propriũ animi angorem. &c.
Quarta particula,qa Deo diſplicibile.
Vnde notandũ ad hoc,ꝙ pœnitẽtia ſit
uera oportet, ꝙ reſpiciat finẽ s.Deũ,
& agẽda eſt timore filiali.s. vt tribuat
gratiam Deus.
Vnde corollariũ,ꝙ ſuſpenſio Iudæ nõ
fuit uera pœnitentia, quia nõ timore Sco in 4. d. 14. q. 3 ar. 2.
filiali,nec ꝓ Deũ,ſed propter mundi
uerecundiam,ut patet &c.Ad pęnitẽ-
tiam veram quinque requiruntur.s.

Primum, velle punire peccatum.i.
omne peccatum memoriæ traditum.

Secundum.

Secundum, nolle peccaſſe. i. habere dolorem omnium peccatorum ommiſſorum, & commiſſrum.

Tertium, uelle acceptare punitionē i. dolorem iam inflictum.

Quartum, patienter illam ſufferre, quia aliter eſſet impœnitentia.

Quintum, uelle abſtinere. i. habere propoſitum bonum abſtinendi determinate.

Sco. Ad ſecundū reſpondeo, oportet hic tria conſiderare. primo quid remanet in peccatore delendum. ſecundo an peccatum poſſit deleri, uel remitti. tertio an ad delendum requiratur pœnitentia.

Tho. Ad primum, duę ſunt opiniones; prima dicit, ꝙ per actum peccandi anima maculatur macula reali, ſicut pannus, macula olei. Secunda uerò dicit, quòd per actum peccandi nō poteſt aliquid reale cauſari in anima, quod probatur ſic; neceſſe enim eſſet vel à Deo, uel à peccatore. Non à Deo, quia Deus non eſt cauſa peccati: neque à peccatore, quia illo actu peccandi, non eſt agens attingens animam. Remanet ergo ſolum obligatio, in anima ad penam eternam. & ideo dicitur peccator. i. debitor pœnę æternæ, quæ obligatio ſemper permanet, vſq; ad ſolutionem, ergo eſt obligatio, & non macula.

Sco. Ad ſecundum reſpondeo, ſic., tali ratione, quia certum eſt, quòd prædeſtinati ſaluabuntur, ſed multi prędeſtinati peccauerunt, & peccant, ergo illa obligatio delebitur, quia nihil coinquinatum intrabit in eam .s. patriam.

Apoc. 19 exemplum de Petro, Paulo, Magdalena, qui peccauerunt, & poſtea munda ti ſunt ab illa obligatione.

Cris. Ad tertium. Reſpondeo, quòd ſic, quia Chryſ. omnis res, per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluetur, ſed peccatum eſt natum per conſenſum voluntatis. ergo oportet quod per diſſenſionem ipſiuſmet uoluntatis diſſoluatur. modò iſta diſſenſio eſt pœnitentia, vt dicit Augu. 14. de ciuitate Dei cap. ultimo. ergo pœnitentia eſt neceſſaria ad delendam iſtam obligationem.

Aug. Si quis dicat, contra; Deus nō vindicat in alterū, quomodo ergo peccator poteſt uindicare peccatum in ſe ipſum, & pęnitentiam facere, quòd idē eſt? Reſpondeo, quòd peccator in tali casu eſt miniſter Dei, & ſolus Deus principaliter vindicat (iuxta illud, mihi vindictam, & ego retribuam) homo uerò miniſtratiue, uel commiſſiue.

Sco. Ad tertium aliqui dicunt, ꝙ ſic, quia Petrus ſemper fleuit, donec peccatum dimiſſum fuit. Reſpōdeo, ꝙ duplex eſt dolor, actualis, & habitualis. Primus eſt, dum peccator actu dolet, & de iſto dolore dico, ꝙ homo non tenetur, nec poteſt ſemper actualiter dolere; quia homini eſt impoſſibile ſemper conſiderare peccatum, propter extranea impedimenta multa, ut bibendi, & comedendi, &c. ſecundus habitualis, & eſt habere habere habitum, uel pronptitudinem dolendi, & dico, ꝙ homo poteſt, & debet ſempre habitualiter dolere, quia tenetur pronptus eſſe, & paratus deteſtari peccatū. hoc confirmat Aug. lib. de pœnitentia dicens, Peccator de peccato doleat, & de dolore gaudeat, & non ſemp doluiſſe doleat. Vn̄ regula, quotieſcunq; peccator recordatur de aliquo peccato, tenetur deteſtari illud peccatum.

Aug. Ad quartum reſpondeo, quod illa triſtitia debet eſſe maior, quacunque alia triſtitia habita, pro amiſſione cuiuſcunque rei temporalis, exemplum, magnus dolor eſt perdere filios, patrē, matrem, poſſeſſionem, &c. ſed maior dolor debet eſſe in pœnitentia, quia ſecūdum rectam rationem dolor debet eſſe tanto maior, quāto res perdita eſt maior, ſed per peccatū perditur Deus, qui infinite bonus, ergo oportet habere dolorem, non dico infinitum, quia finiti ad infinitum nulla eſt proportio, ſed maiorem, quem ferre poſſit peccator, Hoc cōfirmat Aug. 21. de ciui. Dei dicens. In amiſſione rerum neceſſe eſt, vt tantum urat dolor, quantum inerat amor. &c.

Iſtum magnum dolorem habuit Achab. qui interficere fecit Nabot, no-

lentem

lentem accommodare eum de vinea: qui reprehenſus ab Hel ia, In locohoc in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum, Vide lib. Regum ubi inuenies pœnitentiam Achab. qui indutus cilicio, lachrymis, orationibus, ieiuniis ad Deum confugit.&c. 3.Re.21

Iſtum dolorem, uel triſtitiam habuit Ezechias.quando (annunciata ei morte ab Iſaia) uertit ſe ad parietem lachrymis dicens. Memento quæſo domine, quomodo ambulauerim in conſpectu tuo.&cæ. propter quòd De' donauit ei quindecim ann os Agite ergo peccatores pœnitentiam, quòd ſi non feceritis promitto uobis, quòd ſicut Niniuitæ in iudicio accuſabunt Iudæos incredulos, & ſicut Regina Saba, reſurget contra illos, oſtendendo expenſas, & longum iter, in teſtimonium. Sic & ego in iudicio contra uos exclamabo, oſtendendo ſudores, uigilias, & labores meos in teſtimonium. 4.reg.20

Agite ergo pœnitentiam, vt Deus in hoc mundo ueſtri miſereatur, detq; gratiam, & in alio gloriam. Amen.

geliſtarum lib.2. cap. 49. Mat. dixiſſe,
Mar.7 quod clamauit in via, Mar. verò, quòd
in illa domo, vbi erat Chriſtus, ipſe au
Aug. tem Aug. côcilians dicit, quòd primo
ipſa clamauit i domo, cû Chriſtus nô
reſpôdiſſet verbum, ipſa expectauit di
ſceſſum eius à domo, & i via iterû cla
mauit, & ſic Euâgeliſtæ sût côcordes.

Quæritur autê Quare nô reſpondit
ei verbû? Reſpôdeo pp tria, primò ꝑ
pter prętiû fidei Secûdo propter oſtê
ſionem magnæ deuotionis mulieris.
Tertiò vt deuotio in diſcipulis augere
tur. Dixit Miſerere mei, & non dixit fi
liæ meę, quia matres de infirmitatibus
filiorû ſuorû, quaſi ſimilê, vel tantû do
lorem habent, quantus eſt ipſis filijs
infirmis.

Quare dixit Dñe fili Dauid. Reſpô
Ciril. det Ciril. quòd ipſa côfitetur Chriſtû
eſſe Deû, & hominê, deû, dicêdo Dñe,
& petendo ſanitatê: hominê vero, di
cendo fili Dauid.

Diſcipuli autê rogauerunt eum pro
ea, dimitte eam, quia clamat poſt nos.
Quæritur cû diſcipuli, ab ipſa nô ſint
requiſiti, quare rogauerût Chriſtû pro
ea? Reſpôdet Aug. de côſenſu Euâge
Aug. liſtarum, quod poſtquàm Cananea ui
dit, quod Chriſtus (prima petitione fa
cta in via) non Reſpondet ei uerbum,
Ideò ipſa ſe in dignam gratiæ repu
tans, iterum clamauit in via dirigedo
cor ſuum, & vocem ad Chriſtû, tamen
reſpiciendo diſcipulos (quaſi inferen
do) da te mihi uos quoq; auxilium. in
tercedite pro me indigna. Ideò diſci
puli, pietate moti, rogauerunt eum
pro ea. &c.

Nô ſum miſſus, niſi ad oues quæ pe
rierût domus Iſrael. Hic quærendû, cû
eccleſia dicat Chriſtû veniſſe pro ſa
lute omniû, quare ipſe negat dicens,
quòd ſolû pro populo iudaico vene
rit? Reſpondeo, quòd aduentus Chri
ſti dupliciter côſideratur, primo quo
ad redemptionê vniuerſalê; & ſic di
co, qđ venit redimere nô ſolû Iudęos,
ſed cûctas nationes, quia ſufficientiſſi
mè pro oibus ſatiſfecit, ſecundò quo
ad promiſſionê; & ſic dico, quòd ſpe-
cialiter pro iudaico populo, quia ſic
promiſſus fuit in lege.

Ipſa autê adorauit eû dicês. Domi
ne adiuua me. Quæritur, qua adoratio
ne adorauit Chriſtû? Reſpôdeo quòd
adoratio eſt triplex, prima latriæ, &
iſta ſoli Deo côuenit, & hac ipſa ado
rauit Chriſtû. ſecunda eſt Duliæ, quæ
conuenit puræ creaturæ, quæ potius
eſt veneratio. Tertia eſt hiperduliæ,
quæ côuenit quidê alicui puræ creatu
ræ, ſed propter aliquam eius dignita
tem, vt in Virgine.

Cui Reſpondit Chriſtus. non eſt bo
num ſumere panê filiorû, & dare cani
bus. &c. Quæritur quare hoc dicat
Chriſtus? Reſpondeo, quòd fuit reſpô
ſio parabolica, quia gentiles adorant
ſtatuas mortuas, & quia canes currût
ad corpora mortua, Ideò per ſimilitu
dinê. Si autê quæras, quare Cananæa
non eſt contriſtata de tali ſimilitudi
ne ad Canes? Reſpondet Hier. ꝙ hoc Hiero.
fuit ex magna humilitate, & deuotio
ne, & ꝙ nô ad iniuriâ, ſed ad reprehê
ſionem accepit illa verba, & ꝙ maio
ra tuliſſet. at illa, etiâ dñe, nâ & catelli
comedunt de micis, quæ cadût de mê
ſa dominorû ſuorû, quaſi diceret, ſi nô
vis mihi dare abundantiâ gratiæ tuæ,
quia indigna ſum, da mihi ſaltê de mi
cis gratiæ tuę.

O mulier magna eſt fides tua, fiat
tibi ſicut vis, & ſanata eſt puella in il
la hora. Hic tria requiruntur.

Primum, quare Chriſtus laudat Ca Tho. 2.
nanęâ pręſentê cû ſit ſcriptû Eccleſ. 2.q.10.
neminê laudaueris in uiſu ſuo? Reſpô 115 ar. 1
deo ꝙ laudare creaturâ pręſentem po Eccl. 11.
teſt intelligi tripliciter, primo vt a tri
bulatione illa deſiſtat, & hoc modo
licet, ſecundo vt de uirtute iu virtutê
aſcendat, & etiâ iſto modo licet. Ter
tio adulando, & hoc non licet, & iſto
modo loquitur ſapientiſſimus.

Secundû: videtur quod fides mulie
ris, & nô Chriſtus, ſanauit filiam, quia
Chriſtus dicit Magna eſt fides tua, Re
ſpondet Chrys. quòd per fidê acquirû Chryſ.
tur ſpiritualia beneficia, ideo exponi
tur ſic. fides tua fuit talis, ac tanta di-

 gnita-

gnitatis, ꝙ promeruit per me filiam
tuam ſanari.
Tertium, Quare Chriſtus non ſana
uit puellã ad preces diſcipulorũ rogã
tium pro illa? Reſpõdeo primo, quod
qui facit peccatum proprio ore confi
teri debet, ſicut Cananęa fecit. Secun
do quia Chriſtus voluit videre lachry
mas eius, & orationes, & eius ſuppli-
cationes, & peregrinationes, ſequen-
do illum in via, & hoc vt cõfunderet
illos, qui dicunt ſolam fidem ſufficere
Abacu 2 ad iuſtificationem.
Et ſi Lutherani dicunt. Iuſtus au-
Luc. 18. tem ex fide viuit. & Lu. fides tua te ſal
uam fecit; & alibi qui credit in me ha
Ioan. 6. bet uitam ęternam, & paulus iuſtifica
ti ex fide ſumus. Reſpondeo, concedẽ
Rom. 5. do totum fundamẽtaliter, ſed dicere,
ergo ex ſola fide iuſtificati ſumus. fal-
ſum eſt. Vnde impudenter lutherani
lacerant textum, addentes tantum, uel
ſola, Quia ſi Paulus dicit, iuſtificati ex
fide, ipſi autem addunt ſola, uel tantũ
dicentes, iuſtificati ex ſola fide contra
Apoc. 22. quos ſcriptum eſt. Si quis appoſuerit
ad hęc, apponet Deus ſuper illum pla
gas ſcriptas in libro iſto.
Primum documentum eſt, quod de
peccatis noſtris debemus miſericor-
diam à Deo petere, & illum rogare, ut
parcat, & maxime temporibus iſtis
Quadrageſimæ ibi, miſerere mei.
Secũdũ eſt, qđ debem⁹ dimitere ido
latriã & ſolum Deum adorare, & non
Gentilium Idola, ꝓp hoc Chiſtus no
lebat eam exaudire, quia canis. &c.
Tertium, ſi volumus ſubuẽiri à Deo
oportet hoc facere ope ſanctorũ, exẽ-
plũ, quia rogauerunt eum pro ea ideo
grego. Gre. ſtatuit rogationes.
Quartum, ſi uolumus obtinere ali-
quam gratiam à Deo oportet perſeue
rare in ſupplicando exemplũ cananæ.
quæ tandẽ obtinuit, nõ.n.q̃ inceperit,
ſed qui ꝑſeuerauerit uſq; in finẽ &c.
De qua gratia aliqua uidebimus ſu
Mat. 24. per uerbis euangelii.
Primo, quid ſit gratia Dei?
Secundo, An ſine gratia Dei poſſit
quis ſurgere à peccato?
Tertio, An ſine gratia Dei poſſit q̃s
mereri paradiſum?
Quarto, An ſine gratia Dei poſſint
acquiri uirtutes?
Quinto, quomodo acquiritur gratia?
Ad primum. Reſpondeo, quod gra-
tia eſt duplex primo impefecta: & eſt
donum, ſine quo nõ ſufficimus, uel ad
cognitionem veritatis, vel ad amorẽ
uirtutis, & iſta eſt cõmunis omnibus
creaturis rationalib⁹, ſiue ſint baptiza
ti, ſiue non, quia. ſ. cognoſcunt uerum
a falſo, album à nigro, uirtutem a ui-
tio. De qua non loquimur, & dicitur
imperfecta, quia inſufficiens eſt ad
ſalutem ſecunda eſt perfecta, quæ du-
pliciter diffinitur. Primo ſic, gratia eſt
donum, per quòd anima efficitur ſpon
ſa Chriſti, filia patris, & templum
ſpiritus ſancti, ſed ad magiſtralem ue-
niamus definitionẽ.
Gratia eſt forma creata à Deo, gra- *Bona in*
tis data, & ſine meritis faciens habẽtẽ *breuilo-*
gratũ, & reddens opus ei⁹ meritoriũ. *gte 5.*
In qua definitione ſunt quinque parti *c. 1.*
culę conſiderandę. Prima, cum dicitur
forma creata. i. donum ſpirituale ani-
mæ infuſum & dicitur creata ad diffe
rentiam gratiæ increatæ, quæ eſt ipſe
Deus oſtendendo, præter gratiam in-
creatam, aliam eſſe creatam, quæ in-
format animam iuſti, Deus enim pro-
pter immenſam ſuam perfectionem,
non poteſt eſſe forma alicuius rei, ſe-
cunda dicitur a Deo, tum quia ſolius
Dei eſt creare, tum etiam ad differen-
tiam aliarum formarũ accidentalium
puta albedinis, & nigredinis, & ſcien
tiæ &c. quæ poſſunt produci à natu-
ra creata. Tertia dicitur gratis da- *Rom. 11*
ta, & ſine meritis, vnde Apoſto-
lus Si gratia iam non ex operibus, alio
quin gratia iam non eſt gratia.
Sed æquiualẽs pro illo quod daretur,
pro illa habenda. Obſeruant quida pe *Sco in 4*
ritiſſimi Theologi gratiam quidẽ ſine *d. 2 q. 1.*
meritis dari, non abſolutè, & Simplici
ter ſine meritis omnino, cum detur ꝓ
pter merita paſſionis Chriſti præuiſæ,
vel exhibitæ, & ſi dicas, ergo nõ eſſet
gratis data. Reſpondeo, quod eſt gra-
tus

tis data, reſpectu perſonæ, cui datur, quia nõ propter eius merita, ſed Chriſti. Quarta dicitur faciens habentem gratum, ad differentiã gratiæ imperfectæ, quia iſta gratia perfecta, de quà loquimur, adeo facit habentem gratum, quòd habens illam in vita eſt in Dei gratia, & moriẽs cum illa, eſt beatus, hoc autem non facit illa gratia imperfecta, quia illa etiam ſtat cum peccato.

Quinta, dicitur reddẽs opus eius meritoriũ; ad differentiã illius primæ gratię iperfectę, q̃ nõ reddit opera meritoria.

Bona. in 2. d. 34. Ad Secundũ. Reſpõdeo, quod duæ opiniones ſunt. nam philoſophi dicunt, quòd cum homo egreditur à recta linea rationis per inordinationem fit iniuſtus, adeo quod nullo modo poteſt p̃fecte effici iuſtus, q̃ opinio eſt falſa, quia priuat Deum potentia, vnde Ezech. cum egerit pęnitentiam peccator, omniũ iniquitatum ſuarum nõ recordabòr. Ezech. 8.

Secunda eſt Pelagij dicentis, quòd homo ſuo libero arbitrio poteſt reſurgerẽ à peccato, cõtra quem ſcriptum eſt ſine me nihil poteſtis facere. i. ſine gratia mea, & quià talis materia cito erit tractanda, ideo nunc dimittamus loq. de libero arbitrio Ioan. 15.

Tertia opinio eſt Sanctorum, quod non poteſt peccator ſine gratia dei reſurgere a peccato, quòd probatur tripliciter.

Primo ſic: peccatum eſt offenſa Dei, ergo peccatum non poteſt remitti, ſine gr̃a Dei offenſi, uel ſic, dico peccatũ eſt priuatio uitę ſpiritualis, ſed nullus poteſt dare iſtam vitam ſpiritualem, niſi Deus conferendo gratiam uiuificantem. ergo uolens illam, per dimiſſionẽ peccati debet illam exquirere a Deo, qui ſolus peccata dimitit per gratiam ergo ſine gratia Dei non poteſt reſurgere a peccato. Secundo, auctoritate. Aug. n. de ciui. Dei li. 4. Cap. 26. dicit. a demonum dominatione nõ liberat, niſi gratia Dei. Tertio, exemplo, quia debitum non relaxatur, niſi gratia illius, cui debetur, uel accipe exemplum Cananæę quæ Ideo ſequebatur Chriſtũ lachrymando, quia ſine illo, ſalutem filiæ ſuę minime habere poterat. Aug.

Ad Tertium Reſpondeo, quod hoc poteſt dupliciter intelligi, uel de condigno, vel de cõgruo, primo modo de condigno. i. æquiualenter, dico, quod non poſſumus, ſine gratia Dei mereri paradiſum, quia ſi homo faceret omnem poſſibilem pœnitentiam, quam poſſis imaginari, puta elemoſinas, ieiunia, orationes, carnis macerationes & offerret iſta omnia bona opera Deo, & diceret, Domine uide, quid fecerim, Ideo da mihi paradiſum, ꝓpter iſta bona opera, dico, q̃d iſta bona opera nõ ſunt condigna, nec ſufficientia ad acquirendum paradiſum, quanquàm talia bona opera ſint grata Deo, & ſi de' dat paradiſum, non uirtute illorum bonorũ operum, ſed quia clemens, benignus & miſericors, hoc eſt, quòd dicit Apoſtolus ad Roma. Non ſunt condignæ paſſiones huius ſeculi ad futuram gloriam, & alibi. Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam, ſaluos nos fecit. Bona. in 2. d. 27. Rom. 8.

Secundo modo de congruo. i. facere illud, quòd eſt in ſe, & quod lex præcipit, & ſic dico; quòd licet homo de cõgruo poſſit mereri paradiſum, promiſſum per obſeruantiam legis, non tamen ſine gratia Dei. exemplũ de mercenario laborante in uinea, qui licet in occaſu ſolis lucratus ſit decem ſolidos, tamen illos non habet, ſed oportet quærere, & poſtulare a domino uineę. Ideo Chriſtus dicit operantibus petite, & accipietis, quærite, & inuenietis, pulſate & aperietur uobis.

Ad quartum, aliqui dicunt, quod ſic, exemplum de Diogene, qui potius voluit olera manducare, quam uti adulatione erga Dionyſium. Item de eius paupertate, quia omnes diuitias proiecit, & ſolum calicem ad bibendum retinuit; & una die uidens paſtorem manibus in pocula cauatis bibere calicem proiecit in aquam, dicẽs ignorabam naturam habere poculum. Item de pietate Coriolani. Qui a ſenatu Romano Valer. Max. Lib. 5.

DE PISCINA, IDEST DE LOtione peccatorum.

TOlle grabatum tuum, & ambula, Ioa. 5. Narrat Alber. Mag in Lib. de natura plantarum, quod cęleſtes influentiæ plus in vno loco, quam in alio influunt, quod quidem experientia nobis demonſtrat, quia in viſceribus terrę videmus aurum, argentum, & cętera metalla oriri, non autem in ſummitate ipſius terrę. Similiter in aliquibus partibus mundi, homines nigros, leones, & elephantes videmus, & in aliquibus partibus mundi non inueniuntur, Spiritualiter verò loquendo, licèt glorioſus Deus totius mundi machinæ gratiam ſuam influat, tamen plus in vno loco, quàm, in alio, & hoc clara experientia, quia catholicis, & militantibus in ſanƈta fide, abundantius dat Dona cæleſtia, & hac de cauſa, in hoc mundo piſcinam fabricauit, vt quicunq; a quacunq; infirmitate detenti eſſent, lauantes conſcientias ſuas, à peccatis ſanarentur. De qua piſcina hodie cum Euangelio traƈtaturi ſumus. Ioa. 5.

INTRODVCTIO EVANGELII.

Ps. 32 DIſputatur, cū Deus ſit miſericors Pſal. Miſericordia domini plena eſt terra Quare permittit humanū genus ita vexari infirmitatibus? Reſpōſio generalis Primo propter peccata noſtra contra Deum, contra animam, & contra proximum. Secundo ad cognitionem Dei. ſola vexatio dat intelleƈtum. Tertio ad meritum cumulandū neceſſe fuit vt tentatio probaret te. Tob. 12. non ergo mirum, Si multitudo hodie infirmorum à Chriſto in iſta piſcina inuenta eſt. Dicit. n. Euangeliſta. Erat dies feſtus Iudęorum, & aſcēdit IESVS Hieroſolymam. Si quęras de feſto, Reſpondeo, quòd erat feſtū Pentecoſtes. s. dationis legis, quia cū Iudæi maſculini ſexus tenerentur ter in anno, irè ad templum coràm domino. s. in Paſchate, in Pentecoſte, & in feſto tabernaculorum. Ideò ne Chriſtus diceretur transgreſſor legis iuit. Addit Chryſo. Poſtquam confirmauerit, quę ſupra diƈta ſunt, quòd etiam iuit ad feſtum, vt multos ibi propter feſtum congregatos, prædicando, & virtutem diuinam publicando, attraheret, & etiam infirmos inuentos ſanaret.

Isai. 27.

Ioa. 5

12

Chryſ.

Erat autem Hieroſolymis probatica piſcina, quę hębraicę cognominabatur Bethſaida, quinq; porticus habens, Si quęras, quid ſit Piſcina? Reſpondeo, quòd propè templum, erat quidam locus concauus, vbi aquę pluuiales templi, congregabantur, & tripliciter vocatur. Nam primo à latinis piſcina vocatur, per figuram à piſce, quia ibi non erant piſces, ſicut mors dicitur parca. per figuram cathacreſis, quia. s. nemini parcit. Secundo à gręcis vocabatur probatica. i. ouina, à probaton, quod eſt ouis, quoniam in ipſa lauabantur oues, quę templo offerebantur. Tertio ab hębręis dicebatur Betſaida, à bet, quod eſt domus, & ſaida, quod eſt gregis, vel pecudis, inde Bethſaida, quaſi domus pecudum, & diƈtum eſt ad lauandum. Quinque autē portici erāt, quinquę riuuli, quò deſcende-

ſcendebant famuli ſacerdotum ad lauandum hoſtias,& erant cooperti, ne aliquando propter pluuiam impedirentur.

In his iacebat multitudo aridorum, cæcorum,claudorum,&c. Quæritur de uirtute illius aquæ ſanatiuæ.Reſpõdet Chrys.quod Angelus deſcendens turbabat aquam,& ſic portabat de cęlo illam uirtutem ſanatiuam. Aris.

Alia opinio,quod illa aqua habebat illam uirtutem ſanatiuam,quia illud lignum,ſuper quo Chriſtus mortuus eſt,ibi erat. Quæritur quomodo hoc ſecretum peruenit ad lucem,Reſpondeo,quòd quando Regina ſaba venit Hieruſalem audire ſapientiam ſalominis,in eius reditu ad ſuum regnũ, quando tranſibat torrentem, erat ibi quoddam lignum quod ſeruiebat ad tranſeundum,& habens pedem ſuper lignum,ut trãſiret,ſibi reuelatum fuit, quòd in illo ligno quidam Rex Iſrael debebat ſuſpendi,& ſic noluit illud lignum pedibus calcare,ſed ſub eo tranſiit, cũ vero ipſa peruenit in proprio regno,præfatam reuelationem Salomoni anunciauit. 3 re.10.

Qui Salomon eo ſtatim accepto,ab ſcondit illud propè templum ſub terra,20:paſſus,& hic facta eſt illa cõcauitas,quæ dicitur piſcina, & cum uenit tempus paſſionis Chriſti,illud miraculosè venit ſuper aquam,&c.

Si quæras,quo tẽpore Angelus deſcendebat.Reſpondeo, quod tempus erat indeterminatum, & indiuerſis tempus. Ideo ſemper ibi ſtabant infirmi,expectãtes aquæ motum. Quæritur,quo,tempore incepitt fieri talis motio. Reſpondet lyra quod appropinquante Euangelij ueritate, dominus voluit figuram baptiſmi nobis dare,quia ſicut illa aqua mundabat infirmitates, ita baptiſmus mundaturus erat nos à peccato originali. Erat autem ibi quidam.s.paraliticus, 38. annos habẽs in infirmitate ſua, cui Chriſtus ait, vis ſanus fieri? Nico.

Quare Chriſtus iſti ſoli locutus eſt, & iſtum ſolum ſanauit, & non alios? Reſpondeo, quia maiorem, in eo cognouit, deuotionem,vnde dicunt expoſitores,quòd non eſt credendum ſanaſſe omnes illos infirmos, qui ad eũ veniebant, non quia non poſſet illos ſanare,quia erat Deus, ſed ratione eorum incapacitatis, quia deuoti non erant.

Si autem quæras,cur Chriſtus interrogat illum,ſi vult ſanari.cum ad hũc finem ibi maneret? Reſpondet Chrys. quòd hoc fecit Chriſtus,nõ quia ignoraret eius uoluntatem, ſed vt per eius reſponſionem, cognoſceretur publicè eius patientia.s.38.annorum ibi. quæ reſponſio talis fuit.s. Domine hominem non habeo, qui cum turbata fuerit aqua,mittat me in piſcinam, dũ venio enim ego,ante me alius venit, qua de re, ei compatiens Chriſtus dixit. Chryſ.

Surge tolle grabatum tuum, & ambula,& ſtatim ſanus factus eſt.Primo, quid eſt grabatum? Reſpondeo,eſt illud ad quod gradimur, vt reclinemus caput.i.genus lecti,ſuper quo iacebat paralyticus tanto tempore.Secundo, Quare dicit ambula,nõ aſſignando locũ ad quẽ debebat ambulare; Rñdeo quòd Chriſtus non curauit aſſignare ei locum,ſed dixit,ambula,vt videretur miraculum Dei.&c.

Tertio,Quare dixit ſanus factus es? Reſpondeo ad confuſionem iudæorũ non credentium miraculis Chriſti, & contra illos, qui ſignum quærebant de cœlo.

Videntes autem Iudæi dixerunt,hodie ſabbatum eſt,nõ licet tollere grabatum (quòd quidem nil aliud erat niſi oſtendere virtutem diuinam)probatur, ſic, quia ſi principes ſacerdotum volebant, quòd in ſabbato eſſet licitũ vacare temporalibus.s. uendere in templo oues, & boues, & animalia propter eorum auaritiã, cur ergo non erat licitum tollere grabatum? & gloriam Dei publicare? Quęritur,ſi Chriſtus venit ad implere legem, ſicut ipſe teſtatur,dicens non veni ſoluere lagẽ, ſed adimplere, Cur ergo dies ſabbati (quod Mat.15

(quod eſt tertium madatum in lege) ab eo non ſeruatur? Reſpondeo, quòd præcepta Dei, aliqua erant cæremonialia, & aliqua moralia, Ceremonialia, ut comeſtio agni, quæ figurabat ſacramentum; vt circuncisio, quę figurabat baptiſmum, & huiuſmodi, debebant in aduẽtu Chriſti ceſſare, quia adueniente figurato, ceſſabant figurę. Præcepta autem moralia fuerunt confirmata a Chriſto, ſed quia dies Sabbati in veteri lege, licèt eſſet morale in quantum licebat de omni hebdomada accipere vnum diem ad vacãdum diuinis, tamen erat etiam cæremoniale, in quantum limitauerunt illum diẽ, & non alium, ideò eccleſia in quantũ cæremoniale noluit illam diem obſeruare, ſed illum mutauit in diem dominicum, quia tali die reſurrexit Chriſtus, a quo redempti ſumus, renati ſumus, & nouum modum viuendi in gratia Dei inuenimus.

Qui me ſanum fecit dixit, tolle grabatum. Hic dicendus eſt totus textus, vſq; in finem. Quæritur pro fine quare Chriſtus non admonebat, quos ſanabat, ſicut admonuit paralyticum? Reſpondet Aug. Quia non omnes infir- Aug.
mabatur propter peccata (ſicut iſte,) ſed vt in aliorum ſanatione opera dei manifeſtarentur.

Primum documentum. in diebus feſtiuis debemus dimittere temporalia, ſed tantum ad cultum diuinum mentem applicare. Exemplo Chriſti, qui ad feſtum acce&t.&c.

Secundum documentum, quód cõpatiendum eſt infirmis, & illis ſubueniendum, quia nõ habent modum ſubueniendi ſibi, niſi ijs a nobis tribuatur auxilium. Ideò Chriſtus hodie, ad noſtram inſtructionem. &c.

Tertium documẽtum; ſicut propter transgreſſionem præceptorum humanorum ſequitur pæna corporalis, vel pecuniaria, ſic a fortiori, per trãsgreſſionem præceptorum diuinorum, ſequitur pęna ſpiritualis. s. perditio animę, ergo magis oportet Deo obedire, quam hominibus. &c.

Quartum documentum: debemus lauare conſcientias noſtras infirmas, in iſta piſcina, & ſic ab omnibus peccatis noſtris loti, gratiã inueniemus. de qua piſcina aliqua tractabimus.

Primo, an infirmus a ſe ipſo poſſit ſe lauare, & lauando ſe ſanare?

Secũdo, An infirmus per iſtam lotionem, recuperet primam ſanitatem?

Tertio, An iſta lotio, vel aqua ſanet a quacunq; graui infirmitate?

Quarto, An infirmus ſit certus, lauando ſe, ſanari?

Quinto, Quomodo eſt facta iſta Piſcina, in qua ſanantur infirmi?

Ad primum Pelagiani hæretici dicunt, quòd, ſic, iſto modo. s. Aut Deus homini dedit liberum arbitrium, aut non; non eſt dicendum, quòd non quia certum eſt, quòd ſumus liberi. Si ſic, ergo peccator eſt liber, ergo peccator ſuo libero arbitrio poteſt ſe ſaluare, & lauando ſe ſanare, Hoc autem eſt falſum; quia ſicut heri vidimus, ſcriptum eſt. ſine me nihil poteſtis facere ideſt ſine gratia mea. ergo Ioan.15.
non &c.

Ad quæſtionem, Reſpondeo, aut intelligis, an peccator poſſit ſe ſaluare, aut ſe ſanare. Si primo, eſt pænitentia diſpoſitiua, quæ ordinat ad paradiſum. & ſic dico, quod homo per libertatem ſui liberi arbitrij a ſemetipſo poteſt diſpoſitiuè ſe lauare. i. incipere ſe diſponere ad lauandum, quæ diſpoſitio, non dat paradiſum immediatè; ſed ordinat, ad paradiſum immediatè; ſed ordinat, ad paradiſum; aut intelligis, an peccator poſſit ſe ſanare, quę ſanatio eſt pęnitentia perfectiua, quæ immediatè dat paradiſum, & ſic dico, quòd homo a ſemetipſo ſine grã gratũ faciente, nõ poteſt perfectiuè ſe lauare. i. ſanare conſcientiã ſuã, quia ſequeretur quòd hõ poſſet ſaluare aĩam ſuã ſine Deo, qđ eſt falsũ, quòd ꝓbatur ꝑ ſimilitudinẽ piſcinæ, iſto mõ videli.

Sicut in piſcina ad ſanitatẽ infirmi tria cõcurrũt. s. primo, motio aquæ ab Angelo. Scdõ, lotio iſirmi a ſemetipſo

infirmo, & Tertio, ſanatio infirmi? Sic piſcina ſpirituali .i. in pœnitentia, iſta tria cõcurrunt. primo, inſpiratio Dei, qui ſemper nos inſpirat, ibi, ego ſto ad hoſtium &c. Secundo lotio, & pœnitentia .i. lachrymę, cõfeſſio, eleemoſina, &c. Tertio, gratia Dei, à Deo infuſa, ergo ſine gratia Dei non poteſt homo perfectiuè ſe ſanare, & paradiſum acquirere, vnde Apoſtolus, omne donum de ſurſum eſt deſcẽdẽs a patre luminum, ſicut donum, ſiue ſit ſpirituale ſiue ſit temporale, donum ſpirituale eſt fides, ſpes, charitas, gratia &c.

Ad ſecundum Reſpondeo, uel intelligitur quoad gratiam, vel quò ad virtutes, uel quò ad opera meritoria. ſi primò, Dico, quòd aliqui dicunt, quòd peccator per lotionem in piſcina factam .i. per pœnitentiam, poteſt ad maiorem reſurgere gratiam, immo quod ſemper ad maiorem reſurgit gratiam, & probant ſic, certum eſt, quod peccator per pœnitentiam acquirit Dei gratiam, deinde per talia bona opera recuperat illam primam gratiam, quam perdidit propter peccata, ergo maiorem uel duplicatam acquirit gratiam per lotionem conſcientię in pœnitentia. Exemplum de ſeruo militis, quem oderat dominus eius, qui per actum bonum in prælio factum contra inimicos, non ſolum primam gratiam ſui domini recuperat perditam, ſed & nouam, & maiorem gratiam, & munera acquirit, quandoquidem ei largitur equum, arma & huiuſmodi dona. Alii aliter dicunt. s. quòd peccator, per pœnitentiam ſuam poteſt ad maiorem, uel minorem reſurgere gratiam, ſecundum feruorem actus illius pęnitentiæ. Ratio autem hæc eſt, quia ſicut Deus dat gloriam homini ſecundum feruorem .i. multitudinem bonorum operum, ita dat gratiam homini ſecundum feruorem pœnitentię, cuius rei hoc ſit exemplum. Poſſet aliquis exiſtens in centum gradibus gratiæ, peccare, & poſtea ſe, & peccatum ſuum agnoſcens, ita remiſ-sè, & tepidè pœnitere, quod uix recuperabit vnum gradum gratiæ perditę, vel ita intensè, quòd plures acquiret gradus. exemplum de Magdalena, quę propter feruorem ſuę pęnitentiæ, maiorem inuenit gratiam, quàm primo. Vel intelligitur quo ad uirtutes, & ſic diſtinguitur, uel de uirtutibus infuſis, ſicut de fide, de ſpe, & de charitate, & de iſtis dico, quod per pęnitentiam redeunt, quia ſunt neceſſariæ ad ſalutem, vel quo ad virtutes morales, & ſic dico, quòd non tam citò redeunt, propter malum habitum factum peccandi, niſi pœnitens ſit ſolicitius recuperare primos actus bonos, quos habebat ante peccatum. Sicut fecit Magdalena. Vel intelligitur, quò ad opera meritoria, & ſic dico, quòd quædam ſunt opera uiua .ſ. facta in charitate, quædam autem ſunt mortua .s. facta ſine charitate, & in peccato, & iſta adeò ſunt mortua, quòd amplius non reuiuiſcunt, quædam autem ſunt mortificata .ſ. facta ante peccatum, quæ prius erant uiua, ſed mortificata per peccatum, & iſta reuiuiſcunt. Si autẽ dicas, ergo tanta bona opera facta in peccato ſunt totaliter mortua? Reſpondeo. Certum eſt, ꝙ ſunt omnia mortua, ita ut non reuiuiſcent. Sed notandum eſt, ꝙ de bonis operibus factis in peccato poſſumus aliqualiter mereri. Sed primò pœnitendo de illis peccatis, in quibus fecimus talia bona opera. Secundo gaudendo de illis bonis operibus, ſed nõ in peccato factis, & eſt actus meritorius.

Ad tertium Reſpondeo, quòd nullum eſt peccatum quãtuncunq; magnum, quin per pœnitentiam poſsit deleri, ratio hæc eſt, qa ſi ſecus eſſet .ſ. ſi peccatum non poſſet remitti; aut eſſet qa hominem non poſset horum pœnitere, aut eſſet quia Deus non poſſet dimittere; non primum, quia derogaretur libero arbitrio (quo ſtante) hominem poteſt pænitere ad libitum ſuum non ſecundum, quia derogaretur potentiæ diuinę Exẽplũ de Manaſſe rege Hieruſalẽ, qui tria mala fecit Primo,

poſuit.

poſuit in tẽplo idolũ, & induxit populum ad idola adoranda. Secundo ſacrificabat filios paruulos ꝑ ignẽ idolis, & faciebat pulſare tympana, ne parentes gemitum filiorum audirent. Tertio occidit Prophetas à Deo miſſos, & fecit ſanguinẽ currere per Hieruſalem, tandẽ aliquando captus a rege Babilonis, & catenis ligatus orauit Deum, & obtinuit gratiam.

Ad quartum dico, ꝙ ſic, quia forma non introducitur niſi in materia diſpoſita, & præparata exemplum dat philoſophus dicens, quòd ignis non introducitur in re humida, & madefacta, quia eſt in diſpoſita ad receptionem ignis. Ad propoſitum anima noſtra ſimiliter, dum eſt humida, & madefacta propter peccatum, eſt indiſpoſita ad receptionem gratię, ſed lotis peccatis per lotionem piſcinæ, & pœnitẽtiæ, forma.i.gratia Dei introducitur.

Ad Quintum. Reſpondeo cum textu euangelii, quòd habet quinque porticus, quorum

Primus porticus eſt paradiſi, & iſte hẽt tres gradus ad deſcendendum in piſcinam s. beatitudinis promiſſioẽ, diuina inſpiratio, & bonorum participatio.

Secundus porticus dicitur eccleſiæ, & habet tres gradus ad deſcendendũ in Piſcinã, primus exhortatio (quia Chriſius hortatur nos. (Secundus exemplaritas (exemplo ſanctorum). Tertius excõmunicatio, quia. s. non pœnitentes ſunt excõmunicati ab eccleſia &c.

Tertius dicitur porticus cõſcientię, & habet tres gradus, ſinderesis, ratio ſuperior, & ſtimulus.

Quartus eſt porticus flagellorum, & habet tres gradus ad deſcendendum in piſcinam. primus eſt flagellũ ſpirituale. Secundus eſt corporale. Tertius eſt mundanum. diſcurre tu in omnibus tuo arbitratu, tum exemplis, tum ſimilitudinibus, & quibusuis aliis modis, & mediis.

Quintus porticus dicitur inferni, & habet tres gradus. s. Diaboli, qui erit dominus tuus.

Secundus eſt damnati, qui erit ſocius non pænitentis. Tertius ignis æternus, qui flagellabit, & cruciabit. &c.

Lauamini ergo cum lachrimis Dauid dicentis, fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Lauamini cum Iob dicentis; dimitte me ut plangã paulum dolorem meum, antequã uadam, & non reuertar. Lauamini cum Petro, qui poſt peccatum iuit in cauernam & fleuit amarè &c. lauamini cũ Magdalena, ut tãdem Chriſtus nobis lotis, dicat cum paralytico. Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Amen.

Iob. 10.

Luc. 22.

DE NATIVITATE *Virginis Mariæ.*

Eſai. 11. *EGredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Antiquitus mos erat, vt quiſque ſuorum principum, maxima ſolennitate natalitia celebraret, hoc Item vehementi gaudio principer ipſi ſuæ ipſius natiuitatis diem ſolemniter ſingulis annis celebrabant. Vnde Marcus dicit. He*-
Mar. 6. *rodes Rex in die Natalis ſui cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galileæ.*

Si antiqui hoc fecerunt propter reuerentiam ſuorum regum, quanto frequentius debent Chriſtiani, & maiori reuerentia, & maiori deuotione natalitia ſanctæ Mariæ matris Dei memoriam recolere? Vnde Aug. in ſermone. cantate
Aug. *cœleſtes ſpiritus, lapides nolite tacere, quoniam nata eſt illa virgo, quæ protulit fragrantiam miri odoris, De cuius natiuitate, hodie tractaturi ſumus, eiuſdem genitricis auxilio.*

Ratione reædificationis. NAtiuitatem Virginis Mariæ fuiſſe neceſſariam humano generi probatur.

Primũ fundamẽtum eſt ciuile, caſus eſt talis: Locaui tibi aream cum pacto, ut in ea domum ædifices, in qua me reciperes, quandocunquè ad te venirem, ędificaſti domum, & antequàm uenirem labe ędificij, vel alia culpa tua, domus corruit, conuenio te vt reędifices. Queritur an poſſim in nocte venire? & clarũ eſt, quòd ſic, quia in hoc mecum conueniſti, ut me reciperes in domo, quãdo venirem. Sic igitur in propoſito. cũ Deus locauerit formam corporis Adę primo homini, vt ex illius coſta ędificaretur mulier vna, in qua ipſe Deus habitaret, & ex illa naſceretur, Hæc domus ſuggeſtione Diaboli, & pręuaricatione hominis corruit ergo debuit ille homo ex ſua ſtirpe aliam producere mulierem, quæ eſſet ſtabilis domus, & non corrueret, durante locatione Dei ad genus humanum; hęc autem fuit Maria virgo, in qua Chriſtus filius Dei habitauit Hic habitabo, *Pſal. 131.*
quoniam elegi eam.

Fundamentum ſecundę rationis habetur in Autentico, vbi dicitur, q̃ filij *Ratione ſucceſſionis.*
naturales, exiſtentibus legitimis non poſſunt ſuccedere ab inteſtato, poteſt tamẽ vna vncia naturalibus dari; quæ eſt duodecima pars hæreditatis, & ſimiliter concubinæ una uncia, uel dimidia &c.

Nos ergo, qui non ſumus legitimi ob priorem fornicationem Euæ, qua tota humana natura corrupta eſt, quia non poteramus ſuccedere in tota hæreditate patris noſtri Dei, qui creauit nos, vt hęredes fieremus Paradiſi, ipſe Deus (vt faceret nos legitimos) deſpõſauit ſibi ancillam .s. humanã naturã, accipiendo in matrem Virginem pudicam, ſanctam, omni dignitate præditam, & hæc fuit Maria uirgo, Ideo poſſumus lætabundi cum Paulo dicere, *Gal. 4.*
non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate liberauit nos Chriſtus.

Fundamentũ tertiæ rationis ponit *Rõe ſubuentionis.*
Iuriscõſultus, dicens, quod deceptis, & fraudatis, debet ſubueniri; cum ergo

go Diabolus deceperit humanum genus mendacijs. & ſeducendo primam mulierem Ideò oportuit homini decepto prouideri de remedio opportuno, & modo qui deceptioni magis proportione reſponderet, ſed aptior, & magis accommodatus hic modus eſt, qa ſicut per mulierē peccatricem fuit humanum genus deperditum, & a ſtatu ſuo deiectum, ita e contrario, debuit per mulierem innocentem, & puram reſtitui in integrum quæ eſſet ſuperatrix Diaboli. ergo fuit neceſſarium Mariam naſci. Ad ampliorem laudem beatæ virginis uideamus tria.

Primo, An Deus potuerit facere uirginem digniorem, quàm fecit?

Secundo, An Virgo potuerit peccare?

Luc. 1. Tertio, An uirgo plus ualeat apud Deum, quàm omnes Sancti?

Ad primum dico, quòd non. Angelo dicente, gratia plena, ſed quia pleno nihil poteſt addi ergo &c. Confirmat hoc Hiero. dicens, cæteris ꝑ partem, ſed plenitudo gratiarum in Maria ſe totam infundit. Si dicas. Aut Deus potuit facere illam digniorem, aut non; non Secundo modo, quia ſequeretur, quòd ipſa eſſet infinita, ſicut Deus, qui non poteſt eſſe dignior, & perfectior, & cui nihil perfectionis addi poteſt.

Hiero.

Hoc autem eſt falſum. ſ. quòd ſit infinita, ergo Deus potuit illam facere digniorem. &c.

Reſpondeo, quòd potentia Dei hic poteſt capi dupliciter, prima dicitur reſpectiua, quæ reſpicit rem actam, & ſic in quantum pura creatura, & fęmina, Deus non potuit illam facere digniorem tribus rationibus. Prima, qa ipſa de ſtirpe, vel ſemine Abraæ, ꝙ interepreatur pater gentium in hoc mundo, & pater animarum in limbo. Vnde ſcriptum eſt non eſt inuentus ſimilis &c.

Eccli. 44 Secunda, quia quanto magis aliquis eſt longiniquior à peccato. tanto eſt dignior, ſed Maria eſt ab omni peccato immunis. Ambr. ad Gaba ſuper illud egredietur dicit. Hæc eſt uirga in qua nec nodus originali, nec cortex uenialis culpæ fuit. Amb.

Tertia quia aſſumpta in cęlū, & in anima, & in corpore: ratio, quia ſicut primus pater, & prima mater. Adam. ſ. & Eua, corporaliter, & ſpiritualiter, de paradiſo terreſtri fuerunt expulſi, ita Chriſtus & Maria, in paradiſum cęleſtem, ſaluato humano genere, corporaliter, & ſpiritualiter. aſcenderunt. Vnde Auguſtin. dicit. Sicut Chriſtus. glorificatus eſt, & in corpore, & in anima, ita piè tenendum eſt de virgine Maria, & Hieronymus, Chriſtus de iure neceſſario, ſed Maria hanc gratiam habuit ex priuilegio. Aug. 12. de ciuita. Dei. Hiero.

Secunda, potentia Dei dicitur abſoluta, & ſic dico quòd Deus, quia infinitè bonus, & potens, poterat addere perfectioni perfectioni, & dignitatem dignitati, & procedere in infinitum, tamen nō fuiſſet poſtea pura fęmina, exemplum de magiſtro faciente inſtrumentum ſ. citharam, quia adeò poteſt addere perfectionem perfectioni in illo inſtrumento, ꝙ faciet orgánum, ſed non erit poſtea cithara.

Ad ſecundum Reſpondeo, quòd poſſe peccare, poteſt intelligi dupliciter aut potentia remota, aut potētia propinqua, Prima eſt habere libertatem & uoluntatem uertibilem ad malum & ſic dico, ꝙ (Chriſto excepto) virgo & Sancti omnes potuerūt peccare. i. habuerunt libertatē, & uoluntatem uertibilem ad peccatum. Secunda potētia propinqua eſt deuenire ad actū peccati, & iſto modo nec Chriſtus, propter unionem diuinæ & humanæ, nec virgo, ex quo plena gratia ideo cōſeruabatur in cōtinuo amore Dei potuerunt peccare. Si modò admiratus quæras, an in uirgine fuerit fomes peccati? Reſpondeo, ſed primo notandum, quid ſit fomes peccati: & dico quod licet in ſtatu innocentiæ, eſſet illa iuſtitia originalis, quę ſemper inclinabat liberum arbitrium, ad. Sco. in 3. d. 12. Sco. in 3. d. 4.

ad bonum;tamen adhuc homo habebat inclinationem, vel voluntatem vertibilem ad malum, ꝙ patuit, quia peccare voluerunt, illa ergo inclinatio vel vertibilitas ad malum, dicitur fomes peccati.

Tho. Aliqui verò dicunt tractãtes iſtam materiam, quòd in prima ſanctificatione Virginis .s. quando Deus creauit, & infudit animam eius in materia organizata in uentre Annæ, quòd Maria contraxit peccatum originale, propter legem communem, & quod ſtatim fuit ſanctificata a Deo, & quod in illa ſanctificatione ille fomes peccati, vel inclinatio, vel vertibilitas liberi arbitrij ad malum, fuit ligata, ſic videlicet, quod licet ille fomes poſſet aliàs inclinare ad malum, de cætero ſolùm ad bonum, & hoc per gratiam collatam. In ſecunda uero ſanctificatione.s.in conceptione verbi, quando verbum aſſumpſit carnẽ in utero eius, quod Deus per gratiam ſpecialem ſuæ matri ablatus eſt ille fomes, vel inclinatio ad malum, & eius liberum arbitrium tunc, & ſemper deinceps fuit inclinatum ad bonum.

Sco. in 3 d. 3 q. 1. Alij aliter dicunt.s.quod in eius cõceptione prima, nullo modo contraxit peccatum originale, & quod fomes ille non fuit ligatus, ſed ipſa ſemper per gratiam collatam, fuit priuata illa inclinatione, vel vertibilitate ad malum. Secundo dico, ex quo Deus potuit illam priuare fomite, & nihil ſibi erat. Ideo dicendum quod propter honorem ſuum ſemper fomite fuit priuata, &c.

Ad Tertium Reſpondeo, quod hæc queſtio poteſt intelligi dupliciter. primo coniunctim, puta accipiendo omnes Prophetas, Patriarchas, Apoſtolos, Martyres, Confeſſores, & omnes ſanctos ac sãctas ab vno latere ſimul, ab alio uero ponatur virgo Maria. Reſpondeo, quod tota curia magis valet, vnde canit eccleſia, multiplicatis interceſſoribus largiaris. Secundo modo diuiſim. & ſic dico, quod ipſa magis ualet, & poteſt, quam alij ſancti, propter quatuor rationes prima, propter locum, quem ipſa tenet, quia ſummus chorus Angelorum plus valet, quàm medius, & medius, quã infimus. Sed ipſa virgo eſt ſupra omnes Angelos. Vnde eccleſia exaltata eſt ſancta Dei genetrix ſuper choros Angelorũ. ergo plus ualet. Secunda ratio eſt patientia, qua multa virgo paſſa eſt, nam auctor de cauſis dicit, vbi maior difficultas, ibi ratio maioris præmij. Sed virgo plus paſſa eſt, quam cęteri. ergo plus debet pręmiari, & diligi. Tertia ratio eſt maternitas, quia ſi mater plus poteſt apud filium, quàm cæteri; ergo Maria plus apud Deum. &c. Quarta ratio eſt communicatio, quia .s. communicauit ſecreta Angelis, & gratias procurat hominibus; de angelis patet, quia ſi illuminationes Angelorũ fiant ſecundum ordinem gratiarum, & non ſecundum ordinem naturarum. cum ipſa ſit ſuper omnes choros, ergo prima ſciens ſecreta Dei, ergo reuelat Angelis, & communicat eis ſecreta. Quod autem hominibus procuret gratias, hoc eſt manifeſtum, quia niſi ipſa intercederet pro nobis, uhę omnibus nobis, vnde eccleſia deprecãdo ipſam cantat, ſancta Maria ſuccurre miſeris, refoue puſillanimes, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo ſexu; ſentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam ſanctam Natiuitatem. Nec mirum ſi propheta pręuidens Virginis Natiuitatem dixit, egredietur uirga de radice Ieſſe, ideſt virgo Maria de ſtirpe Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.i. Chriſtus, qui eſt flos florum, aſcẽdet veniens ad nos, tamquam pater, & redemptor aſcendet ad crucem, & tandem aſcendet in cælum, Qui ſit benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Diui. de ſãg. Hua. Sco. in 3 d 14. contra Diu. Iſai. 11.

DE BEATITVDINE.

Mat. 17 *HIc eſt filius meus dilectus in quo mihi benè complacui, ipſum audite Mat. 17. Tres ſunt cauſæ, propter quas, res vna alteri appropinquat. Prima eſt inclinatio naturalis, & per iſtam cauſam videmus lapidem naturaliter deſcendere. & centro ſe appropinquare. Secunda eſt neceſsitas corporalis, & per iſtam cauſam uidemus famelicum appropinquantem cibo, & infirmum medicinę. Tertia eſt vtilitas ſpecialis, & per iſtam cauſam videmus mercatorem appropinquare ſe merci, propter commodum lucri. Spiritualiter; iſtis tribus cauſis debemus nos appropinquare Deo. Primo inclinatione naturali, quia ipſe eſt cauſa efficiens formalis, & finalis noſtri eſſe. Secundo neceſsitate corporali, quia vita, ſanitas, & alia corpori neceſſaria à Deo ſunt. Tertio vtilitate ſpeciali, quia ipſe ſolus nobis dat beatitudinem. De qua hodie conformiter cum euangelio. &c.*

INTRODVCTIO EVANGELII.

FIt diſputatio inter Doctores, an purus homo poſſit videre hominē beatificum in corpore, & in anima? quidā dicūt, quòd non. quia corpus beatum lucet magis, quàm ſol, ſed homo purus non poteſt videre ſolem, ergo minus corpus beatificum. Reſpondet Aug. in libro. de vid. Deum. (Aug.)

Quòd ſicut in poteſtate noſtra eſt corporalia iſta videre, ſic in poteſtate corporum beatorum, videri, & non videri à nobis. Cum ergo dicitur de ſole. Reſpondeo in ſole duo ſunt. ſ. calor, & ſplendor, quo ad calorem, ſol non poteſt uideri, quia ille calor diſſipat pupillam oculi, quo verò ad ſplēdorem, quod eſt natura ſua confortatiuus, ſol bene poteſt videri; ſed quia in corpore glorioſo, ſplendor tantum eſt, & non calor, ideo poteſt videri. Nec mirum ſi hodie Apoſtoli uiderūt Chriſtum in corpore beatum. i. transfiguratum, ſed uideamus textum.

Aſſumpſit Ieſus Petrum, Iacobum, & Ioānem Fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & trāſfigoratus eſt ante eos.

Primo quęritur, quare illos tras tantum aſſumpſit diſcipulos? Reſpōdeo, quòd hoc fecit propter tres prærogatiuas, quas illi tres habebant, propter quas digni facti ſunt uidere Chriſtum transfiguratum. Petrus. n. habebat prærogatiuam fidei, quia magis feruens. Iacobus prærogatiuam martyrij, vt patet. in actibus quia primus inter diſcipulos martyr, ab Herode occiſus eſt. (Act. 12) Ioannes vero prærogatiuam virginitatis. Si autem quęras, quare ſuper mōtem tabor, & non in plano transfiguratus eſt? Reſpondet Remigius, quod Chriſtus voluit diſcipulis, & per conſequens nobis oſtendere, quòd futura gloria, nō in voluptatibus huius mundi inuenitur? ſed ſuper montem altum. ſ. in cœlo.

Quæritur, An Chriſtus in aliam mutatus ſit figuram, quia dicit transfiguratus eſt. Reſpondet Hiero. dicens. Nemo putet priſtinam formam, vel faciem perdidiſſe, ideò Euangeliſta hoc declarans ſubiunxit dicens. Reſplen-

duit facies eius, ſicut ſol, & veſtimenta alba facta ſunt uelut nix. Si quæras de illo fulgore, & claritate faciei, & veſtimentorum.

Tho. in 3 d.16 q 2 ar. 2 Reſpondeo, quòd ille fulgor erat eiusdem generis cum fulgore corporum glorificatorum, quo corpus Chriſti diuinitus fuit indutum. Si autem dicas, an totum corpus, an ſolũ facies? Reſpondeo, quod totum corpus, ſed Euangeliſta ſolum facit mentionem de capite, tum quia nobilior pars corporis, tùm quia ibi eſt figura ſynecdoche. Vbi pars pro toto capitur. Quęritur, cũ anima Chriſti a principio creationis fuerit glorioſa, cur corpus ſimiliter non fuit glorioſum? Reſpondeo, quòd hoc fuit ex diſpenſatione diuina, ut. ſ. corpus illud Chriſti expleret myſteria noſtra redemptionis. Ideò ſi corpus fuiſſet glorioſum, fuiſſet impaſſibile, & ſic non potuiſſet pati. (Tho. ubi ſupra.)

Cur autem voluit transfigurari? Reſpondeo tribus rationibus. Prima ut illum verum Deum cognoſcerent. Secunda, ne in paſſione eius ſcandalizarentur. Tertia vt in die iudicij ſimilem formam glorioſam agnoſcerent, licèt corpus illud in die iudicij erit impaſſibile.

Si autem quęras teſtimonium iſtius transfigurationis? Reſpondeo, aut intelligitur de perſonis diuinis, aut de humanis, ſi primo Pater in uoce, Fili' in carne, Spirtus ſanctus in nube. ſi ſecundo diſtinguitur, aut de perſonis noui teſtamenti, aut veteris teſtamenti, ſi noui Petrus, Iacobus, & Ioannes, ſi veteris diſtinguitur, aut de viuis, aut de mortuis, de Primo Helias, de ſecundo Moyſes, & hoc patet ex textu.

Et ecce apparuerunt illis Moyſes, & Helias cum eo loquentes quæritur quare iſti duo apparuerunt illis? Reſpondeo primo, ut eſſent teſtes eius transfigurationis, quia Moyſes lator legis, Chriſtus confirmator, Helias au- 3 Reg 19 tem æmulator legis. Zelo Zelatus ſum pro domino exercituum.

Secundò, quia voluit teſtimonium ab omnibus, viuentibus inquam, & mortuis. Quæritur quomodo illuc venerunt, quia Moyſes erat mortuus, & Helias viuens adhuc erat in Paradiſo terreſtri.

Prima opinio fuit aliquorum dicentium, quòd non verè ibi apparuerunt Moyſes, & Helias, nec corporibus, nec animabus proprijs, ſed ſuper mõtem Tabor erant duo corpora, quæ repræſentabant Moyſem, & Heliam, & hęc eſt opinio illius gloſſæ de mirabilibus ſacrę ſcripturę, quæ falſo attribuitur Aug. & non eſt liber authenticus. Secunda eſt uera opinio Hiero Iero. expreſsè dicentis, quod Chriſtus phariſęis indignis dare ſignum de cęlo noluit, & ne diſcipuli ſcandalizarentur, & ut eorum fidem augeret, ideò virtute diuina Helias de loco eminenti, ad 4 Reg 2 quem fuerat raptus, adductus fuit. & ſimiliter Moyſes ibi de limbo patrum adductus fuit, non quia reſurrexerit, ſed eius animę fuit aſſignatum quoddam corpus, quod aſſumpſit, & apparuit in corpore, ſicut Angeli; ſed in propria anima. Si autem quæras quid loquebantur cum Chriſto Reſpõdeo, quod nec Marc. nec Mat. faciunt mentionem. Sed Luc. dicit, quod loquebãtur de exceſſu eius. futuræ paſſionis.

Domine bonum eſt nos hic eſſe, ſi vis, faciam' hic tria tabernacula. &c. Quæritur quare Petrus ſic dixit? Re- Orig. ſpondet Orig. quia prius audiuerat a Chriſto, quòd oportebat ire Hieroſolymam, ubi Chriſtum odio proſequebantur, ideo Petrus timens de Chriſto, dicit. Bonum eſt hic nos eſſe, & nõ hieroſolymis. &c.

Quæritur, an Petrus benè dicebat? Remig. Reſpondet Remi Quod non, quia volebat regnum Dei in terra, quòd promiſſum eſt in cęlo. Item errauit, quia ſine guſtu mortis, uoluit habere ęternam patriam, & ideo Chriſtus nihil ei Reſpoudit, quia imprudẽter locus eſt.

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos, & ecce uox de nube dicens, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite. &c.

Quæritur quarè Pater præcipit filiũ ſuum audiri? Reſpondeo propter tria. Primo propter ſapientiam, quia filius Dei eſt ſapientia patris. Secundo propter virtutes .s. infuſas, & morales, quæ tendunt ad Deum. Tertio propter beneficia; quia venit lauare nos ſanguine ſuo à peccatis noſtris. Quare audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam: Cum Chriſtus venerit docere, & non terrere? Reſpondeo, ut diſcipuli cognoſcerent, quòd iſta gloria eſt tãtę excellentiæ, quòd præcedit omnes intelligentias humanas, & quòd intellectus noſter pro ſtatu iſto non poteſt illam magnitudinẽ cognoſcere. Noluit autem Chriſtus hanc viſionem manifeſtari cęteris diſcipulis, niſi poſt reſurrectionem, ut magis, atque magis, in reſurrectionem & transfigurationem crederent.

Primum documentum; Si volumus videre Chriſtum transfiguratum. ſ. in gloria, debemus habere illas tres prę rogatiuas illorum trium diſcipulorum .ſ. fidem, promptitudinem martyrij, & virginitatem.

Secundum documentum: Opera noſtra debemus facere ſuper montem. id eſt eleuare mentem noſtram in cęlum quando ieiunamus, oramus, eleemoſinam facimus, & non cogitare mundum in terra plana. Diſcurre.

Tertium documentum, ſi volumus loqui cum Chriſto, debemus declarare legem ſubditis, & illam amare, ſicut Moyſes, & Helias. Dilata: Quartum documentum; pater miſit filium ſuum ut eſſet noſter dux, qui nos ad gloriam paradiſi duceret, ideo hic eſt filius meus dilectus. &c. De qua beatitudine vel gloria aliqua uidebimus.

Primo. Quid ſit beatitudo?

Secundo. An animę ſint æqualiter beatæ?

Tertio, Quomodo creaturæ volunt beatificari?

Quarto, quare difficulter Chriſtiani ſaluantur?

Ad Primum. ſ. quid ſit beatitudo. Reſpõdet Boetius, quòd eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus, vel melius. Beatitudo eſt finis ſa- *Boe. de con. li. 3.* tians appetitum hominis. Sed veniamus ad doctiorem definitionem; Beatitudo eſt bonum ſufficiens, perfectũ, *Bona. in 4. d. 49. Sco. in 4 d. 49. q.* vltimatum, quo habito complete, bene eſt habenti. Prima particula, dicitur ſufficiens ad excludendum omnem indigentiam. Secunda, dicitur perfectum, ad excludendum omnem imperfectionem. Tertia dicitur vltimatum id eſt vltimo deſideratum. Quarta dicitur, quo habito complete, bene eſt habenti; quia habẽs beatitudinem, adeò eſt contentus, quòd non poteſt aliquid melius velle, & deſiderare. Hanc definitionem voluit tangere Aug. de Tri. lib. 13. cap. *Sco. in 1. d. 1. q. 4.* 5. quando dixit Beatus eſt, qui habet quicquid uult id eſt quicquid rectè, & ſanctè debet velle, aliter ſe quereretur, quòd uſurarius, concubinarius, luſor, habentes quicquid volunt eſſent beati.

Si autem dicas, cum anima habeat tres potentias ſcilicet memoriam, intellectum, & uoluntatem, in qua principaliter conſiſtit beatitudo; Prima opinio eſt, quòd principaliter in *Tho. in 4 d. 49. Ariſ.* intellectu, quia ph. 3. de Anima uoluntas non fertur, niſi in præcognitũ. *Sco.*

Secunda opinio, quòd in uoluntate; Ratio quia homo aliquid poteſt intelligere, & cognoſcere, & tamen illud nolle; exemplum. intelligo iſtos centum aureos nummos, & cognoſco illos eſſe bonos, & tamen nollo illos. Inſurgit prima opinio dicens, quòd uerũ eſt, quòd uoluntas in rebus creatis poteſt non uelle iſta creata, tamen in rebus increatis, ſicut eſt Deus, vel beatitudo, voluntas (habita cognitione de Deo) non poteſt, non uelle Deum, & illud bonum beatificum, propter eius perfectam bonitatem. Iſta ſecunda opinio, reſpondet primæ opinioni, quippe quæ de de terrenis, iam dedit exemplum de centum nummis aureis, & de increatis etiam dat exemplum, probando, quòd in uoluntate, & non in intel-

lectu conſiſtit beatitudo : ſed primo tali vtitur ratione , quia ſequeretur quòd potentiæ animæ non eſſent diſtinctæ , & liberę . quòd eſt contra philoſophum . Secundo dat exemplum dicens iſti;& alius,& altero cognoſcunt Deum creatorem, & finem noſtrum,& tamen ſtant in peccato,& nolunt Deum, ergo in voluntate. Reſpondeo, quod hæc quæſtio poteſt intelligi dupliciter. Primo initiatiue,& ſic prima opinio benè loquitur. quia intellectus eſt primo. Secundo completiuè & ſic ſecunda opinio, quia uoluntas, fertur in præcognitum. Vnde Aug. dicit creauit Deus , rationalem creaturam , ut ſummũ bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret,& poſſidendo frueretur.

3. de an. — Aug. — Sco. in 4 d. 49 q. 1

Ad ſecundum An.ſ. animę ſint ęqualiter beatæ

Reſpondeo , quòd hæc quęſtio poteſt intelligi dupliciter. Primo ex parte beatitudinis, in ſe conſideratæ, & iſto primo(modo beatitudo in ſe eſt æqualis,& non poteſt aliter , & aliter videri, quia de natura Deus eſt immutabilis. Secundo ex parte dentis, uel recipientis beatitudinem, & iſto ſecundo modo dico , quòd non eſt æqualis, & per conſequens , animæ non ſunt æqualiter beatæ: Ratio, quia quando Deus dat beatitudinem , dat uni magis, quàm alteri, ſecundum multitudinem meritorum : vel dico , quod unus recipit,& participat magis , quàm alter ſecundum , quod magis meruerit, quia ſicut Deus dat gratiam , ſecundũ feruiorem actus pęnitentiæ, ſic dat gloriam paradiſi, magis, & minus ſecundum merita, Hoc autem probatur.

Primo ratione ſic, Iuſtitia eſt voluntas perpetua, & ſtabilis dans vnicuiq; quod ſuum eſt , Hoc autem confirmatur. 5. Ethi. Iuſtitia præmiatiua , diſtributiua , & cognita , reſpicit merita, & de merita, ergo qui plus meruerit, plus participat.

Inſti. de Iuſt. & iu. — Ariſ. 5. Eth.

Secundo auctoritate, In domo patris mei menſiones multæ ſunt ſuper quo Aug. i. diuerſa præmia meritorũ.

Ioan. 15. — Augu.

Exemplum, pater in hyeme videns filios ſuos venientes domum tangit omnes , & eum qui plus paſſus eſt frigoris, iubet magis illum ad ignem accedere, eos uero qui gelu non ita obriguere Paulo, remotius ab igne, tamen ignis in ſe eſt æqualis . Sic Deus æqualiter premiat animas beatitudine .

Ad tertiũ. s. quomodo creatura volunt beatificari. Reſpondeo, quòd hoc poteſt intelligi tripliciter , vel loqueris de nõ adultis, & ſic dico, quòd aliqui dicunt, quòd non adulti nolunt beatitudinem ; & faciunt fundamentum ſuum ſuper illud Aug. de Tri. lib. x. cap. 1. dicentis. Firmiſſimè nouimus, non niſi nota amari poſſe . Augu.

Item phi. nihil volitum, niſi præcognitum; ſed pueri,& non adulti, ignorant beatitudinem, ergo nolunt eam , nec in ea cogitant . Ad hoc . Reſpondeo, quòd in voluntate eſt duplex appetitus. s. naturalis,& liber, Naturalis: eſt quędam inclinatio naturalis , tendens naturaliter ad ſuũ finem. ſ. Deũ.

Exemplum de lapide naturaliter deſcendente , non tamen cognoſcente . & ſic dico , quòd appetitu naturali , non adulti volunt beatitudinem,& finem ſuum, ad quem creati ſunt. Appetitus autem liber , eſt. actus elicitus a voluntate , vt uelle liberè, & iſte pręſupponit cognitionem, & de iſto libero appetitu (de quo loquentur Aug. & phi.) dico , quod non adulti nolunt beatitudinem , quia non cognoſcunt , vel loqueris de diuerſis nationibus non baptizatis , uel Iudæis , & paganis,&c.

Et ſic dico quod iſti non erunt beati, quia impoſſibile ē ſimul uelle diuerſos fines vltimatos . Hanc aũt concluſionem tangit Aug. lib. 18. de Ci. cap. 4 dicens, quod philoſophi poſuerunt in hoc mundo finem ſuum , ſicut Epicurei in uoluntatibus, Peripatetici in bonis fortunę, Stoici in virtute, Ariſtote. in ſpeculatione ſubſtantiarum ſeparatarum &c . Sed , cum beatitudo poſſit dupliciter conſidreari , in vniuerſali & in particulari, in vniuerſali, in quantum Augu.

tum beatitudo eſt bonum ſufficiens perfectum &c. Si omnes, ſupra nominati volunt beatitudinem, & illud bonum, eſt quieta tiuum. in particulari autem .ſ. cognoſcere Deum clarè, & in perpetua fruitione diuina, De qua.
Ioan. 17 Hæc eſt uita eterna, vt cognoſcant te verum Deum & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. ſic ſolum Chriſtiani, qui credunt & ſalui ſunt, uidebunt gloriam, & Deum facie ad faciem. Vel loqueris de Chriſtianis peccatoribus, ſic dico, quòd velle beatitudinem, poteſt dupliciter conſiderari, vel uoluntate cõplacentiæ, vel voluntate efficaciæ. Prima eſt acceptare gratis, ſi daretur nulla eorum adhibita diligentia, aut labore, & ſic dico, quòd peccatores uellẽt beatitudinem iacendo in peccatis, & in voluptatibus huius mundi, ſine operibus bonis. Secunda. s. efficaciæ eſt facere omnem conatum, cum debitis medijs, obediendo Deo, ſeruando legem. &c. ſic dico, quod, Chriſtiani volunt beatitudinem, quam nolunt peccatores, qui a nolunt exire de ſtercore peccati, ſed pigri ad bonum, ſoliciti, ad malum, blaſphemãtes Deum, & omnes ſanctos, & tota mala facientes. &c. diſcurre.

Ad quartum, Quare Chriſtiani cum difficultate ſaluantur. Reſpondeo per ſimilitudinem. In antiquis ſcripturis inuenitur quod Sibylla Tiburtina cõpoſuit has duodecim literas ſeparatas .s.P. P. P. S. S. S. R. R. R. F. F. F. & poſuit illas ſuper arcum magnum Romæ, ad quarum interpretationem & expoſitionem, plures excellentiſsimi, & doctiſsimi viri ſe conferebant, ſed minime intelligebant. Solus Beda conuocato Senatu, & populo, lachrymis plorans talem ſenſum dedit. dicens. Beda
Pater, Patriæ, Perditur. ſ. imperium, Sapientia, ſecum, ſuſtollitur. i. ſapientia illorum centum ſenatorum. Ruunt, Regna, Romæ Ideſt ædifitia, Fame, Ferro, Flama, quia Gothi deſtruxerũt Romam. Sic in propoſito. Reſpõdeo, quòd Chriſtiani peccatores maxima difficultate beatificabuntur, quia. Pater, Patriæ, Perditur. i. Deus non adoratur, ſed publicè blaſphematur, & templa Dei velut ſtapula facta ſunt. Sapiẽtia, ſecum, Suſtollitur, Quia Chriſto filio Dei, qui eſt ſapientia patris, non creditur fide uera, non eius doctrinæ, non eius paſſioni. Ruunt Regna, Romæ; quia iuſtitia non inuenitur, charitas mortua eſt, & virtutes, quæ ſunt media neceſſaria pedibus conculcantur. Fame, Fero, Flamma, quia fames, quam multi mortui ſunt, fuit, ſed ferro, & flamma cito a Deo puniemur Audiamus ergo filium Dei, ſicut dicit pater, Hic eſt filius meus dilectus &c.

Vt ducat nos ad illam paradiſi gloriam, & beatitudinem, quam nobis promiſit, & quam dabit. Amen.

DE CONTEMPTV mundi.

VOs de hoc mundo eſtis,ego non ſum de hoc mundo. Sicut captiuus,vel detentus in carceribus uidens ſocios ſuos inde exire, & fugam arripere,omni induſtria, ac ſolicitudine debet, & ipſe fugere, eodem modo ſpiritualiter loquendo,quilibet homo, dum eſt in hoc mundo dicitur captiuus, & in carceribus peccatorum, & miſeriarum detinetur, ideo imitando ſanctos Apoſtolos, Martyres, Confeſſores,& reliquos Sanctos, qui ad patriam ſupernam euolarunt.debet & ipſe hos mundi carceres ſpernere, quia in iſtis carceribus ubique gemitus, ubique clamor, vbique mortis imago, ideo quia in hoc mundo beati eſſe non poſſumus, contemnamus eum, De cuius contemptu conformiter cum Euangelio tractabimus.

INTRODVCTIO EVANGELII.

FIt diſputatio inter doctos homines, An uolens manere in peccato mortali,iuſtè æternaliter puniatur.Reſpon. ꝙ ſic. Primo ratione,qua ſicut acquiſitio patriæ cęleſtis conſiſtit in tribus. s.in intellectu, qui illam intelligit, in uoluntate,& quæ illam vult,& in actu bonorum operum,ita e contrario. Secundo auctoritate Aug.21.de ci. Dei,dignus eſt homo cruciatu æterno qui in ſe corrumpit bonum, quod ſibi poſſet eſſe ęternum, Nec mirū ſi Chriſtus hodie iuſte promittit damnatione Iudæis eum perſequentibus , propter eorum peccata,quod autem hoc ſit uerum uideamus (vt ſolemus) textum.

Ego uado,& quæretis me,& in peccato &c.Pro declaratione?Primo notandum eſt.quod ſciens IESVS,quod Iudæi volebāt eum interficere, uoluit publice eis quatuor reuelare.ſ.ſuā humanitatem,ſuam diuinitatem,ſuam auctoritatem , & ſuam benignitatem. & primo quęritur,quo uadit. Reſpondet Chrys.quod àd patrem per mortē ibat, ſecundum humanitatem , non tamen ſecundū diuinitatem,quia ſemper fuit ſecum, & eſt , & numquam ſeparatus eſt a patre .Si dicas,quomodo Iudæi q̄rebant Chriſtum cum odio illum haberent?Reſpondet Aug.quod aliquis poteſt quęrere alium dupliciter, uel ad bonum finem,uel ad malum,nō primo modo quærebant Sed ſecūdo, quia occidere eum uolebant.

De quo peccato loquitur hic Chriſtus?Reſpōdeo,quod licet Iudei haberent diuerſa peccata,tamen principale peccatū erat,incredulitas,uel Chriſti perſecutio: & de iſto peccato , uel pro iſto damnati ſunt , de quo hic loquitur.

Fortasſis quis quæreret, ſi Chriſtus ibat ad mortem,quantum ad humanitatem,quare & ipſi Iudęi non poterāt ire ad mortē?Reſpondeo , quod mors poteſt intelligi dupliciter,bona,& mala,Chriſtus ibat ad mortē q̄ bona dicēda eſt,qa p ipſam ꝑuenit ad gloria patris;Iudęi aūt ad mortē,q̄ maladicitur, quia eos ad damnationē ductura erat, ſi dicas,quare Iudęi dicunt. Nunquid

inter-

interficiet ſemetipſum? Reſpondet Orig. quòd iudęi audierant in lege, quòd Chriſtus erat uoluntarie moriturus. Oblatus eſt, quia ipſe uoluit, ideo deridendo illum, dicebant, nunquid &c. Videns autem hoc Chriſtus uoluit oſtendere, quòd non erat moriturus, ſicut ipſi dicebant, ſed uoluit oſtendere ſuam diuinitatem dicens. Vos de deorſum eſtis, & ego de ſupernis ſum, uos de hoc mundo eſtis & ego non ſum de hoc mundo, & ſi non credideritis, quia ego ſum, in peccatis ueſtris moriemini. Quid eſt dictu uos de deorſũ eſtis, & ego de ſupernis ſum Reſpon. uos de deorſum. i. de Maſſa corruptibili eſtis propter peccatum originale, & per conſequens debitores mortis; ego autem de ſupernis, quia ſecundum diuinitatem habeo eandem naturam cum patre, ideo de ſupernis, & nota quod & ſi Chriſtus mortuus eſt; quantum ad corpus, hoc tamen non fuit ꝓpter peccatũ ſuũ, ſed ꝓpter noſtrã redẽptionẽ. Si dicas quare Chriſtus negat ſe eſſe de hoc mundo, cum natus ſit Betheleem?

Reſpondeo, quod eſſe de hoc mundo tripliciter intelligitur, primo quo ad præſentiam corporalem, ſecundo quò ad opera, tertio quo ad affectum. Primo modo erat Chriſtus tantũ de hoc mũdo. Secũdo aũt, & tertio mõ erant Iudei. Quid uolebat Xps illos credere? Reſp. ſe eſſe uerum Meſſiam promiſſũ in lege, ſicut dicebãt ſcripturæ, & non purum hominem.

Et ſi dicas quare dixit in peccatis ueſtris moriemini? & ſuperius, dicit in ſingulari a peccato? Reſpondeo, & ꝙ ſicut dictum eſt, quod principale peccatum erat incredulitas, uel Chriſti ꝑſecutio, de quo ſupra, Nunc uero de aliis peccatis, ut de homicidio, fiendo de auaritia, uendendo in templo animalia, & de aliis: ſequitur oſtendendo ſuã auctoritatẽ dicẽs. Ego principium qui loquor uobis. Multa quidem &c.

Diceret aliquis, cum pater ſit principium filij, quia filius procedit a patre Chriſtus dicit ſe principium uidetur enim facere ſe patrem? Reſpondeo, uerum eſſe, quod filius procedit a patre, Aug. tamen & filius ſecundum Aug. dicitur principium, nec propter hoc ſunt duo pricipia, ſicut nec duo ſed unus Deus Quæritur cum Ioa. dicat. Ego non iudico quemquam; nunc uero uidetur oppoſitum diceret? Reſpõdet Aug. quod aliud eſt dicere non iudico, & habeo Aug. iudicare. primum intelligitur de præſenti. ſ. non iudico nunc, ſed redimo. Secundum uero habeo iudicare. ſ. in futurum, & in die iuditij. Quare dixit, Aug. qui me miſit uerax eſt? Reſpõdet Aug. quod uoluit inferre, ſicut qui miſit me, uerax eſt, ita uerum eſt, quod ſum miſſus, a Patre, & ꝙ iudicabo uos. Si dicas ſi pater miſit illum, ergo ipſe non eſt in cœlo cum patre? Reſpondeo, quod per ſonę diuinæ diſtinguuntur realiter a ſe inuicem, non tamen eſſentia diuiditur Sicut nec ipſe eſſentialiter diſtiguũtur

Quæritur cum filius ſit ſapientia Patris, quomodo filius audit a patre? Reſpondeo, quod aliquem ab aliquo audire, poteſt tripliciter intelligi, Primo per locationem oris, & iſto modo pater nõ loquitur filio in diuinis. Secundo modo per ſignum, & iſto modo minime Tertio modo per communicationem ſpiritualem, & ſic dico quod pater ſpiritualiter communicat ſcientiam filio, ſicut & eſſentiam.

Cum exaltaueritis filium hominis, tũc cognoſcetis, quia ego ſum &c. Quomodo Chriſtus debebat exaltari a Iudeis? Reſpondet Aug. quod ibi loquitur de exaltatione crucis in paſſione Aug. ſua. Si autem quæras, quare Chriſtus dicat cognoſcetis quia ego ſum? Reſpondet Aug. quia poſt paſſionem, & reſurrectionem multi crediderunt illum eſſe Deum, quia multa ab ipſo prædicta Aug. uerificabantur Quare dicit a me ipſo facio nihil Reſpõdeo, quod Chriſtus in quantum Deus, omnia faciebat, quia habebat eãdem poteſtatẽ, & potentiã cum patre, in quantũ uero homo; erat organum diuinitatis, & nihil eorum q̃ propria erant Deitatis faciebant niſi execution.

Si

Si dicas quomodo Pater, qui miſit filium ſit cum illo filio? Reſpondeo, quòd hoc clarum eſt, quia ubi pater, ibi filius, per eſſentiam, & ſpiritus ſanctus, & una perſona Trinitatis non relinquit aliam eſſentialiter illo ineffabili modo quam famoſi theologi vocant per circunceſſionem perſonarũ Ad documenta.

Primum documentum eſt. Quod debemus cogitare mortem Chriſti, quæ cito commemorabitur, ideo Chriſtus ad inducendum nos, dicit ego vado .s. ad mortem, propter uos: &c.

Secundum documentum eſt. Omnes legis transgreſſores, inobedientes blaſphemi, Chriſtum perſequentur cõtra quos ipſe clamat hodie, dicens. & vos quæretis me .s. offendere &c. Diſcurre.

Tertium documentum: Debemus continuè iudicium Dei habere præ oculis, conſiderando, quòd multa habet loqui, & iudicare contra nos: Dilata tuo arbitratu. &c.

Quartum documentum: Si volumus eſſe de ſurſum, & de alio mundo, debemus contemnere mundum iſtum, et ſpernere, ut docet nos Chriſtus hodie. de quo contemptu, non nulla tractare intendimus.

Entium quatuor ſunt genera quædam ſunt, quæ habent eſſe tantum, ut quatuor elementa, lapides aurum, metalla licet dignius, & indignius. Quędam habent eſſe & uiuere tantum ut planta, quę uiuit, dat frondes, fructus, mouetur motu augmenti, quia nutritur & creſcit, &c. Quædam ſunt, quæ habent eſſe uiuere, & ſentire tantum, ſed iſtorum genus eſt triplex. Quædã habent ſenſum tactus tantum, ut conchilia maris, Quędam habent ſenſum tactus, & memoriam, ut formica, & quædam habent ſenſum tactus, memoriam, & auditum, ut canis, bos, equus leo. &c. Quædam ſunt quæ habent eſſe, uiuere, ſentire, & intelligere vt homo, qui adeò eſt digna creatura, quòd ſuperat omnes alias creaturas huius mundi. Nũc uideamus quatuor pũcta.

Primum. quare iſte homo tam nobilis non poteſt eſſe beatus in hoc mundo?

Secundum quæ ſunt mouentia hominem ad fugiedum mundum iſtum?

Tertium quare homo tantum delectatur hoc mundo & multo magis, quàm paradiſo?

Ad primum Reſpondeo, Hominem non poſſe eſſe beatum in hoc mundo propter tres rationes, prima propter dominationem; fundamentum huius rationis eſt tale. Ars, & natura in ſuis operationibus ordinate agunt quantum poſſunt, primo de arte. Miles pedes ſubijcitur equiti, eques Capitaneo, Capitaneus Imperatori &c. Similiter in ſpirituali clericus ſubijcitur Epiſcopo, Epiſcopus Papæ. De natura ſimiliter, quia Ferro predominatur argentum, Argento aurum, & ſic maiora Dominatur inferioribus, & inferiora reguntur a ſuperioribus. Tunc ſic, Deus compoſuit hominem ex materia, & forma, ut pater ſecundo de anima, iſta autem forma ſimpliciter eſt nobilior materia quia 1. phi. forma eſt quid diuinum appetibile a materia, & materiam dignitate præcedens, quo ſtante: quæritur, quo fine Deus compoſuit hominem ex parte materiæ, & quo fine ex parte formę? ad quod oportet reſpondere; quòd ex quo vna eſt altera nobilior, ſcilicet ex quo forma eſt nobilior materia, ideo forma prædominatur materię; hoc autem cõfirmat Ph. x. poli dicens Anima debet eſſe regens, corpus uero rectum, & ſcriptura Sub te .s. ratione erit appetitus tuus .ſ. ſenſitiuus, & tu dominaberis illius. Sed hoc dominium per peccatum primorum parentum eſt amiſſum, quia Pau. pugnat caro aduerſus ſpiritũ, ergo homo in hoc mundo nõ poteſt beatificari, quia ſemper eſt in continua pugna, & rara uictoria. Exẽplum, quia caro, mundus, Diabolus, ſemper pugnant in hominem.

Secunda ratio qua homo non poteſt in hoc mundo beatificari, eſt propter dotes, ratio autem eſt quia in pa-

Cõ.eſt ſa p 8. phi. u 2. Ma.

Ariſ. 2. de anima.

Ariſ. 1. phi.

Ariſ. x. poli.

Gen. 3.

Gal. 5.

Sca.

tria diuina, corpora glorioſa, uel corpora noſtra ſunt quadruplici dote prædita, quæ in hoc mundo non habentur.

Prima dos dicitur claritas, quia corpus glorioſum totum paradiſum clarificat, ita ut ſi poneretur ſol ab una parte mundi, & corpus glorioſum ab altera, ſol comparatiuè uideretur obſcurus, Imo ſi (per impoſſibile) ponerentur tot ſoles, quot ſunt ſydera ab vna parte, & ſolum corpus glorioſum ab alia, corpus glorioſum multo magis reſplenderet, ratio autem eſt, quia ſplendor ſupernaturalis incomparabiliter ſuperat naturalem, ſed hanc dotem non habetur in hoc mundo, ergo homo hic non poteſt beatificari Secūda dos dicitur ſubtilitas, nam aer eſt ſubtilis, ſol ſubtilior, quia penetrat vitrum, ſed ſubtiliſſimum eſt corpus glorioſum. Exemplum, quando Chriſtus clauſis ianuis ingreſſus eſt, Sed hæc dos non habetur hic, ergo.

Io.20. Tertia dos dicitur potentia. Vnde dico, quòd ſi corpus glorioſum uult in inſtanti uadit ab oriente ad occidētem. Item quòd facilius montē, quàm nos paleam a terra lauabit hęc dos non habetur hic, ergo.

Quarta Dos dicitur impaſſibilitas, quia nullum patiuntur detrimentum,

Apo.21. non eſuriunt, neque ſitiunt.&c.ergo

Ad abandantiorem doctrinam quæritur ſi vnus beatus, per impoſſibile, eſſet in inferno, an pateretur? Quidam dixerunt, quod ſic, quia in inferno vbiq; & ſemper malum, & omnes patiuntur.&c. Alij dixerunt, ꝙ non, tum

Sco. quia iam corpus eſt glorioſum, ideo non poteſt pati. tum etiam, quia pœna inferni non eſt ordinata ad cruciandum bonos, ſed malos.

Tertia ratio, quare homo non poteſt beatificari in hoc mundo, eſt propter inſatiabilitatem ſuorum appetituum; quorum primus dicitur ſcientia, quo homo nunquam ſatiatur ſcire. Vnde 1. Metha. omnis homo natu-

Ariſt. 1. Metha. raliter ſcire deſiderant.

Ideo Pythagoras, in Aegyptum, Perſiam, & Italiam propter ſcientiam in conſequendam profectus fuit.

Plato etiam per totam Aegyptum, & Italiam Symonides.72. anno in ſtudio, Socrates.84. Augu. autem non ſatiantur quotidie ad ſcientes. &c.

Secūdus appetitus eſt ſanitas, naq; hęc uita pręſens beata eſſe non poteſt, quia multis miſeriis & infirmitatibus ſubiecta eſt. Galen. lib. 3 6. 12

Tertius appetitus inſatiabilitas eſt uitæ. Secundo de anima, omnia appetunt diuinum eſſe propter perpetuitatem. Hoc autem eſt impoſſibile, ideo Paulus, ſtatutum eſt omnibus hominibus ſemel mori. Idcirco ſatiari non poteſt. Ariſt.2. de anima Heb.9.

Quartus appetitus dicitur gaudium nam 8. ethi. natura fugit triſtitiam, & appetit delectabile, ſed homo, non poteſt ſemper gaudere; ergo. Ariſ 8.

Quintus appetitus eſt pax, que ſemper deſideratur, ſed minimè habetur; exemplum de diſcordia Principum, ciuitatis familiæ.

Sextus appetitus eſt libertas, Nam Iulius Cęſar. In extimabilis inquit res eſt libertas.& Ouidius.

Non benè pro toto libertas uenditur auro. Tu exemplifica de tot tātisq; libertatem cupientibus.

Vltimus eſt abundantia, quæ ab omnibus deſideraretur, & nunquàm ſatiatur & omnes ſimulant ſe pauperes Exemplum de Imperatoribus, Regibus Ducibus, communitatibus. Idem dicendum eſt de ſtatu ſpirituali, ergo non poſſumus in hoc ſeculo ſaturari. vnde propheta ſatiabor cum apparuerit gloria tua domine. Pſal.16.

Ad ſecundum Reſpondeo, ꝙ ſunt tria. ſ. ingreſſus uitę, de quo Augu. ad Cornelium. Attende diligenter, qualis, & quanta ſit calamitas, & miſeria noſtra, formauit Deus hominem de limo terrę. Aug. in Soli. quid ſum miſer, qui loquor tecum? Aug. Gen.2.

Ego cadauer putridum, eſca uermium, & ſentina fętorum Nudus egreſſus ſum de uentre matris meę, & nudus illuc reuertar, & Dauid. & in peccatis meis concepit me mater. Secun- Aug. Iob 1. Pſal.50.

ctus eſt progreſſus vitę, quia ſcilicet vita noſtra breuis eſt, unde Bern. de improperatione viti orum dicit.

Bern.

Omnia quæ cernis vanarum gloria rerum.

Vmbra velut tenuis velociter cuncta recedunt.

Ariſ.

Vnde Ariſt. de generatione, & corruptione. Compoſitum ex contrarijs non durat niſi inſtans. Tertius eſt egreſſus vitę de quo Auguſti. in ſoli. Importuna mors, quę mille modis miſeros homines tollit, hũc febribus, illum doloribus, hunc famę, illum ſiti, hunc aquis, illum gladio, hũc veneno, illum ſagitta. Vnde ad propoſitum addam hæc duo carmina.

Aug.

Abſit amor, ſurgunt tenebrę, torpedo, veternum.

Peſtes, Grando, niues, fulmina, bella, neces.

Ad tertium Reſpondeo, quòd hoc prouenit, quia homo factus eſt ſimilis coruo, qui de cadaueribus paſcitur tãtũ. Vnde ſcriptura ceſſato diluuio pater Noe miſit extra arcam columbam, & coruum, vt portarent nouum ſignũ, ſi terra poſſet habitari, columba, quia eſt animal mundum, Ideo noluit ſuper cadaueribus ponere pedes, ſed reuerſa eſt ad arcam; coruus verò ad cadauera voranda remanſit.

Pater Noe eſt Deus, archa eſt paradiſus, diluuium eſt iſte mundus, in quo tot ſuffocantur, ideo dicendum eſt, quòd Deus miſit in hunc mundum rationales animas, ut portarent ſignum ſalutis, aliquæ effectæ ſunt columbę, & noluerunt diligere hunc mundum, ſicut Sancti, ſed ad cęlum tendũt. &c.

Et aliquę factæ ſunt ſicut corui guſtantes cadauera, & terra, volentes magis ſeruire Diabolo, quam Deo. Igitur non ſit mirum ſi Chriſtus hodie exclamat, vos de hoc mundo eſtis, &c.

Spernamus ergo mundum iſtum, & ſequamur Chriſtum, vt gratiam ſuam nobis in hoc mundo, & gloriam in alio tribuat. Amen.

OMNIA OPERA SVA FACIVNT, vt videantur ab hominibus. Matt. 23.

Mat 23.

SI ſeruus virtutem ſui domini ſibi tribuens errat, multo magis Chriſtianus gloriam (quæ Deo debetur) ſibi aſcribens, peccat. Nec vlla ſit admi- Gal 6. ratio ſi Apoſtolus Grauitatem peccati gloriæ uanæ conſiderans dicit. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri IESV CHRISTI. Merito ergo Chriſtus diſcipulis ſuis prædicabat dicens. Attendite ne iuſtitiam Mat. 6. veſtram faciatis coram hominibus, vt uideamini ab eis: Alioquin mercedem non habebitis apud patrem. &c.

De qua uana gloria hodie cum Euangelio pauca concionabimur.

INTRODVCTIO EVANGELII.

DIſſeritur. An dans leges prius teneatur illas obſeruare antequàm ſubditi obſeruẽt eas, Quidã dixerunt ꝙ nõ, Aug. Aug. de regimine Principum nullus princeps obligatur ſuis legibus, quidam autem, quòd ſic, quia Pau. in om- Tit. 2. nibus præbe te ipſum exemplum bonorum operum.

Huic dubitationi Reſpondeo, aut dans legem eſt Dominus legis, aut ſubditus, ſi primo. Aug. bene dixit, ſi ſecundo Pau bene Aug. dixit & quia Chriſtus erat ſubditus patri, cæpit prius facere, & poſtea docere, nec mirum ſi Chriſtus hodie reprehendit ſcribas, & Phariſæos, qui legem alijs declarantes, ipſi eam minimè obſeruabãt. Id quod quoniam clarius in ſacro textu videbitur, ad ipſius declarationem accedamus. Locutus eſt IESVS ad turbas, & diſcipulos dicens. Super cathedram Moyſi ſederũt ſcribæ, & Phariſęi. Chriſtus hodiè non loquitur ſcribis, & phariſæis, ſed turbis, & diſcipulis; & hęc eſt cauſa, quia habebat eos ianquam excomunicatos, tum quia legem alijs declarabãt, & illam ipſi non obſeruabant, tum quia figuum de cęlo, cum digni non eſſent, peciterunt.

Quid autem ſit cathedra Moyſi, Reſpondeo ꝙ eſt illa poteſtas regiminis, quam habebat Moyſes. Ideo notandum, quod tempore Moyſi a Deo fuerunt conſtituti. 70. ſenes prouectæ Deut. 24. ętatis, docti & maturi, qui cum Moyſe haberent curam populi, legem, & dubia, & cauſas declarandi, & difficultates explanandi, & uocabantur iudices ordinarij, qui eligebantur de ſcribis & phariſæis, & permanſerunt in regimine, quamdiu iudæi fuerũt in poteſtãte, qui legem alijs declarabant, & minime illam obſeruabant. Ideo Chriſtus ait. Omnia quæcunq; dicunt uobis, ſeruate, & facite, ſecundum uero opera eorum. &c.

Quare Chriſtus præcipiat Apoſtolis ſeruare legem. 70. iudic. ordi. Reſpondet Orig. Quia ante paſſionem Orig. ſuam nondum erat tempus ſeruãdi legem euangelicam, ſed prius debebat mori, & ſufficienter ſatisfacere; Quaſi dicat ſeruate, & facite omnia quæcunque dicunt vobis, donec a mortuis reſurgam, quia aſcendam ad patrem & inde Spiritum Sanctum uobis mittam a quo edocti eritis &c.

Quare autem prohibeat facere ſecundum opera eorum, Reſpondeo tũ quia (vt dictum eſt) declarabant legẽ, & illam non obſeruabant tum etiam quia in diuerſis peccatis erant &c.

Quæritur quę ſunt onera importabilia. Rñdeo, quòd vltra decē pręcepta Dei, ſcribæ & Phariſęi, multa exordinauerant ex ſuis traditionibus quæ populo erant grauia & importabilia, quæ ipſi digito ſuo nolebant ea mouere ideſt nihil de lege Dei, nec Dei, nec de ſuis traditionibus obſeruare uolebant, quorum uita patet per Chriſtum dicentem. Omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus, dilatant philacteria, &c. Quid ſit philacteria dicitur à philare, quòd eſt ſeruare & cuſtodire Hieronym. dicit quod philacteria erant cartæ quædam, in quibus ſcribebantur decem præcepta, quæ cartę pone-
Hier. bantur in capite, quando legem declarabant, quo ſignificabatur, quod legem Dei in memoria tenere & cuſtodire debebant, ſicut nunc ſacerdotes habent amictum ſuper caput, quo ſignificatur, ~~quod crux in memoria eorum ſemper eſſe debent amictũ ſuper caput, quo ſignificatur~~, quòd crux in memoria eorum ſemper eſſe debet. Et hic explicandum eſt quid ſignificant ſingula indumenta ſacerdotis, quemadmodum, Planeta, alba, ſtola, manipulus. &c.

Si quæris de fimbriis. Reſpondeo, quòd hic ſunt duæ opiniones. Prima quod populus iudaicus, de quo Chriſtus, quoad carnem, erat naſciturus. in tribus diſtinguebatur ab aliis nationibus ſcilicet in circuncisione, in uictu, & in ueſtimentis: declarabis hic quomodo & qualiter quæ ueſtimenta habebāt Zonas ad talum. &c.
Hier. Alia opinio eſt Hieronymi ꝙ Moyſes ordinauerat in quatuor angulis palliorum, fimbrias, ut in ipſis ligarent ſpinas acutas, ut ſedendo, vel eundo, interdum pungerentur, & ſic retraherent ſe à malo, ad miniſteria ſeruitutis Dei.

Cur autem Chriſtus reprehendat amantes primas cathedras in ſcholis.
Chr. Reſpondet Chryſoſto. quòd Chriſtus non reprehendit eos, quibus de iure primæ cathedræ, uel loca debebantur; ſed illos, qui prima loca amant propter gloriam mundi. Similiter non reprehendit ſalutationes, quia ſalutatio eſt actus uirtuoſus, neque reprehendit ſalutantes, ſed illos reprehendit, qui uolunt ſalutari in publico, ut videantur ab hominibus.

Quare etiam prohibet vocari Rabi, vel doctores Reſpondeo, quod uocari Doctor, quando habetur doctrina, eamque deſiderare eſt actus uirtuoſus, & meritorius, ſed uocari doctor non propter doctrinam; ſed propter gloriam, eſt peccatum.

Vos autem nolite uocare uobis patrem ſuper terram, unus eſt enim pater &c. Quare Chriſtus prohibeat uocare patrem ſuper terram? Reſpondet Chryſoſto. Vel Chriſtus loquitur ſtatui ſpirituali, uel temporali. Si primo, benè dixit quia diſcipuli reliquerunt patrem, & matrē filios &c. Sicut nunc faciunt religioſi ingredientes do religiones. Si ſecundo, diſtinguo; uel quantum ad creationē, uel quantum ad generationem. Si primo benè dixit, quia Deus, eſt pater primus, & primo amandus. ibi, pater noſter, qui es in cœlis. Si ſecundo ſcilicet quantum ad generationem. dico quod ſecundo amandi ſunt. Si autem dicas nunquid diſcipuli erant omnes fratres unius patris, & matris? Reſpondeo, quòd eſſe fratres dupliciter uel per propinquitatem ſanguinis, & iſto modo non erant fratres uel per amicitiam, & Charitatem ſpiritualem, & ſic intelligit Chriſtus, ſicut nunc religioſi, in ſuis cœnobiis conuentibus & monaſteriis.

Qui maior eſt veſtrum ſit miniſter ueſter, & qui ſe exaltauerit, humiliabitur. Quæritur, cum Paulus dicat, qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Quare Chriſtus 1.Tim.3 prohibet cupiditatem ſuperiorum dignitatum? Reſpondeo, aut deſideras epiſcopatum; uel prælaturam, ut poſſis præeſſe tantum, & ſic eſt peccatum ſuperbię. Ideo Chriſtus

dicit,

dicit, qui ſe exaltauerit: aut ut poſſis non minus prodeſſe, quam præeſſe, & ſic non eſt peccatum. Quare autem Chriſtus humilitatem tantum comendat? Reſpondeo quòd maiorem reuerentiam non poteſt homo Deo facere quam ſe humiliare. Sed uideamus documenta.

Primum documentum. Prælati tã ſpirituales, quàm temporales debent prius ſeruare leges, exemplum dando, antequàm ſubditi eas ſeruent, & non facere ſicut ſcribæ & Phariſæi, legem declarantes, quam non obſeruabant.

Secundum documentum. Subditi tàm ſpirituales, quam corporales non debent accipere malum exemplum à ſuis ſuperioribus in diuerſis peccatis inuolutis, ſed debent obſeruare quæcunque dicta licita fuerunt, ut Chriſtus docet.

Tertium documentum. Humiles Deo fieri debemus, ſi exaltari uolumus.

Quartum documentum. Gloriam huius mundi ſpernere debemus, & non tot philacteria, non tot fimbriæ, non tot pompæ in prælatis eccleſiæ, quia Chriſtus Petro gloriam paradiſi & non huius mundi promiſit.

De qua uana gloria nonnulla puncta declarabimus.

Primum erit punctum quid eſt gloria, & quomodo manifeſtetur.

Secundum, An uolens quòd opera ſua ſint manifeſta, peccet.

Tertiũ, Cui debetur gloria in hoc mundo.

Quartum Quot ſunt genera quærentium uanam gloriam ſub ſpecie boni.

Ad primum, gloria eſt triplex uera, uana, & Diabolica. Prima eſt cum quis laudatur, & non curat laudem, nec cupit laudari, ſed cũ laudatur, ad ſuam conſcientiam recurrit, in qua ſi ea quæ dicuntur, ſunt uera lætatur, ſi non, triſtatur noſti tritum illud Catonis cũ te aliquis laudat iudex tuus eſſe memento.

Plus aliis de te quam tu tibi credere noli.

Ideo docet Apoſtolus gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. ſecunda quæ eſt gloria uana diſtinguitur, vna eſt quando aliquis cupit laudari, nec plus, nec minus niſi quantum meretur, altera eſt quãdo appetit laudem ultra quam meretur, & hoc eſt mortale peccatum. Vñ de 4. Ethico. appetere honorem ubi non debetur, uituperabile eſt. Tertia gloria ſcilicet Diabolica eſt cum quis gloriatur de malo opere, iuxta illud Salomonis, letantur cum malè fecerint, & gaudent in rebus peſſimis. Exemplum Vale. Maxi. lib.8. de cupiditate gloriæ, de illo, qui propter gloriam incendere voluit templum Dianæ.

Si dicas quomodo manifeſtatur gloria?

Reſpondeo tripliciter, primo uerbo directe, & ſic eſt iactantia, ſecundo facto quando quis oſtendit opere, quæ ſibi non inſunt, & dicitur hypocriſis. Tertio indirecte quando oſtendit quæ ſibi inſunt, vt doctus in doctrina ſua, & hæc dicitur præſumptio, ideo ſapiens. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, nec diues in diuitiis ſuis, nec fortis in fortitudine ſua.

Ad ſecundum reſpondeo, quòd hoc poteſt intelligi tripliciter.

Primo aut uolens, quòd opera ſua ſint manifeſta, ut Deus per illa glorificetur, & ſic non eſt peccatum, ſed actus meritorius, quia Chriſtus dicit. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, vt videant veſtra bona opera, & glorificent patrem ueſtrum, qui in cœlis eſt.

Secundo aut vt per illa proximus bene ædificetur, & ſic dico, quod non eſt peccatum, ſed actus meritorius. Vnde Chriſtus. Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt.

Tertio aut ut per illa homo laude-

1.Cor.1 Ariſto. Eth. Pro.2. Vale.Max. Tho.2.2. q.112. art.1. Hier.9 Mat.5 Mat.5.

tur, ſicut faciebant ſcribæ, & Phariſæi, qui opera ſua faciebant ut uidærentur ab hominibus, & ſic eſt peccatum mortale.

Si quæras quare? Reſpondeo tum quia debemus in omnibus actionibus noſtris quærere gloriam Dei magis, quam gloriam mundi; tum quia opera noſtra ſunt dirigenda ad Deum, tanquam ad vltimum finem noſtrum; tum etiam quia debemus expectare præmia a ſolo Deo, & a ſola bonitate eius, & miſericordia, & non uenari laudem mundanam ab hominibus, ſicut ſcribæ &c. Si quæras an homo poſſit gaudere, de bonis operibus eius.

Reſpondeo primo quòd ſi illa bona opera eius ſunt facta in timore Dei, vere poteſt gaudere; ſecundo poteſt gaudere attribuendo ſoli Deo, quidquid boni erit in illo opere, & quidquid imperfectionis eſſet, attribuendo ſibi operanti. Item ſi quæras an homo poſſit allegare bona opera ſua, & illa cómemorare in conſpectu Dei ſicut fecit Ezechias dicens Memento queſo domine quomodo ambulauerim coram te in veritate, & corde perfecto. &c.

Iſa. 38.

Reſpondeo quod quis orando poteſt bona opera ſua recolere, non ex iactantia vel præſumptione, nec præſumendo aliquod bonum ſe feciſſe propter quod Deus ei teneatur aliquam remunerationem tribuere. Similiter nec præſumat ex operibus ſuis iuſtificari, & dignus eſſe uita æterna, quia hoc eſt peccatum, ſed poteſt orãdo (vt dixi) recolere bona opera ſua in conſpectu Dei, ad gratiarum actiones, cognoſcens ea ex Deo, & non ex ſe proceſſiſſe, & iſto modo Ezechias recoluit.

Ad Tertium. Reſpondet Ariſtot. 4. Ethi. quòd cum gloria ſit præmium virtutis. Ergo virtuoſo debetur gloria, quòd hoc confirmat Vale. Max. lib. 2. de cultu deorum, & Aug. 5. de ci. Dei dicens quòd Romani adeo colebant virtutem, & honorem ac ſi eſſent duo Dij, & fuit inter illos altercatio ſi deberent fieri duo templa diſtincta, vel unum propter conuenientiam inter eos ad inuicem; tandem fecerunt duo templa ita diſpoſita, quòd nemo ad templum honoris poſſet ingredi niſi per templum virtutis, ſignificantes, quòd gloria virtuoſis tantum datur. Vnde Romani virtuoſis, & triſphantibus, palmam tribuebant, quę inferius erat aſpera, & ſuperius pulchra, ad ſignificandum, quod gloria acquiritur ſudore, labore &c. Pau. ni ſi quis legitimè, certauerit non coronabitur Vnde Pau. quoq; fiducialiter gloriabatur, dicens Bonum certamen, certaui curſum conſumaui, fidem ſeruaui, in reliquo &c. Vnde ad hoc etiã propoſitum addam exemplum Lucij Bruti ex Val. lib. 5. Qui libertatem patrię dedit, cum capitalem ſententiam tulit contra duos filios ſuos, quia procurabant reductionem Tarquinij Tyranni contra libertatem Romanam, qui Tarquinius iam induſtria Lucij Bruti Roma expulſus erat. Vnde Val. inquit Lucius Brutus gloria par Romulo, quia Romulus vrbem, Lucius verò Brutus, libertatem condidit.

Ariſto. 4. Ethi. Vale. ma. Aug. 2. tim. 2. 2. tim. 4. Vale. ma.

Ad quartum, dico quòd ſunt ſex genera quærentium gloriam propriam primi vocantur falſi Chriſtiani, ut hæretici, qui non ad Dei laudem, nec animarum vtilitatem vadunt ad eccleſiam, ſed propter gloriam mundi, ut teneantur boni, & deuoti, contra quos Chriſtus. Attendite a falſis Prophetis &c. & de his dicendum eſt, quod bona opera eorum non accipiuntur in eccleſia; ſecundi ſunt ficti religioſi, qui fingunt ieiunare, facere pęnitentiam, & ſunt peſſimi, nec celebrant officium nec confitentur in ſuis miſſis, & ſunt excommunicati; contra quos Chriſtus. hypocrite bene prophetauit de vobis Iſaias dicens, populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt a me.

ma. 7. ma. 15.

Tertij, ficti domini, & miniſtri, qui leges, & iuſtiti am fingunt ſe obſeruare, & ſæpius publicant mandata, & iſta.

iſta omnia ad corrodendas pecunias; Mat. 23 contra quos Chriſtus. Væ uobis ſcribæ & phariſæi, qui mundatis quod foris eſt, intus autem pleni eſtis omni nequitia, & rapina.

Quarti ſunt ficti ciues, & plebei, qui fingunt ſe eſſe bonos, & ſunt uſurarij, blaſphemi, partiales, ſacrilegi, deceptores in mercede ſua. Contra quos Deus per os. Hier. Ecce ego mittam in eis famem gladium, & peſtem. Hier. 18.
Si ſunt fictæ virgines, & uiduæ nunc inhoneſtæ impudicæ & cætera. Contra quos Deus. Cum multiplicaueritis orationes ueſtras, non exaudiam uos. Ezechi. 8

Sexti ſunt ficti pauperes qui ſunt diuites, & fingunt paupertatem, uoluntque uideri pauperes. Vnde diſpenſatores bonorum debent cautè diſpenſare, & cætera, quia ſi fictus pauper paſcitur, opus miſericordiæ peruertitur.

Si dicas quomodo deteſtamur gloriam? Reſpondeo, quatuor modis. Vide ſup. co. 6. 8. Primo opera noſtra occultando. Secundo opera noſtra parua reputando. Tertio opera noſtra nemini reuelando. Quarto opera noſtra ad ſolũ Deum dirigendo. Exemplum Vale. libro 4. cap. 1. de Modeſt. animi ſeptem ſapientum Græciæ, dicendum de illis iuuenibus Mileti de tripedale aureo a piſcatoribus inuento. Dic de Mileto. De Biante, De Pithaco, & tandem, de Solone, qui conſuluit tripodem aureum offerri Apollini, Quia ſoli Deo honor, & gloria. Amen. Val. max.

FILIVS HOMINIS VENIT ponere animam ſuam in redemptionem.

Mat. 20.

Mat 20. *IN firmus ſolet quam primum a crudeli, & maligna ęgritudine oppreſſum ſe nouit, ſummopere quęrere remedia huic infirmitati ſalutifera, & hoc* Ariſt. 8. Ethi. *eſt quòd naturaliter quisquè optat bonum, fugitq́, malum. Vnde 8. Ethi. Natura fugit triſtia, & appetit delectabilia. Spiritualiter. Cum anima rationalis ſit dedita crudeli infirmitati peccatorum, cupiens ſanitatem ſpiritualem, medicus cœleſtis, contulit ei ſaluberrimum remedium, quo ſe ipſam ſanet, quod quidem remedium non aliud eſt, niſi Deum perfecte amare, iuxta illud,* Mat. 12 *dilige dominum Deum tuum &c. Sic efficieris ſanus a quacunque infirmitate detentus. De quo amore hodierno die ſermo eſt habendus.*

INTRODVCTIO EVANGELII,

FIt diſputatio ā aliquis ſine peccato poſſit appetere dignitatem vel prælaturam. Reſpondeo, vel talis eſt ſufficiēs. ſ. doctus, dign'. &c. aut nō, Si ſic poteſt tripliciter appetere, uel propter honorem ſuum, & ſic eſt peccatū ambitionis, quia quærit gloriam mūdi, uel propter cupiditatē, & ſic eſt peccatū Auaritiæ. Vel non minus propter vtilitatem reipublicæ quàm ratione ſui commodi, & ſic non eſt peccatum, quia ad bonum finem deſiderat.

Aut quærens dignitatem eſt inſufficiens, ignarus, indoctus, & ſic peccat, quia eſt præſumptio, nec mirū ſi Chriſtus hodie reprehendit duos ſuos diſcipulos, qui quærebant dignitatem temporalem; ut in ſacro textu patet. Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum &c. Mos boni ducis contra inimicos ſuos tendentis, eſt (congregatis militibus ſuis) orationem habere, in qua illis animum addat ne formident, deinde ligat eos in mutuam amicitiam, ſic Chriſtus hodiè volens ire in prælium contra Dæmonem ſua paſſione, ideo dicit, Ecce &c.

Quæritur quare Chriſtus paſſionem ſuam diſcipulis communicat. Reſpondet Theophi. ob tres rationes, prima, vt cognoſcerent quòd ipſe non coactus, ſed ſponte moreretur, ſecundo vt tribulatio eorum tunc eſſet tolerabilior, quia .s. mala pręuiſa nō tantum offendant &c. Tertio ut non ſcandalizarentur in illo die .ſ. ſuę acerbæ paſſionis, ſed magis crederent. Si dicas quare Chriſtus non omnibus ſed tantum duodecim ſe paſſurum reuelauit, cum alios haberet plurimos? Reſpondet Chrys. ꝙ Theſaurus prætioſior in prætioſioribus uaſis includitur. Si alij, qui Chriſtum ſequebantur hoc ſciuiſſent, propter debilem fidē turbarētur. Theoph. Chris.

Ideo iſtis duodecim, quia magis creduli &c. & ideo ſecretò illos duodecim vocauit, dicens, &c.

Cur dixit. Ecce aſcendimus Hieroſolymam. Reſpondet Chrys: Primo reſpectu totius terrę promiſſionis nā Hieruſalē erat ſitā, prope montē Sion, ſecundo ut demonſtraret uoluntariam mortē dicendo. Ecce aſcēdimus, volūtariè. Quarè dicit filius hōis, Quia ī forma humana ī die iuditij, eſt vēturus, & ad capacitatē maiorē diſcipulorū. quęrit, quarè Chriſt' Iudā eſſe de numero Chris.

duo-

duodecim, tolerebat, cum ipſe traditurus eſſet eum? Reſpondet Chryſ. quia forſan tunc dignus erat. Vel dicas ut daret exemplum quomodo deberemus, & nos inimicos ſufferre Quare condemnabunt? & qua condemnatione bona an mala? Reſpõdeo quòd mala; quia ad ueram contemnationem, in iuſtitia, quatuor requiruntur, Primò peccatum, ſecundò accuſatio, tertiò Ratificatio, quartò ſententia, primò Chriſtus non peccauit, Secundò non verè accuſatus, tertiò Nõ ratificauit, quarto ſententia falſa. Cur principes tradiderunt illum gẽtibus? Reſpondeo, quia a Romanis fuerunt priuati poteſtate interficiendi, ideo non poterant ipſi condemnare.

Quæritur quare etiam pr ędixerit reſurrectionem.

Reſpondeo, quòd niſi diſcipuli illam audiuiſſent futuram, non ptrmanſiſſent ſtabiles in fide &c.

Tunc acceſſit ad eum mater filiorũ Zebedei cum filijs ſuis adorans & petens aliquid ab eo. Quæritur quæ ſit Mater filiorum zebedei? Reſpondeo, quod Anna habuit tres viros .ſ. Ioachim, Cleopham, & Salome. De primo uiro nata eſt Virgo Maria, de ſecundo nata eſt altera Maria, quę vocabatur Maria cleophæ a patris nomine. De tertio alia Maria quæ vocabatur Maria Salome a patris nomine, prima .s. Maria data fuit Ioſeph, de qua ſine ſeminis effuſione, natus eſt Chriſtus; ſecunda Maria nupta fuit Alpheo; de quibus Iacobus Minor ortus fuit, tertia Maria nupta fuit Zebedeo, de quibus nati ſunt Iacobus Maior, & Iohannes euangeliſta, iſta ergo Mulier fuit Maria Salome vxor Zebedei. Quid potebat iſta mulier? Reſpõdeo, quòd regnum temporale. Cur hoc? Reſpondeo, quia ipſi filij .ſ. Iacobus maior, & Ioannes, adhuc ſimplices, quãdo Chriſtus dixit, quòd tertia die erat reſurrecturus, credebant illum eſſe regnaturum, temporaliter. Ideo ad matrem iuerunt; quę tunc (mortuo Zebedeo uiro ſuo) ipſum ſequebatur, ut ipſa pro ipſis impetraret regnum &c.

Domine, dic vt hi duo filij mei ſedeant unus ad dexteram tuã, & alius ad ſiniſtram in regno tuo .i. quòd ſint magni domini &c. Reſpondens Chriſtus dixit. Neſcitis quid petatis; poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? aiunt poſſumus. Quare Chriſtus illis, & non matri reſpondit? quia cognouit matrem eſſe præcibus filiorum. Ideo ipſis reſpoudit, & reprę hen dit eos. Quare Chriſtus nõ exprimit in illa reſponſione de regno, uel dominio huius mundi, de quo ip a mater intelligebat? Reſpondeo, quòd Chriſtus uolebat quòd ipſimet cognoſcerent ſe male dixiſſe, & cogitaſſe, & male feciſſe mittere ad eum matrem, & intromittere mulierem in ſtatu ſpirituali. Si dicas, quid eſt calicem bibere? Hiero. reſpondet quod in ſacra ſcriptura per Calicem paſſionem intelligimus. dauit Calicem ſalutaris accipiam. &c. Diſcipuli autem ſimplices & in experti dixerunt, poſſumus Quibus Chriſtus ait.

Calicem quidem meum bibetis, ſedere autem ad dextram & ſiniſtram non eſt meum dare uobis &c.

Quæritur, quare Chriſtus dicit calicem meum bibetis? Reſpondeo, quòd fuit prophetia de illorum paſſione, quia act. Iacobus ab Herode occiſus fuit, & Ioannes in dolium feruentis olei miſſus. Si dicas non fuerunt crucifixi, ergo non biberunt calicem? Reſpondent Hieron. & Chrys. ꝙ paſſionem domini dicimus non ſolum crucifixionem, ſed omnem perſecutionem.

Audientes autem decem, indignati ſunt de duobus fratribus, quibus omnibus dixit Ieſus, ſcitis, quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt poteſtatem exereent inter eos, non ſic, erit inter uos. Hic notandum, quòd decẽ non fuit indignati cum matre duorum, ſcientes, ꝙ mater a duobus eius filijs erat ſuſa. Quid autem uoluit inferre Chriſtus ibi, ſcitis, quia principes gentium; Reſpondeo.

ſpondeo, quaſi dicat, ego facio differentiam inter dominium temporale, & ſpirituale, nam temporales domini, quò ſunt maiores eò magis exercēt ſuam poteſtatem in ſuos, ſubditos; In dominio verò ſpirituali oppoſitū facimus, quia qui vult eſſe maior, debet eſſe ſeruus aliorum. Vnde dicitur Paulus ſeruus ſeruorum &c. Quæritur cur Papa, & Prælati ſpirituales exercēt poteſtatem in ſubditos ſuos, an hoc eſt contra dictum Chriſti? Reſpondeo, quod poteſtas dupliciter poteſt exerceri in ſubditos, primò quantum ad ſanctum regimen ſubditorum, & bonum modum uiuendi; & ſic Chriſtus non prohibuit, immo Petro dedit claues, & poteſtatem, &c. ſecundo modo, quantum ad dominium diſpoticum vel tyrannicum, in quo Theſaurizatur. & iſto modo non &c.

Quare Chriſtus non uenit ponere animam ſuam pro omnibus, ſed pro multis? Reſpondeo, quòd paſſio Chriſti poteſt dupliciter conſiderari vel ſecundum ſufficientiam, vel quantum ad effectum: primo, ſufficientiſſimè ſatisfecit pro omnibus; ſecundo modo pro multis, quia ſolum pro illis qui voluerunt credere, & ſaluari.

Primum documentum. Quilibet Iudex, ſiue Prælatus debet rectè iudicare, & non falsò ſicuti fecerunt iudæi ſententiantes falſo Chriſtū quod reus morte eſſet.

Secundum documentum. Temporales, & mundani non debent ſe intromittere in ſpiritualibus, in quibus nō habent auctoritatem; ideo Chriſtus hodie repræhendit matrem, & filios &c.

Tertium documentum, Si volumus eſſe ueri diſcipuli domini oportet bibere calicem, & pati propter Chriſtum, exemplum habemus hodiè in euangelio.

Quartum documētum. Si Chriſtus venit nobis ſeruire, & ponere animā ſuam pro nobis, ideo nos ne ingrati ſimus debemus toto corde illum diligere, De qua dilectione quatuor puncta perſoluemus.

Primum An homo poſſit ſe excuſare ſi non diligit creatorem ſuum.

Secundum. An homo poſſit perfectæ diligere creatorem ſuum.

Tertium, Quare homo debet diligere ſuum creatorem.

Quartum, Quomodò homo debet eum diligere.

Ad primum: Aliqui dicunt, quòd homo poteſt ſe excuſare ſi non diligit creatorem ſuum, quia phi. 3. de anima, voluntas non fertur niſi in præcognitum, Deus non poteſt cognoſci, ergo nec amari. ergo homo excuſatur. Hoc autem dupliciter confirmatur. primo authoritate Greg. ſuper Ezech. dicentis quantumcunq; mens noſtra in contemplatione Dei profecerit, nō tamen illud ꝙ ipſe eſt, ſed ad illud, ꝙ ſub illo eſt attingit. Secundò ſic Phi. 2 Metha. dicit. Sicut ſe habet oculus nōctuæ ad lucem Solis, ſic intellectus noſter ad ea, quę manifeſtiſſima ſunt in natura, quod ſic intelligitur. Sicut impoſſibile eſt oculo noctuæ naturaliter videre Solem, ſic homini naturaliter impoſſibile eſt cognoſcere Deum, ergo ſi homo non poteſt cognoſcere Deum, nec poteſt amare, ergo excuſatur. Ad has actoritates duplex eſt reſponſio.

Prima: Videre Deum poteſt tripliciter intelligi, primò ſpeculatiuè, & in ſtatu innocentiæ, in quo (præmiſſa aliquali ſpeculatione) homo deuenie bat naturaliter in perfectam Dei cognitionē. Secundò ęnigmaticè, & hęc cognitio eſt in ſtatu naturæ lapſæ, in quo ænigmaticè. i. per fidem Deum uidemus. Tertiò dicitur cognitio ſecundum faciem, & iſta eſt in ſtatu gloriæ, in quo facie ad faciem Deum videbimus mediante tamen fide, & bonis operibus, ergo Deus poteſt cognoſci.

Secunda reſponſio: Deum cognoſcere pro ſtatu iſto, poteſt tripliciter intelligi. Primò in clara ſui viſione, & hoc modo non, ſed ſolum beari in patria. Secundo modo, cōſiderando iſta creata, & illa uidendo, & ſic cognoſcimus,

ſcimus,& per conſequēs amamus.

Tertio modo per nomina eius ab Angelo reuelata,ut Heli.i.omnipotēs, Heloym.i.fortis, & iudex, Sabaoth.i. Deus exercituum, Adonay.i.dominus & ſic poteſt cognoſci, & per conſequens amari. Vnde Hiero. Anathema ſit,qui dixerit Deum impoſſibilia præcepiſſe, & hoc conſonum eſt rationi, quia ſic eſſet homo excuſatus ſi non diligeret Deum, Deus non damnaret non diligentes eum, quia iuſtitia non pateretur. Si dicas, contra, Augu. dicit ubi in eſt aliquid carnalis concupiſcentię, ibi perditur amor diuinus,ſed homo huiuſmodi concupiſcentiis eſt plenus,quia Pau.pugnat caro aduerſus ſpiritum; ergo homo non poteſt diligere.&c.

Reſpondeo, ꝙ diligere Deum poteſt dupliciter intelligi,primò actualiter, hoc eſt excludendo omnē actum diuerſum ab ipſa dilectione Dei, ita vt cor ſemper actu ſit inDeum,& hoc eſt impoſſibile,propter extranea impedimenta huius mundi,ſed hoc ſolum faciunt beati in patria. Secundo modo habitualiter.i.habere promptitudinē, & bonam uoluntatem non peccandi, Deo ſeruiendi,legem ſeruandi,&c. Et iſto modo poſſumus diligere Deum ſē per.i.ſemper habere promptitudinem & habitum non peccandi &c.

Ad Aug.reſpondeo,ꝙ uerum eſt, ꝙ ubi ineſt carnalis concupiſcentia;homo nō poteſt actualiter.i.ſemper actu cogitare Deum;& habere illum in memoria,&c.ſed bene habitualiter.

Ad ſecundum,Reſpōdeo,ꝙ hoc poteſt dupliciter intelligi, uel ſecundum eſſe Dei,uel ſecundum eſſe creaturę Si primò.ſ.ex parte diligibilis.i. Dei dilectio;dico,ꝙ unumquoq; tantum diligitur,quantum eſt bonum. Sed Deus eſt infinite bonus ergo in finitè poteſt diligi,homo autem cum ſit finitus,non poteſt infinitè diligere,ergo non ex parte Dei,vel diligibilis. Immo licet ſācti qui ſunt in patriam uideant Deum,illa uiſio eſt apprehenſiua,& non comprehenſiua,apprehendunt quantum poſſunt,iuxta eorum charitatem, quæ eſt finita, ſed non comprehendunt, quia comprehendere eſt in toto,& in quali bēt parte.Si autem quæras, an aliquis poſſit perfectè Deum diligere ex parte diligibilis.

Reſpondetur, ꝙ illæ tres perſonæ Trinitatis ſolum perfectè ad inuicem ſe diligunt.Secundo modo ex parte diligentis.i.facere illud totum, ꝙ eſt in homine ut diligat Deum,& ſic dico,ꝙ creatura pōt.ſ.ſeruando legē,adorādo eum,& iuxta illud, ſi uis ad uitam ingredi,ſerua mandata.i perfectè.Dilige Deum quantum in te eſt.

Ad tertium. Reſpondeo propter tres rationes,prima,quia bonum infiniтum,ſecunda quia ſimile, tertia, quia vile. De prima notandum, ꝙ aliqua ſunt mala,& poſſunt eſſe bona, ut peccatores,& iſti ſunt diligendi ex charitate non in quantum peccatores, ſed inquantum poſſunt boni fieri, quia regula generalis eſt ꝙ omnis creatura, quæ eſt beata in actu, uel in potētia ex charitate eſt diligenda,immo dico, ꝙ Diabolus eſt diligendus,non in quantum inimicus Dei,& hominis, quia dānatus;ſed propter duas rationes, prima quia eſt Dei creatura,ſecūda, quia in ipſo relucet diuina iuſtitia. Aliqua ſunt bona,& poſſunt eſſe mala, ut iuſtus,& iſte magis ac magis ex charitate eſt diligendus, non inquantum poteſt eſſe malus,ſed in quantum creatura & in gratia Dei. Aliqua ſunt bona, & non poſſunt aliter eſſe,quin ſint bōna,ut Deus,qui adeò natura ſua eſt bonus,ut non poſſit eſſe malus, ergo diligendus,quia bonum infinitum.

Secunda; Deus eſt diligendus quia ſimilis, & omne ſimile naturaliter diligit ſimile, ſed Deus fecit hominem ad ſuam ſimilitudinē,ergo diligendus.

Si dicas Deus eſt ſpiritus, homo autem materialis.Reſpondeo, ꝙ intelligitur,quò ad animā,quia Deus eſt ſpiritualis,immortalis, inuiſibilis, trinus & unus.Sic anima ſpiritualis,immortalis,inuiſibilis,trina & una.ſ habēs memoriam,intellectum,& uoluntatem.

M Tertia,

1.co.2. Tertia; debemus Deum diligere, quia utile. nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quę præparauit Deus diligentibus ſe.

Si autem quæras an creatura poſſit
Ric.in 3. d.27 q.1 diligere, Deum, non diligendo ſe ipſam & proximum. Reſpondeo, ꝙ non, quia ille habitus charitatis, qui habilitat, & mouet uoluntatem eius ad diligendum Deum, quia bonum perfectū, ſimile, & utile, habilitat etiam, ut moueat uoluntatem eius ad diligendum ſe ipſum, & proximum propter Deum, ratio autem; quia ordo charitatis eſt poſt Deum, diligere ſe ipſum, & proximum.

Ad quartum reſpondeo ꝙ, ſeptem ſunt amores huius mundi, & niſi amemus Deum, ſeducimus nos ipſos. Primus amor eſt naturalis & eſt magnus, & eſt quędam inclinatio naturalis, quę tendit ad conſeruationē ſui eſſe. Exemplifica. Ideo niſi plus Deum nos quàm nos amemus fit amor Diabolicus. Secūdus eſt ſenſualis, & eſt inclinatio ad ea. quæ ſunt delectabilia ſenſibus, ut ſatiare corpus in omnibus, & niſi Deū plus amemus, quam ſenſus, fit amor beſtialis. Tertius eſt parentum & affinitū ac cognatorum & eſt magnus, & tanto plus quanto arctior eſt affinitas & cognatio exemplum de patre diligente filium, & niſi Deum plus amemus, fit amor paganus, & gentilis. Quartus eſt coniugalis, & eſt magnus. Vnde naturales AEgyptij dicunt de uena, quæ cordi correſpōndet, exiſtente in digito ſponſalitij &c. & niſi amemus plus Deum, quā coniugem, fit amor fatuus. Exemplum de Salomone. Quintus eſt patriæ, & eſt magnus, quia debet ponere uitam pro eius defenſione, & niſi plus patriam cœleſtem, quam iſtā amemus, ſit amor uitioſus. Sextus amor eſt
ſocialis. Vnde Salo. amico fideli nulla eccl 25.
eſt comparatio, ſed niſi plus Deum amemus, quàm temporalem amicum, fit amor ingratus.

Vltimus eſt temporalis, & eſt magnus, quia homo diligit tēporalia, ſed niſi Deum his proponamus fit amor damnoſus. Diligamus ergo Deum, qui nobis tribuit tanta beneficia, & qui miſit ad nos filium ſuum miniſtrare, & ponere animam ſuam in redemptionē noſtram. Qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

MORTVVS EST DIVES, ET SEPVLTVS eſt in inferno Luc.16.

SIcut creatura tempore nocturno, & tenebroſo, non diſcernit aliquid ab aliquo, ita auaritia mundana adeò obſcurat intellectum humanum vt filius in diuitijs conſtitutus, patrem mendicum non cognoſcat, nec filia matrem, nec frater proximum, quod quidem Deo diſplicet, quia hoc eſt contra charitatem. Ad quam auaritiã abijciendam hortatur nos ſapiens dicens. Beatus uir qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecunia theſauris, eccl. 31. *quæ res figurata eſt quando Deus præcepit filiis in deſerto, vt tantum de manna colligerent, quantum ſufficeret ſibi pro illa die.* Ex. 16. *De qua Auaritia hodie cum Euangelio loquuturi ſumus.*

INTRODVCTIO EVANGELII.

Tho. in 4 d. 50. q. 2 art. 1. DIſputatur inter doctores an damnati uellent omnes alios uiuentes dãnari. Reſpondeo: ꝙ dãnati ipſo facto, cũ ſunt in inferno, ſunt ſerui peccati inuidiæ, quia inuidẽt aliis, iuxta illud.

Solatiũ eſt miſeris ſocios habere pœnarum; ideo uellent omnes alios damnari, ſed, quia ſciunt hoc eſſe impoſſibile, tum propter miſericordiam Dei, tũ etiam propter fidem, & bona opera, ideo uellenr, ꝙ ſi qui non eſſent damnãdi, illi eſſent de ſuis conſanguineis, quibus minus inuident, nec mirum ſi inuenimus hodièin euangelio, quòd diues ſepultus in inferno nolebat mittere Lazarũ ad fratres ſuos. &c. Sed uideamus textum.

Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidiè ſplẽdidè. Primũ omniũ notandum, ut ait Beda, Quoniam ſuperius Beda Chriſtus nos admonuit de pompis, de dilatatione philacteriarium &c. quia phariſæi & ſcribæ deridebãt eum, ideo dat exemplum, quod ſimiliter eis eueniet. Si dicas q̄s fuit iſte homo? Greg. Reſpõdet Greg. in homelia, quòd nomina reproborum non ſunt ſcripta in libro uitæ, ſed ſolum nomina electorum, ſicut patet de Lazaro, ſed fuit Epicurus quidam.

Quæritur an diuitiæ ſubiaceant homini? Reſpòdeo, diſtinguẽdo, uel quò ad naturam, & iſto modo ſoli Deo ſubiacent, quia creauit. &c. Vel quò ad vſum, & ſic homo habet naturalem dominium, omnia ſubieciſti ſub pedibus eius &c. Tho. 2. 2. q. 66. ar. 1.

Si dicas, quid eſt purpura & byſſus? Reſpondet Ambroſius, quod purpura eſt ueſtis regalis uel magnifica, byſſus uerò eſt linus candidus, qui naſcitur in AEgypto de quo fiunt ſolẽnes ueſtes. Pſ. 8. Ambro. Quæritur an in pretioſis ueſtibus ſit peccatum. Reſpondeo, ꝙ uel eſt perſona publica; vel priuata Si publica debet portare ueſtimenta prætioſa, & hoc ne a ſuis ſubditis contemnatur. Th. quo. 10. ar. 6. Non tamẽ debet excedere metam, ne in ſuperbiam incurrat: Si priuata ſic dico, quod debet ſeruare ſtatuta ſuæ communitatis, & operam dare magis humilitati, quàm ſuperbiæ. Si autẽ quæratur an ſplendidè uiuere ſit peccatũ? Reſpondeo diſtinguendo, uel ordinatè pro ſufficientia tantum, & ſic nõ eſt peccatum, uel inordinatè; uel prodigalitate, uel extrema auaritia, & hoc eſt peccatum, hoc autem reprehendit Th. 2. 2. q. 148. ar. 1.

CHRISTVS in ſua parabola &c.

Erat autem quidam mendicus nomine Lazarus ſtans ad hoſtiū diuitis.&c.

Ciril. Ille Lazarus ſecundum Ciril. fuit ille, qui in antiquis traditionibus Iudæorū inuenitur in Hieruſalem fuiſſe,& nullus miſerior eo illis temporibus erat. Quare autem potius ſaturari, quam ſanari deſiderabat?Reſpondeo,quia infirmitas poteſt tolerari ad tempus; non autem fames. Quare autem illi nihil dabat aliquis de familia diuitis?Reſpōdeo quia qualis eſt pater familias talis eſt familia.

Chriſ. Non recedebat autem Lazarus à ianua diuitis ne diues negaret ſe eum uidiſſe,hæc Chriſ. & ſi canes lingentes eius vulnera pietate mouebātur,à fortiori diues debebat commoueri.

Mortuus eſt mendicus Lazarus, & portatus eſt ab Angelis in ſinum Abrahæ.& mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. Quid eſt ſinus Abrahæ?

Tho.3. d.22.q.2 ar 1. Reſpondeo, quòd quatuor ſunt loca infernalia primus damnatorum,ſecundus puerorum, qui non receperunt in uita baptiſmum. Tertius purgandorū. Quartus,limbus patrum, in quo ſtetit Abraham,ideo dicitur ſinus Abrahæ, quia ſicut Abraham dicebatut pater gentium,quia fuit primus, qui ſeparauit ſe ab infidelitate,ſic dicebatur pater animarum, quia ibi ſtetit cum illis animabus Chriſtum expectando.

Si autem quęras.An animæ indigeāt portari ad Angelis?Reſpondeo, quod non,quantum ad indigentiam,ſed propter reuerentiam,Angeli illas portāt. Et ſi quæras quomodo ſepultus in inferno,cū ſola anima ibi fuerit?Reſpondeo quia eſt figura ſynecdoche ubi totum pro parte accipitur.

Eleuans autem oculos,cum eſſet in tormētis,uidit Abrabā & Lazarū &c.

Quæritur An damnati uideant beatos in patria? Reſpondeo, uel clarè,

Tho. in 4 d.50 q.2 ar.2. uel arguitiuè;primo modo non, quia non uident Deum,&c.ſecundo ſic, ſicut hodie intelligitur.

Exemplum tu vides arguitiuè & per coniecturam, quid facit filius tuus,vel famulus in domo,cui commiſiſti agenda.Si dicas an plura tormenta haberet diues? Reſpondet Chrys. quòd ſicut mendicus a pluribus Angelis fuit portatus, ſic e contra diues a pluribus cruciatibus cruciatus eſt, & exclamauit. Chriſ.

Pater Abraham miſerere mei, mitte Lazarum,vt intingat extremum &c. Si quęras,quomodo damnati loquantur, beatis?,Reſpondeo,quod nō clarè,ſed arguitiuè,licet Chriſtus fingat locutionem claram,tamen hoc facit, ut melius intelligatur. Si dicas,dixit miſerere mei,ergo pœnituit.

Reſpondet Chry. Fruſtra agis pœnitentiam,ubi non eſt locus pœnitentiæ. Non autem rogabat Lazarum præ uerecundia. Chriſ.

Si dicas;anima non habet linguam ergo? Reſpondet Augu. de ori. animæ, quòd eſt locutio metaphorica.ſ. vt cognoſcamus pœnas. Augu.

Fili recordare, quia recepiſti multa bona &c.Inter uos,& nos chaos. &c. Si quæras an aliquis poſſit habere bonum in hoc mundo & etiam in alio? Augu.

Reſpondet Chrys. ꝙ hoc eſt de generè impoſſibilium,& ſi habetur, maxima tamen cum difficultate Quid ſit Chaos? Reſpondet Teophi. ꝙ eſt illa diſtātia,quæ eſt inter beatos,& damnatos. Quæritur an parentes beati compatiatur parentibus damnatis? Chrys. Theophi.

Reſpondeo, cum ſancti exiſtentes in patria, ſemper ſint conformes uoluntati diuinę,& Deus non compatiatur damnatis.ergo nec ipſi.

Rogo pater ut mittas eum ad domū patris mei.

Quinque.n.fratres habeo,Quare autem hoc dicat? Reſpondeo, remittens te ad introductionem huius euangelii. Habent Moyſem,& prophetas, quaſi dicat,habent legem moſaicam,& ſcripturam.Quare.

Abraham etiam, Reſpondet ei dicens;quòd ſi non audiunt Moyſem, & prophetas,minus audient reſuſcitatū? Reſpondeo,quòd ſapientiſſime reſpōſum eſt,quia Lazarum reſuſcitatum(q narrauit,

narrauit de alia uita) Iudæi voluerunt occidere &c.

Vel dicas, quod cum lux ſit a Deo, quaſi diceret, ſi non credunt Deo, minus reſuſcitato.

Primum documentum: Habens facultatem, non debet negare eleemoſinam indigentibus, nec permittere illos a ſua domo diſcedere ſine aliquo iuuamine, & non facere ſicut hic Epicurus.

Secundum documentum; Dum ſumus in hoc mũdo debemus bene operari, & non expectare poſt mortem in inferno, ibi, fili recordare &c.

Tertium documentum. Dum habemus legem Chriſti, & prędicatores ſacros, & Prophetas nos vocantes, debemus ſequi illos, & eis obedire, vt nos doceant &c.

Quartum documentum. Deus oſtendit nobis duas vias, primã Auaritię, & iſta eſt mala. Secundã paupertatis, & iſta eſt bona, ergo ſequi paupertatem debemus, & fugere auaritiam, de qua aliqua puncta videbimus.

Primum. Si pauper Lazarus beatus gaudeat de auaro damnato.

Secundum. Quomodo Auarus peccat in diuitijs.

Tertium. Quare diuitiæ non ſatiant diuites auaros.

Quartum. Quis facilius ſaluatur pauper, an diues.

Ad primum, duę ſunt opiniones. prima, quod non, & probatur ſic. Vitium, vel peccatum vnius viatoris, non debet attribui vni beato, ſed vitium, & peccatum eſt vni viatori gaudere de malo proximi, ergo Lazarus beatus non gaudet de damnato.

Minor probatur, tum propter præceptum Chriſti, dilige proximum tuum ſicut te ipſum, tum etiam propter ordinem charitatis, quia poſt Deum homo debet diligere ſe, & proximum.

Secunda ratio, compaſſio oritur ex charitate, ſed in patria eſt charitas conſumata, ergo potius Lazarus compatitur, quam gaudeat de malo.

Pſal. 57. Secunda opinio eſt q̃d ſic. Lętabitur iuſtus cum viderit vindictã, ergo Lazarus gaudet videndo uindictã in diuite.

Ad hoc reſpondeo, & eſt duplex, reſponſio, prima, quod pœna damnatorum, quam vident beati, non offuſcat eorum beatitudinem, quaſi dicat potius gaudent, quàm non. Sed eſt alia reſponſio. Mag. 4. c. vlt.

Beatos gaudere de malo damnatorum poteſt tripliciter conſiderari. primo de malo inquantum malum eos cruciat, & iſto modo non gaudent, quia eſt contra charitatem, in qua beatia ſtu ſunt. ſecundo de malo inquantum iuſtitia diuina habet locum contra damnatos, & ſic gaudent, quia ſunt Deo conformes. tertio de malo illo, a quo ipſi (Dei gratia) ſunt liberi, & ſic gaudent.

Ad primum dico quod beati gaudent de iuſtitia Dei, inquantum iuſtitia, ſed non inquantum malum infert damnatis vt proximi ſunt. Ad ſecundum de compaſſione dico, quòd beati nõ compatiuntur damnatis propter tria.

Primò quia damnati habent quod ipſi met voluerunt, & quia potuerunt habere paradiſum per fidem, & bona opera, & maluerunt damnationem. ſecundò, quia damnati ſunt in ſtatu pœnę, in quo non debemus compati.

Si autem eſſent in ſtatu pęnitentię, in quo compatiendum eſt, aliud eſſet.

Tertiò, quia ex quo beati ſunt conformes Deo non compatienti damnatis, nec ipſi debent compati.

Si dicas, Deus eſt miſericors, ergo Lazarus conformis Deo, debet compati? Reſpondeo, ſicut Deus non compatitur, niſi in ſtatu pęnitentiæ, ſic & Lazarus. &c.

Corollarium: filius beatus gaudet patre damnato, illis tribus modis.

Ad ſecundum, quod in diuitijs contingit quadrupliciter bene vel male agere, primo mõ deſiderando, & ſic dico, q hõ poteſt tripliciter deſiderare diuitias, videlicet, primò propter neceſſitatem, ſecundò propter vtilitatem, Alex. 1. par. q. 153. Tho. 2a. q. 118.

tem, tertiò propter cupiditatem. Si primò, dico, quòd eſt licitum deſiderare neceſſaria pro familia conſeruanda. Vnde Moiſes in labore vultus tui veſceris pane tuo, ideo Salamon diuitias, & paupertates ne
Gen. 3. dederis mihi, ſed tantum victui meo tribue neceſſaria. Si ſecundo ſcilicet de
Pro 8. ſiderare temporalia propter indigentes, & ſic bona intentione poteſt deſiderare. Si tertiò propter cupiditatem tantum, ſic eſt peccatum qui volunt diuites fieri incidunt in temtationem, & in laqueum Diaboli. Vnde Salamon. Vnus eſt, & ſecun-
1 tim. 6. dum non habet, non fratrem, non filium, & tamen laborare non ceſſat,
Eccl. 4 nec ſatiantur oculi eius, dicens, cui laboro, cui fraudo animam meam bonis? Secundo modo acquirendo, & hoc dupliciter, primo modo licitè ſine uſura, fraude, &c. Et ſic non eſt peccatum, ſecundo modo illicitè, hic exemplificandum eſt de mercatore, artifice, qui in tribus diebus vult fieri diues, per fas, & nefas. &c.

Tertio modo diſpenſando, & dupliciter, vel indebitè, ſcilicet luxurioſè uiuendo, ludendo, & in pompis inſiſtendo. &c. & hoc eſt peccatum; vel debitè ſcilicet primò pro ſe, & neceſſitate familiæ, ſecundò pro indigentibus, iuxta illud Salomon fę-
pro. 19. neratur domino qui miſeretur pauperi.

Quarto poſſidendo, & hoc tripliciter, vel malè acquiſita, non reſtituendo, & hoc eſt peccatum contra charitatem, deinde cor in illis po
pſal. 61 nendo, ſcilicet amando, & ſic eſt peccatum mortale diuitiæ affluant, nolite cor apponere, tandem ſi poſſidet pro neceſſitate imminente ſic non eſt peccatum.

Ser. 1. q. Ad tertium Reſpondeo, quòd di-
prob. uitiæ non ſatiant auaros propter ſex rationes, prima propter appetitum, vnde nota, quòd appetitus noſter nō poteſt ſatiari, niſi in aliquo infinito
Aug. ſcilicet Deo. Ideo Auguſtin. feciſti nos domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te. Vnde, primo politic. Diuitiarum a- Ariſ.
mor vel pecuniæ creſcit in infinitum, Secunda ratio eſt propter defectum rationis, hic dicendum, quomodo intellectus noſter nunquam ceſſat repræſentare voluntati noſtræ hoc, & aliud ſub ſpecie boni, & vtilis; & voluntas noſtra nunquàm ſatiatur, quia quanto plus habet, plus vellet &c. tertia ratio eſt propter fluxum rerum, quarto. phiſicorum, Om- Ariſ.
nia tabeſcunt in tempore ſuo. Hinc eſt, quòd noua placent & ſic homo in infinitum procedit accumulando. &c. Quarta ratio eſt propter amorem huius mundi, quia ſcilicet homo putat ſe habere poſſe omnia, quæ ſunt in mundo, & illa acquirere per pecuniam. Exemplifica, modo tuo, Quinta ratiò eſt propter ſpem diu uiuendi, quia ſperat ſe longo tempore victurum, & ſperans in diuitiis magis quàm in Deo, dubitat ne illi ſubſtantia deficiat. Sexta ratio eſt, quia non cogitat finem ſuum eſſe malum, qui finis eſt talis quòd de auaro in extremis fiunt tres partes, nam prima pars ſcilicet anima eius datur inferno cuius rei exemplum hodie habemus; quia diues ſepultus eſt in inferno. ſecunda pars ſcilicet corpus datur vermibus, tertia pars ſcilicet bona temporalia tot aſſiduis laboribus, & vigiliis acquiſita, diuiduntur ab hæredibus eius, nunquàm de eo memoriam facientibus, ſed luxurioſè viuendo, has facultates nulli impendunt, & potius maledicun. ei, quàm benedicunt, ei quàm benedicunt, & quàm plurima verba turpia effantur de ipſo, & contra ipſum.

Ad quartum Reſpondeo, quòd aliqui dixerunt, quòd pauperes faciliori modo ſaluantur, quàm diuites. væh vobis diuitibus, qui habetis con Luc. 6.
ſolationem veſtram in terra, Aliqui dicunt, quòd diuites faciliori modo ſaluantur. Salomon nam propter ino- Pro. 29.
piam multi perierunt. Exemplum, quòd

quod propter inopiam eueniũt furta, meretricia &c. Ego autẽ Reſpondeo, vel quæris an diuites poſſint ſaluari, & ſic dico ꝙ ſi bona conſciẽtia acqui ſiuerint bona temporalia,& debitè illa diſpenſauerint, ꝙ ſaluantur ſicut Abraham, Zacheus, Iob. &c. Vel quęris an facilius pauperes poſſint ſal uari, & ſic dico quod ſic, quia diuites habent tria impedimenta, quæ non ha bentur a pauperibus .ſ. inopinatam ſolicitudinem, improbam affectionẽ, & ſuperbam conuerſationem. Ergo melius eſt eſſe pauperem quàm diuitem. Reſponde ergo mihi. vel es Ghriſtianus, vel non, ſi ſic imitare Chriſtũ, qui natus eſt pauper, vixit pauper, mortuus eſt pauper.

Diuitiæ autem ſunt cauſa damnationis ſicut exemplum habetis in Euangelio hodierno. Mortuus eſt diues,& ſepultus eſt in inferno, aſpernemur ergo diuitias,& opes, vt vna cum Lazaro ab Angelis portemur in ſinum Abrahę.i.in cęleſtem patriam. Amen.

ET PEREGRE PROFECTVS EST.
Matt. 21.

SCeleſtorum ſceleribus, vitijſq; ſeruientium mos eſt dicere ſe a ſtatu peccatorum. non poſſe ſeparari. Excuſant.n ſe dicentes non habemus noſtram
Pſal 118 *libertatem,& quod neceſsitate homines coguntur offendere Deum, quaſi genus humanum priuetur libero arbitrio, quod eſt falſum, quia propheta, anima mea in manibus meis ſemper,& contra negantes liberum arbitriũ Aug.*
Aug. *dicit Deus, res, quas condidit ſic adminiſtrat, vt eas proprios motus agere ſinat. Ideo volens ego talem extirpare errorem a cordibus hominum; de libero arbitrio hodie cum Euangelio ſtatui pertractare.*

INTRODVCTIO EVANGELII.

QVæritur an miſericordia ſit maior, quam iuſtitia Dei, vel minor? Reſpõdeo quòd hoc poteſt intelligi dupliciter vel ſecundũ apparentiam, vel ſecundum exiſtentiam, primo modo dico, quòd apparenter miſericordia videtur maior, quàm iuſtitia, quia videmus aliquos malè facere, & tamen Deus miſericordia motus non punit illos, Secundo modò.ſ.ſecundum exiſtentiam dico, quòd iuſtitia non eſt minor miſericordia & quòd ſunt ęqualiter in Deo, quia omne quòd eſt in deo
Margr. n.1.d. 13. iſt idem, quod ipſe Deus, ſed Deus eſt equalis ergo omnia quæ in eo ſunt ęqualia ſunt; Nec mirum ſi Chriſtus hodie volens oſtendere, quòd iuſtitia non eſt minor miſericordia, minatur Iudæis dicens malos male perdet.&c. Sed declaremus textum.

Homo quidam pater familias plantauit vineã,& ſepem circũdedit ei.&c. Sequere totum textum vſq; ibi, malos male perdet. &c. (Narrata parabola) incipe declarare textum, more ſolito.

Aliter eſſet confuſio in declaratione. Deus pater familias ſecundum Chrys. poteſt dici homo non per naturam, ſed parabolicè. Vinea fuit popu- *Chrys.*
lus Iſrael. vinea domini exercituum Domus Iſrael eſt. Sapes ſunt.x. pręcepta quibus populus circundatus fuit, *Iſa.5.*
ne a Diabolo poſſideretur. Torcular fuit Muyſes, qui ſuccum populo, declarando legem, dabat. Turris fuit tẽplum Hieruſalẽ, quod (vt Michee 4.) *Mich.4.*

erat ędificatū vt turris. Agricolę erant Sacerdotes habentes officium ſeruan di & reddendi Deo fructum. & peregrè profectus eſt, non quod receſſerit per loci mutationem, quia vbiq; eſt, ſed reliquit illos in libero arbitrio. Primi tres ſerui fuerunt. Iſaias, qui ex præcepto regis Manaſſe per medium ſectus fuit.

Amos tranſixus, Zach. lapidatus.s. Amos ex pręcepto regis Oziæ, Zach. ex præcepto Ioas. Secundi ſerui fuerunt quamplurimi prophetæ. Filius patris familias iterfectus, fuit filius Dei. Hic notandum, quod Chriſtus in parabola prædixit ſuam paſſionem.

Hier. Quęritur quare Chriſtus dicat iſtam parabolam Iudęis? Reſpondet Hier. vt eos reprehenderet primò de occiſione prophetarum, ſecundò de paſſione, quam ſibi daturi erant ſuper crucem, tertiò ut ipſi met Iudęi darent ſententiam contra ſe ipſos, quod mereantur punitionem, priuationem templi, & diſperſionem.

Si autem dicas, quomodo ſunt malè perditi? Reſpondeo, quia Romani venerūt poſt Chriſtū, & Tito, & Veſpaſiano Ducibus occiderunt eos, & deſtruxerūt Hieruſalē, & ſic dederūt ſentētiā contra ipſosmet. &c. Quæritur an Iudęi verè cognouerunt Chriſtum eſſe Deum? quidam dixerunt, quòd non,

1. cor. 2. quia Paulus. Si cognouiſſent nunquā

Thom. regem gloriæ crucifixiſſent. Ego autē cum ſancto Thoma dico, quod in populo hæbreo, quidam erant principes, maiores, & docti, & iſti ſicut dæmones cognouerunt eum eſſe Chriſtum promiſſum in lege, per coniecturas legis, & per ſigna. &c. Quidam autem erant ſimplices, qui non habebant notitiam ſcripturæ, & iſti non, tamen nō ſunt excuſandi propter miracula quæ faciebat. Iudęi non clare intellexerūt parabolam, ideo Chriſtus clarè fecit illos capaces dicens.

Nunquid legiſtis in ſcripturis, lapidem quæ reprobauerūt ędificantes hic fact' eſt in caput anguli? à Dño factū

Pſ. 117 eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis nřis, Nota quòd in lapide iſto adimpletur figura de Chriſto. Vnde notandum, quando Salomonis templum ædificabant, ſcriptura vbi ſupra facit mentionem de quodam lapide ſæpe reprobato ab ædificantibus, tandem illum lapidem poſuerūt in caput anguli, & ſic vltimò habuit locum nobiliorem, quæ ſcriptura ſic debet intelligit, ſicut lapis fuit reprobatus pluries à Iudæis, & tandem poſitus in angulari loco, vbi cōueniunt duo populi, & parietes duo, ſic filius hominis, toties reprobatus, (Petra autē erat Chriſtus) poſtremò per ſuam mortem, & reſurrectionem erit caput duorum populorum. ſ. 1. cor. 10

Iudęorum, & gentilium conuenientium in vnam fidem. &c. Et Ideo dico vobis, quòd auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius, & qui ceciderit ſuper lapidem iſtum confringetur, ſuper quem vero ceciderit lapis, conteret eum. Hic tria quęruntur, primo quid eſt dicere, & Ideo dico uobis. Reſpondeo, quaſi dicat, propter peccatum veſtræ incredulitatis, & quod non cognoſcitis libertatem veſtram ad bene viuendum, & ſimiliter propter peccatum homicidij & reprobationis &c. Secundo quomodo ablatum eſt regnum ab illis. Reſpōdeo, primo quia diſcipulis datum eſt templū ſcilicet regnum ſpirituale, ſecūdo quia regno cęleſti priuati fuerūt tertio quia à regno temporali, & à dominio electi ſunt. Quid autem ſignificat cadere ſuper lapidem. Reſpondet Hiero. quòd cadere ſuper lapidem eſt (credendo in Chriſtum, & habere eius fidem) peccare. Lapidem vero cadere ſuper aliquem, eſt penitus Chriſtum negare. Vnde Chryſ. dicit, quòd hæc eſt differentia inter confringi, & conteri, quia de eo, quod confringitur, aliquid remanet, ſed de eo quod conteritur nihil, quia quaſi in puluerem reducitur. Chryſ.

Audientes autem Principes Sacerdotum, & Phariſæi parabolam hanc, cognouerunt, quòd de ipſis loquebatur, & voluerunt retinere eum, ſed timuerunt

ſunt propter turbas,quę habebant eũ, vt prophetam

Si dicas quomodò cognouerunt, ꝙ de ipſis loquebatur? Reſpondeo, quia cum tota eorum ſpes eſſet lucrum templi,quia vendebãt oues,& boues,&c.

Ideo ſemper timebant perdere proprium commodum, & ideo quando Chriſtus dixit auferetur à vobis regnũ Dei, coguouerunt, quòd de ipſis loquebatur. Ex his hauriamus aliqua documenta.

Primum: Non poſſumus de Deo cõqueri, quòd non poſuerit nos in via ſalutis, quia fecit nobis vineam, ſcilicet fidem, vt fructũ animæ reddamus ei,ergo ingrati eſſe non debemus, ſed animam dare Deo,&c.

Secundum: Peccatum homicidij hodie à Chriſto reprehenditur, quia tot Prophetæ occiſi fuerunt,& hic dicendum eſſet multum contra hos homicidas,quia nulla eſt hodie differentia inter homicidam, & bouicidam, &c. diſcurre.

Tertium: Non debemus reprobare Chriſtum illi non credendo illum blaſphemando,eius doctrinam fugiendo, quia tandem ſine iſto lapide angulari Chriſto ſaluari non poſſumus.

Quartum: Habemus liberum arbitrium quo poſſumu, regnum Dei acquirere, ideo debemus cum illo bene operari,aliter auferetur a nobis regnũ Dei,De quo libero arbitrio nonnulla, Deo auxiliante, tractabimus.

Primò,quid eſt liberum arbitrium.

Secundò, an homo ſi adeò liber, ꝙ poſſit benè vel malè agere.

Tertiò, an liberum arbitrium poſſit cogi.

Quartò,an dignius eſſet homini habere liberum arbitrium ad bonum tantum, & non ad malum.

Quintò,quare ſi homo eſt liber, magis ad malum, quam ad bonum tendit.

Aug. Ad primum reſpõdet Aug. in lib. de libero arbitrio dicẽs. Liberum arbitrium eſt facultas, uel poteſtas intellectus, & uoluntatis, qua bonum eligitur (gratia aſſiſtente (malum uerò gratia deſiſtẽt.(in qua de finitione)sũt tres particulæ conſiderandæ, prima dicitur, ꝙ eſt facultas, uel poteſtas intellectus, & uoluntatis, & in iſta particula quatuor ſunt interroganda, primò quæro ab intellectu quæ ſit ei' facultas? Reſpondet eſt intelligere. Secundò quæro à uoluntate, qualis ſit eius facultas? Reſpondet eſt uelle ergo intelligere, & uelle eſt liberum arbitriũ. Tertio quæro quare dicitur arbitrium?Reſpondet,quia intellectus eſt tan quam arbiter, uel conſiliarius ipſi uoluntati; quarto quæro, quare dicitur liberum. Reſpondet, quia uoluntas debet eſſe libera ad uelle, uel nolle conſilium illud ab intellectu da & hæc eſt prima particula diffinitionis.

Secunda particula eſt,qua bonũ elicitur, gratia aſſiſtente, & hic duo quæruntur,uel Aug. loquitur de bono opere huius mundi, & iſto modo bene loquitur.Quia Paulus. Non ſumus ſufficientes à nobis aliquid cogitare, 2.cor.3. quaſi nobis, ſed omnis noſtra cognitio, & operatio à Deo eſt, quia .ſ.Deus inſpirat nos ad bene agẽdum, propter q̃ inſpirationem mouemur noſtro libero arbitrio ad bene. & c. Vel loquitur Aug. de bono beatifico, & ſic bene dicit,quia homo nõ poteſt ſine gratia Dei habere, & acquirere paradiſum. Vnde Chriſtus Nemo poteſt uenire ad me, niſi pater meus traxerit eum, Io.6. tertia particula dicitur; Malum uero gratia deſiſtente. & hic duo quæruntur, uel loquitur de malo opere in hoc mundo comiſſo,& ſic Aug. benedicit, quia Deus non concurrit ad actum malum, ut malus eſt, uel de malo æterno.ſ.infernali, & ſic Aug. benedicit,quia homo à ſemetipſo poteſt demereri, & ſe dãnare ſuo libero arbitrio,non concurrente gratia Dei, & ſic patet quid ſit liberum arbitrium.

Ad ſecundum tres inueniuntur opiniones hæreticorum. Prima fuit Manichæi, qui duas in homine poſuit ani- Manich.

mas, unam bonam, ad bonum incli-
nantē, & aliam malam, ad malū incli-
Auer. nantem. contra quem Auerrois in li-
bro 3. de anima, comen. 5. Ipſe vero
fecit librū de vnitate intellectus, qui
liber eſt excommunicatus ab eccleſia
& poſuit vnam ſolam animam eſſe cō
munem omnibus hominibus; ad pro-
poſitum ergo iſte Manichæus dicit ꝙ
homo neceſſariò benè agit, & neceſſa
riò malè, & hoc uirtute, & inſtinctu il
larū duarū animarū, ꝙ eſt contra libe-
Iouinia. rum arbitrium, quia cogit &c. Secun-
da opinio eſt Iouiniani, qui dixit, ꝙ
homo ante baptiſmum habet liberta
tem ad bonum, & ad malum, ſed poſt
baptiſmum, nō poteſt peccare, & hoc
Pelagi. uirtute illius aquæ & ſpiritus ſancti,
& ſic tollit libertatem liberi arbitrij
quātū ad malū. Tertia opinio eſt Pela
gii, qui duo dicit, primo quod homo
poteſt per libertatem liberi arbitrii
peccare. i. ſe damnare, & hoc eſt ue-
rum. Secundò dicit, ꝙ ſolo libero ar-
bitrio poteſt mereri uitam æternam, &
etiam dicit, ꝙ non eſt pro aliquo oran
dum, quia quilibet poteſt a ſemetipſo
ſolo uitam æternam acquirere, ita,
ut nec uiuus, nec mortuus indigeat
orationibus &c.

Ad hanc quæſtionē reſpondeo, po-
nendo tres concluſiones, quarum pri
ma talis eſt.

Mag. in 2 d. 16. d. 29. Homo poteſt per liberū arbitrium
cauere peccato, ergo Manichæus,
qui cogit hominem ad malum uirtute
illius malæ animæ peſſimè dicit, hanc
concluſionem probo ratione & aucto
ritate exemplo ſic ratione. in homine
eſt liberum arbitriū, quo poteſt actus
malos uincere, ergo repreſentato in
intellectu actu malo, uel à Diabolo,
uel à mundo, uel a carne, uoluntas
poteſt non conſentire, & euitare il-
lum actum malum auctoritate habe-
Eccl. 15. tur fecit Deus hominem ad imaginē
ſuā, & ſimilitudinem, & reliquit eum
in manu conſilij ſui, appoſuitque ei
ignem, & aquam, dicens ad quod-
cunq; uolueris extende manum tuam
exemplum ſit de concubina conuerſa,
quæ cognoſcens ſuam libertatem ad
bonum, & ad malum, non uult am
plius conſentire, & hoc totum eſt con
tra Manichæum, qui uult, quod homo
poſſit cogi ad malum.

Secunda concluſio contra Iouinia-
num eſt, quod homo per liberum ar-
bitrium poteſt peccare, etiam poſt
baptiſmum. Ratio autem eſt, quia
baptizatus mundatur a peccato origi
nali & acquirit gratiā Dei. Sed non
confirmatur in gratia adeò quod non
poſſit peccare. ſicut erat Maria virgo
& diſcipuli, qui poſt ſuſceptionem
ſpiritus ſancti adeo confirmati in gra
tiam fuerunt, quod non poterant am
plius deuenire ad actum peccati mor
talis. Exemplum Vos omnes eſtis bap
tizati, & tamen quotidie in diuerſis
peccatis eſtis, ergo homo poſt bap-
tiſmum poteſt peccare, quod eſt con-
tra Iouinianum.

Tertia concluſio contra Pelagium
eſt, quòd homo ſine gratia Dei non
poteſt meritorie agere quod proba-
tur ſic, primò per definitionem libe-
ri arbitrii ibi, qua bonum elicitur, gra
tia aſſiſtente.

Secundò per diffinitionem gratiæ
ibi, & reddens opus eius meritoriū.

Tertiò ſic, quia ſi homo poſſet me-
ritoriè agere ſine gratia Dei, ſequere-
tur, quòd gentiles, qui non habue-
runt baptiſmum, eſſent ſalui, quòd
eſt falſum, quia non habebant illam
gratiam gratum facientem, quæ ac-
quiritur per fidem, ſpem, & charita-
tem, Vnde Chriſtus ſine me nihil po- Io. 6.
teſtis facere. Et ſi dicas pagani ha-
bebant illam gratiam gratis datam,
quæ ab aliquibus imperfecta compa-
ratiuè dicitur, qua poſſunt bene ope-
rari. Reſpondeo quòd illa gratia im-
perfecta, quam habebant pagani, &
quæ eſt communis omnibus creatu-
ris rationalibus oſtendit felicitatem,
& cum illa homo poteſt benè facere,
ſed non dat felicitatem, ſicut gratia
gratum faciens. Si Pelagius dicat,
ſicut ſum in poteſtate mea faciendi
malum, ſic etiam faciendi bonum,
con-

concceditur ergo ſicut ſum in poteſtate demerendi per malum, ſic merendi paradiſum per bonum; negatur conſequentia quia plura requiruntur ad cōſtruendum, quàm ad deſtruendū, ideò licet ſis in poteſtate merendi paradiſum de congruo, tamen illum habere non poteris ſine gratia illius, qui eſt domus paradiſi, quia oportet petere. Ideo dixit Chriſtus, Quærite, & inveníetis, petite, & accipietis, pulſate & aperietur uobis. exemplum, pater familias tenet domum ſuam clauſam, nolens aliquem ingredi, niſi prius pulſauerit ad hoſtium, quo pulſato, nemini ingreſſus denegatur, filius electus, & dilectus patri, non debet conqueri de conſtitutione patris, ſed debet conſiderare hoc licitum eſſe ſcilicet quod nullus ingrediatur, nec ipſe filius ſine domini licentia, licet filius mereatur ingreſſum. Sic in propoſito, dato quòd aliquis de congruo mereatur, oportet petere, ergo ſine gratia Dei, nō poteſt uitę æternæ ingreſſum habere, &c.

Scot.

Luc. 2. 1

Quęritur quare ſit tanta confuſio de libero arbitrio, quia quidam dicūt nos eſſe liberos ad bonum, & ad malum, quidam autem non.

Reſpondeo quod hoc prouenit, quia ignari de tali materia æquiuocant de ſtatu naturæ humanæ, in quo homo habet liberū arbitriū, ideò notandū quod habere liberū arbitrium, poteſt tripliciter intelligi, primò in ſtatu innocentię. Et ſic dico, ꝙ homo quò ad liberum arbitrium, erat ſanus & habebat liberum arbitriū ad bonū, & ad malum. Ideo ſalamon. Deus ab initio creauit hominem: & reliquit eum &c. Secundo in ſtatu naturæ lapſę, & ſic dico, quòd homo quò ad liberum arbitrium claudicabat, & infirmabatur, & ſeruus erat peccati, ut ait Aug. contra Iulianum, & Pelagianū, & Dauid. Infirmus ſum, ſana animam meam, quia peccaui tibi.

Eccle. 15

Augu. ps. 4.

Tertio in ſtatu naturæ reſtitutæ ꝑ gratiā. ſ. poſt aduentum Chriſti, & ſic dico, quòd homo quo ad liberū arbitrium eſt ſanatus per gratiam, qua mediante, homo poteſt meritoriè agere, Et ideo quādo loquimur de libero arbitrio. Oportet diſtinguere de quo ſtatu loquitur ſapiens, & de quo ſtatu loquitur Augu. & propheta, & do quo ſtatu loquuntur Theologi, & ſic nulla erit confuſio.

Ad tertium Reſpondeo, vel quæris an homo poſſit induci ad malum, uel an poſſit mutari de malo ad bonum, & è conuerſo, uel an liberū arbitriū, poſſit cogi? Si de primo queris dico ꝙ ſic, quia Diabolus repręſentando malum, ad malum inducit.

Si de ſecundo dico, quòd ſic, quia Deus poteſt mutare, per inſpirationē hominem malum ad bonum. Exēplū de Saulo, & Magdalena. Si de tertio, dico ꝙ liberū arbitrium eſt tantæ dignitatis, ꝙ neq; a Deo de potētia tū ordinata, neq; a diabolo neque a cælo cogi poteſt. Hoc autem probatur rationibus auctoritatibus, & exēplis.

Prima ratio. 6. Topic. poſitū in definitione alicuius, eſt à deò eſſentiale, ꝙ non poteſt remoueri a definitione niſi per deſtructionem definiti. Sed in definitione liberi arbitrii, libertas ponitur neceſſaria. Ergo libertas nō poteſt remoueri a libero arbitrio, nec poteſt liberum arbitrium cogi, quia aliter non diceretur liberum arbitriū ſed arbitrium coactum. Logica lis.

Secunda ratio. Si liberum arbitriū poſſet cogi ad actum malum, puta ad homicidium ad furta &c. Ergo homicida, & latro non deberent puniri, qa eſſent coacti ad malum, & nullus debet puniri pro eo, quod euitare non poteſt, & ſic leges eſſent ſuperflue, ſed hoc eſt falſum: ergo liberum arbitrium non poteſt cogi. Moralis

Tertia ratio. Deus eſt ſumma iuſtitia, & non punit peccata noſtra ſine ratione. Ergo ſi liberum arbitrium poſſet cogi ad peccatum, eſſet iniuſtitia punire peccatores. Deus autem non facit iniuſtitiā puniēdo peccatores, ergo punit eos, quia fuerunt liberi ad malè agendum. Theologalis.

N 2 Secundo

Aug. Secundo Auth. Aug.5.de ciuitate. c.x. ſunt noſtræ uoluntates, quæ faciunt quicquid uolendo facimus, ſiue bonum.ſiue malum.

15 q.p. c nō eſt. Itē eccleſia nō eſt qđ cuiquā noſtrā adicribamus erumnam, niſi noſtræ uoluntati Exemplū; Deus monuit ſodomitas per Lot & monuit Niniuitas per Ionam, quare Niniuitæ egerunt pœnitentiam. Sodomitæ uerò non? nonne æqualiter utrique liberum arbitrium habebant? Aliud exemplum quare quidam quotidie ad diuinam prædicationem ueniunt, quidam autem non? nonne quia liberum arbitrium tam in his qua in illis eſt æquale?

Gen 19. Ione 3.

Ad quartum Reſpondeo quòd non quia ſi homo non haberet liberum arbitrium ad malū, eſſet impeccabilis, ſi impeccabilis, ergo eſſet Deus, quia ſolus Deus peccare non pōt ſi eſſet Deus, ergo non eſſet homo, ut ergo homo diſtinguatur à Deo habuit liberum arbitrium ad bonum, & ad malum. Si quæras an Deus potuit facere hominem impeccabilem. Reſpondeo ꝙ non, quia Anſel. in libro cur Deus homo dicit. Cur Deus non fecit rationalem creaturam impeccabilem per naturam? Reſpondet quia non potuit illam facere Deum quaſi dicat. Si Deus feciſſet hominem impeccabilem feciſſet illum Deum; ſed non potuit illum facere Deum. ergo dedit illi liberum arbitrium ad bonum, & ad malum propter duo, primo propter honorem, quia maior honor eſt homini habere liberum arbitrium ad utrunq;, quam ad unum. Item quis honor eſſet Paulo, Francisco, & aliis ſanctis acquirere paradiſum, ſi non habuiſſent liberum arbitrium ad malum, quia non potuiſſent non ſaluari, ſecundo homo habet liberum arbitrium propter præmium, ꝙ datur merenti: ergo niſi homo haberet liberum arbitrium ad utrumq; non mereretur paradiſum.

Anſel.

Ad quintū Reſpondeo, quia nos ſumus agricolæ ingrati patrifamilias, qui plantauit nobis uineam, qui pater familias, moraliter, eſt Chriſtus, uinea eſt fides Chriſtiana, ſæpe eſt Euangelium torcular eſt patientia in tribulationibus. Turris eſt cognitio paſſionis Chriſti. Agricolæ (ſicut dixi ſunt Chriſtiani, fructus eſt anima, ſed ingrati ſumus, quia non amamus Chriſtum, fidem extirpamus, laceramus, & frangimus per incredulitate, ſæpem deridemus, torcular fugimus, turrim blaſphemamus & fructum Diabolo damus, Nec mirum eſt ſi auferetur à nobis regnum Dei, & ſi nos malos perdet. Quod quidem ipſe miſericors Deus à nobis auertat, ſed auxilietur nobis, ut libera uoluntate, bona diligamus; & falſa; & mala abiiciamus. Et nobis non auferatur, reddetur regnum Dei, in quo ipſe pater cum filio, & ſpiritu ſancto uiuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen

STATIM VENIET AD TEMPLVM DOminator quem, &c. Malac. 3.

QVI Romanorum Imperatorum res geſtas & uitam legit, inuenit eos de uictis, regibus, ſubacti: prouinciis, onuſtos preda, & ſpoliis, incredibili pompa, magno faſtu, ingentiq; gloria Romam ingreſſos, primò omnium ad Deorum templa ſe contuliſſe, ibiq; inſignia, & arma ab hoſtibus extorta obtuliſſe, duplici de cauſa. Primo ut fama eorum nunquam extingueretur. Secundò ut filii uidentes ea ſtemmata fierent animoſiores ad ipſo imitandos; p ſi hec, ipſis gloriæ erant tanto magis Mariæ, Virgini, quæ poſt fœliciſſimum ac toti orbi ſaluberrimum incarnati uerbi partum, ſe contulit ad templum ob purificationem & preſentationem ſuam, De qua purificatione nonnulla parauimus dicenda.

MAgna ſolénitas eſt iſta cariſſimi, quia, primò de Matre fit mentio & vocatur feſtum purificationis, ſecundò de filio, & ſic vocatur feſtum preſentationis, Tertiò de ſimeone, & uocatur feſtum Obuiationis. Ideò, primò de Matre, Secundo de filio, Tertiò de ſimeone aliqua videbimus, de matre igitur videndum.

Primo Vtrum fuerit uerum matrimonium inter Mariam, & Ioſeph?

Secundo Quare Deus ordinauit illã legem Purificationis?

Tertio Vtrum Mariam debuiſſet obſeruare legem Purificationis, cum non peccauerit?

Ad primum Reſpondeo, ꝙ de matrimonio duo uidenda ſunt. Primò Quid ſit matrimonio. Secundo. An cõſenſus uiri, & mulieris ſit neceſſarius ad contrahendum matrimonium.

Ad primum Reſpondeo; Matrimo-
Mag.in 4 d. 27. nium eſt coniunctio maritalis, uiri, & mulieris, retinens uitam indiſſolubilé, inter legitimas perſonas. pro quo notandum, primò quod in matrimonio, eſt triplex bonum. ſ. bonum fidei, hoc eſt communicatio corporum ad inuicém. ſecundo bonum prolis, & hoc eſt ad benè beateq; nutriendum, tertiò bonũ ſacrámenti, qa ambo promiſerũt Chriſto & eccleſię inſeparabilitaté. Secũdũ notandum quòd matrimonium habet tres gradus. ſ. promiſſionem, deſponſationem, & conſumationem, primus nõ poteſt retrocedere ſine peccato mortali, quia eſſet periurus, ſecundus nõ poteſt retrocedere quia eſt verum matrimonium, per verba de præſenti in forma eccleſiæ, niſi alter habeat ingreſſũ in religionem, tunc. n. facta profeſſione alter poteſt contrahere niſi iam interueniſſet carnalis copula, tertius non poteſt retrocedere, niſi per mortem, uel ambo in religionem introeant.

Ad ſecundũ de conſenſu dico, quod quidã dixerunt ꝙ non; quia ſolus Deus Hier. 1 2
eſt ſcrutator cordium, ergo non conſtat de mutuo conſenſu apud nos, ſed Deus nouit. Ergo, ex quo non ſumus certi mutuus conſenſus non eſt neceſ-
ſarius. Tamen eccleſia dicit, ꝙ ad hoc, Extra de ſpon. c. tuamos, & ibi.
ꝙ verè contrahatur, oportet, ꝙ ibi ſit
mutuus conſenſus interior corde, ore, 1 4 d. 27
nolle uel opere expſſus dicit ſigno, pp mutos qui poſſunt contrahere. Item abſentes poſſunt contrahere per procuratores, & p literas exprimétes mutuos conſenſus, dummodo auditu, fama. ſe nouerint, neq; alter eorum ſit infidelis, ex his patet ꝙ; ſi quis ſit ita ebrius, ꝙ nõ poſſit exprimere proprium conſenſum, non poteſt contrahere. Idem dicatur de furioſo, quamdiù furiis agitur.

Ex

Et ſi quæras vnde dicitur matrimonium? Reſpondeo, a matre, quia ſibi incumbit officium nutriendi fœtum in utero ex ſanguine menſtruo, poſtea nata prole, & lacte educata, dici poſſet patrimonium, quia patri incūbit prouidere de ſtabili. Ad argumentum, oppoſitum. Reſpondeo quòd licèt ſolus Deus cognoſcat corda, & mutuos cōſenſus, tamen etiam per ſigna cognoſcuntur, ſi læto vultu hilariq; animo fiant &c.

Ad quæſitum ergo. Reſpondeo quòd quidam dicunt quòd non quia ambo uouerunt uirginitatem, primo de Maria patet, quia Angelo. Reſpondet, quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco, ſecundo de Ioſeph patet, quia eccleſia tenet illum uirginem Secunda opinio eſt ꝙ fuit uerum matrimonium, quia quando conuenerunt in coniugium uouerunt mutuam, & indiſſolubilem ſocietatem, amorem, & obſequium, quę omnia ſunt de eſſentia matrimonii. Ergo fuit uerum matrimonium inter illos.

Dec. in 4d. 30 q.2. Ad quęſtionem Reſpondeo, ꝙ inter illos fuit uerum matrimonium, quia ibi fuit mutuus conſenſus animorum; in quo conſenſu conſiſtit eſſentia matrimonii. Si dicas, ibi non fuit copula carnalis

Ergo nō fuit matrimonium. Reſpōdeo ꝙ copula carnalis, & procreatio non eſt finis principalis matrimonii, ſed mutuus cōſenſus, & donatio corporum, quę fuit in virgine, & licet copula carnalis ſit de eſſentia, tamē non eſt finis principalis matrimonii. Exemplum de quamplurimis nuptis, qui non ſunt uniti per copulam, & tamen ſunt in matrimonio uero.

Si dicas uouerat uirginitatem. Reſpondeo, ꝙ uotum uirginitatis, ſiue fuerit ante deſponſationem, ſiue in deſponſatione, non impedit matrimonium, quia fuit conditionatum, hoc modo uidelicet, niſi Deus aliter diſpenſaret, ſed Deo placuit aliter facere, ut Maria cōciperet, quàm per effuſionem ſeminis, ergo fuit uerum matrimonium. Si dicas, ſi uouerat uirginitatem, quare cōuenerunt in coniugium, cum non ſit conſuetudo? Reſpondeo, quia Maria a ſpiritu ſancto & Ioſeph ab Angelo audiuerāt, ꝙ tale miſterium eſſet ſine ſeminis effuſione. Si ſecundo dicas, ſi Maria non indigebat viro, quare Deus voluit ipsā deſponſari viro? Reſpondet Ori. propter quatuor, primo propter cuſtodiam matris, & filii, ſecundo, ut ipſe Ioſeph eſſet verus teſtis, Tertiò ut comitaretur illos in Hieruſalem ad tēplum; in AEgyptum fugiendo homicidiū Herodis, quartò propter famā prolis, contra hęreticos. Orig.

Ad ſecundum. Reſpondeo, ꝙ omnia Dei pręcepta ad decem præcepta Decalogi reducuntur, quę decem pręcepta, a mulieribus generantibus quadrupliciter franguntur ſcilicet concipiendo, portando, pariendo, & nutriendo. De primò Deus ordinauit generationem propter conſeruationem humanę naturę (pręmiſſa tamen oratione debita) de Sarra quę pro filio ſuo Iſaach orauit &c. Ideo dicitur inter legitimas perſonas, propter legem Dei, quę in ipſis generantibus ſtare debet, ſed hodie oppoſitū. &c. Gen. 21. Secundo. ſ. portando, quia aliàs graui dæ mulieres ſemper orabant pro filio geſtando, & vt benè beateq; viueret, nunc autem oppoſitum agunt. Dilata ut tibi placet. Tertio parturiendo, q. a cum patienter ferre deberent labores partus & gratias Deo reddere deberent, vana & falſa contra Deum loquuntur, quarto nutriendo, quia magis amant illum filiū, quàm Deum, & ſunt Idolatrę. Et ideo quatuor modis ſupradictis frangunt decem pręcepta merito, itaquę quater decies numero .ſ. quadragenario, ſeu. 40 dierum ſtāt extra templum, quaſi non dignè propter illa peccata, Leui. 12.

Ad Tertium Reſpondeo, ꝙ ſic, q. a ſi plenitudo gratiarum Chriſti in Maria ſe infudit, ergo Maria debuit Chriſto cōformari, ſed Chriſtus primò ſubiecit Tho. p3. q. 37. ar. 1.

biecit ſe circuncifioni(non quia indi
geret circumcidi)ſecundo eundo in
Hieruſalem in templum ſæpius, & ſi-
militer ſubiecit ſe aliis oneribus le-
gis non propter aliud,niſi propter re
uerentiam legis, & ut redimeret ſu-
biectos ſub lege, undè Chriſtus uo-
luit ſub lege fieri,ut eos,qui ſub lege
erant redimeret.Si ergo Chriſtus pro
pter honorem legis obſeruauit legē,
ergo,etiam Maria Virgo Chriſto con
formis debuit purificari, quamuis ea
purificatione minime egeret, ſecun-
do de Feſto filii,quod vocatur præſē
tatio,duo uidebimus.

Primo ſi Chriſtus non fuiſſet præſē
tatus,an peccaſſet?

Secundo quare voluit preſentari ſi
cut cæteri?Ad primum dupliciter po
teſt intelligi.ſ.an peccaſſet,vel an po
tuiſſet peccare.Si primo modo intel-
ligatur,dico ꝙ nō,quia Aug. de reg.
Aug. Principium.Nullus Princeps obliga
tur ſuis legibus.Si ſecundo, Reſpon-
deo ꝙ aliqui uoluerūt probare Chri-
ſtum poſſe peccare duobus mediis.

Primo per os ſuum. Si dixero quia
Io.7. neſcio,eum,ero ſimilis uobis mēdax
ergo ſicut fuit in ſua poteſtate dice-
re illum cognoſcere,ſic dicere oppo
ſitum,ergo potuit dicere mēdatium,
ergo peccare.

Secundo ſic,Chriſtus aſſumpſit ue
rè naturam humanam, ſed natura hu
mana poteſt peccare,quia habet libe
rum arbitrium ad bonum,& malum,
ergo poteſt peccare.

Sco.in 3. d. 12.q. unica. Reſpondeo,quòd Chriſtus nō po-
tuit peccare actualiter,qa unit⁹ Deo
quis eſt impeccabilis per naturam,er
go mentiuntur, qui Chriſtum poſſe
peccare dixerunt.

Ad primum dico,quod potuit dice
re,non cognoſco Deum ore materia
liter non tamen corde afferendo illa,
quia ab inſtanti ſuę conceptionis ani
ma ipſius fuit beata, priuata omni
peccabilitate.

Ad ſecūdū argumentū dico,ꝙ totā
naturā humanā aſſumpſit perfectè.Er
go potuit peccare actualiter, nego,
quia nec habebat uoluntatē ſui natu
ra uertibilem ad malum,ſicut nos,in
noſtro libero arbitrio, nec peccabili
tas actualis erat in illo. Exemplum,
non habeo aureum coronatum,ergo
non poſſum expendere.

Ad ſecundum motiuū de filio.Re-
ſpondeo quòd propter quatuor.ſ.pri
mò propter legis impletionem,ſecun
do propter tēpli ſanctificationē, Ter
tiò propter noſtrē inſtructionē quar-
tò ꝓpter myſticā ſignificationē. De
primo notandum, quod de prole na-
ta,duplex pręceptum,primum gene-
rale,quod purgatis,40, diebus mater Leui 12
ad templum ibat,& pro filio,uel filia
offerebat ſacrificium.ſ.agnum,uel ſal
tē duos turtures,uel duos pullos co-
lumbarum,propter, ſimplicitatis ſi-
gnificationem animalium, & hoc ad
extinguendū peccatum,in quo cōce-
ptus erat.Ideo Chriſtus,non propter
peccatum,ſed ꝓpter legē Voluit prę
ſentari,more pauperū, quia Obtulit
duos pullos &c.Sdm præceptum ſpi-
rituale ꝙ primogenita Deo offerebā Exo.13.
tur in omni genere, & hoc in memo
riam,quando Deus percuſſit primo-
genita AEgypti,quando liberauit po
pulum Iſraelem,& quiaChriſtus fuit
primogenitus,ideo legem impleuit.

Secundo propter ſanctificationem
non quia Chriſtus indigeret ſancti fi-
catione,ſed potius templum debebat
ſanctificari per ipſum ſanctum ſancto Malac 3
rum,ſtatim veniet ad templum ſuum
dominator,quem uos quæritis.

Tertiò propter noſtram inſtructio
nem.Vnde ſciendum,quod Chriſtus
factus eſt homo nō propter ſe ipſum,
ſed ut nos Deo faceret, docendo; &
inſtruendo,& Ideo ipſe docet nos ire
ad templum,ad baptismum,ad Chryſ
ma, ad fidem &c. [illegible] 18

Quartò propter myſticam ſigni-
ficationem. Omne primo geni-
tum offerebatur Deo in templo,
tamen ad hoc quod homo poſſent
redimi, oportebat ſoluere, quinque
ſiclos, & niſi homo redimeretur
remanebat in ſeruitute templi,
pro

pròqua conſuetudine antiqua, nunc in baptiſmo datur aliquid. &c. Chriſtus autem fuit redemptus quinque ſiclis, inuentis amore Dei, quia moriturus erat quinq; plagis, "

Tertio de Simeone Santo notandum, quòd de Natiuitate Chriſti duas.cõiecturas habebat, prima quia legiſperiti cognouerunt tempus Meſſiæ eſſe completum, quia Prophetiæ implebantur, ſecunda quia Ioannes Baptiſta.me- Io. I. dius autem ueſtrum ſtetit, quem uos neſcitis. Ideò omnes ſancti patres orabant Deum, vt digni eſſent illum uidere, & cognoſcere, in quib. orationibus reſponſum accepit Simeon a ſpiritu sã- Luc. 2. cto non uiſurum ſe mortem, niſi uideret Chriſtum Domini, qui gauiſſus eſt ualde, & legens ſcripturam uidit illud ſtatim ueniet dominus ad templũ Malach. ſuum, quem vos quæritis, & ſic Simeõ ſæpius in templo ſtabat orando & expectando, tandem a ſpiritu ſancto illuminatus eſt, quod Chriſtum, uiſurus erat & edoctus a ſpiritu ſancto, quòd ille qui erat in ulnis ſuis, erat Meſſias, eum adorauit, dicens, Nunc dimittis Luc. 2. ſeruum tuum domine &c. Sic & nos cũ cũ Simeone adorare debemus, qui uit & regnat in ſecula ſeculorũ. Amẽ.

BEATI, QVI AVDIVNT VERBVM DEI, & cuſtodiunt illud. Lu 2.

Cic. *CIcero in veteri Retorica dicit, quod eloquentia humana eſt tantę utilitatis, quòd nulla ciuitas, nulla Reſpu. nullumq; regnum, regi, & gu-* Plato. *bernari poteſt, absque illa, ideo Plato in libro de Repu. dicit, ornamentum magnum Reipu eſt eloquentia, & [illegible] dicit.* Ariſt. *Decus quippe Regis eſt ſapientia, atque eloquentia. Sed ſi eloquentia humana tantæ eſt vtilitatis, quid dicendum de eloquentia diuina? que nil aliud* Pro. 30. *eſt, niſi uerbum Dei, uel ſacra ſcriptura? hoc eſt illud uerbum Dei, quod clypeum vocamus, quo nos defendimus aduerſus diabolicas tentationes. Hoc* Eph. 6. *eſt illud uerbum Dei, quod gladium appellamus, quo percutimus Diabolum & hæreticos vulneramus, Hoc eſt illud verbum Dei, quod malleum uocamus* Hier. 23 *in ſcriptura, quo percutimus duritiem noſtre incredulitatis, hoc eſt illud uerbum Dei, quod à Chriſto cibus ſpiritualis uocatur, quo animas noſtras pa-* Mat. 4. *ſcimus. Non in ſolo pane uiuit homo. &c. De quo verbo Dei conformiter cum euangelio pauca dilucide tractabimus.*

INTRODVCTIO EVANGELII.

Auga. Hier. DIſputatur, cum multa miracula Chriſtus fecerit, quibus infirmis magis cõpatiebatur Reſpõdent Aug. Hiero. & Grego dicentes hoc poſſe intelligi dupliciter, uel de infirmitate corporali tantum, uel de utraque.ſ. ſpirituali & corporali. Si prima Chriſtus non ſanabat corporaliter, quin ẽt ſpũaliter ſanaret. Si ſecunda dico ꝙ illis, qui erant a maioribus infirmitatibus oppreſſi. Si dicas, ꝗ eſt infirmitas maior hominis? Reſpondeo quando creatura eſt poſſeſſa à Diabolo, ratio, quia priuatur bonorũ actuum ſui corporis

tis exercitatione, ſecundo quia anima illius non vtitur ratione, quia nec Deum, nec bonum cognoſcit. Nec mirum ſi inuenimus hodie Chriſtum pietate motum, liberare poſſeſſum a Diabolo, ſicut patet in ſacro textu hodierno. Erat IESVS eiiciens demonium, & illud erat mutum, &c. Primo quęritur, quare Deus permittit dæmones uexare corpora noſtra? Reſpondeo propter tria, primo ad oſtẽſionem potentię diuinæ, quæ cognoſcitur per liberationem &c. ſecundo propter punitionem, tertio ad noſtrã eruditionẽ ſcilicet ut credamus. &c.

Si quęras, quam poteſtatem habẽt dæmones in corpus humanum. Reſpondeo, uel quo ad miracula, uel quo ad artificialia, primo modo nullam habent, quia ſolus Dei eſt facere miracula, ſecũdo modo dico, quod omnia, quæ poſſunt fieri per artificẽ, ipſi ſciunt facere, Tertio modo, quo ad locutiouem, & ſic dico quod poſſunt mouere corpus ad loquendũ modo ſuo, ſicut manifeſte uidemus. &c.

Quęritur an homo ille prius eſſet mutus, An Dæmon illud mutum redderet? Prima opinio eſt, quòd ille homo erat prius mutus, & ſic Chriſtus duo miracula in ipſo oſtendit, quia ſcilicet à dæmone eum liberauit & locutionem illi reddidit. ſecunda õpinio eſt ꝙ non erat mutus, ſed Diabolus, ſic eum, mutum reddebat. Si dicas quomodo Diabolus poteſt hoc facere? Reſpondeo, ꝙ ſicut Diabolus in corpore exiſtens habet poteſtatẽ mouendi linguã corporis in locutione idiomatum, ſicut qñ uidemus oppreſſum ruſticũ loq hębraice, grece. &c. Sic habet poteſtatem retinendi linguam, & ſic mutum illũ oſtendere.

Sed quæritur quomodo dæmones ſciunt? Reſpondeo, ꝙ ſcientia demonum, alia eſt per natura, & alia per gratiam quantum ad primam, dico cum Dionyſio de diuinis nominibus. cap. 4. ꝙ omnia naturalia remanſerũt integra in dæmonibus, quando ceciderunt. Et ideo ſciunt naturalter. De

Tho. 1. q. 64. ar. 1.

Dioni.

ſecũda autem dico, quod alia eſt ſpeculatiua, alia affectiua, prima eſt ſcire aliquod ſecretũ Dei, & iſta totaliter ab eis nõ fuit ablata, ſed diminuta quia ſciunt aliqua ſecreta ꝑ cõiecturas puta uidendo iſtũ, & illũ infirmũ ſanaturum ſecunda uero, quę eſt producens amorem Dei, & charitatem, iſta penitus ab ipſis fuit ablata, ſicut charitate priuati fuerunt. Si autem quęras an Dæmones in corporibus exiſtentes patiãtur ignem infernalẽ. Reſpondeo, quòd dæmones vel ſint in corporibus humanis, vel ſuper, aut ſuptus terram, uel in aere, ſemper torquentur. Angeli autem boni, e contrario, ſemper gaudent, quia ſemper uident Deum.

Tho. in 4.

Quidam autem ex eis dixerunt, in Beelzebub Principe dæmoniorum eiicit dęmonia. Alii autem ſignum de cælo quęrebant. Quæritur, qua de re dicant Chriſtum in principe Dæmoniorum eiicere Demonia? Reſpondet Remi. quòd tanta erat inuidia Phariſæorum, ꝙ uidentes miracula Chriſti ſicut hodie, a Diabolo mouebantur cogitare omne malũ de illo, & ideo aliqui dicũt de Belzebub, aliq ꝙ arte magica, & aliq ſignũ de cœlo qrebãt. Videns autẽ IESVS cogitationes eorũ dixit. oẽ regnum in ſe ipſum diuiſum. &c. Hic dicendum, quod duæ diſcordiæ erant in regno Iudeorum.

Remig.

Prima erat, quod quidam credebãt Chriſtum eſſe filium Dei, quidam ꝙ arte magica operabatur, quidã quod in Beelxebub, inuocãdo, illũ, quidam verò dicebant, ꝙ terrena erant eius opera, Vnde quidã de cęlo querebãt ſignũ Ergo eius regnũ erat ꝑpter talem diuiſionem deſolatum, ſecunda inter Chriſtum filium Dei, & Iudæos eum negantes eſſe.

Deum & quia CHRISTVS erat Deus, ideo omnipotens ergo debebat ſuperare Iudęos, & regnum eorum deſolari, &c. Videns CHRISTVS cui attribuerent eiectionem Dęmonum, confundit eos dicens. Si in Beelzebub principe dæmoniorum

eijcio demonia, filij ueſtri in quo eijciunt? Quare Chriſtus adduxit filios? Reſpondeo quia Apoſtoli, qui erant filij ipſorum, etiam eijciebant dæmonia in nomine Chriſti & meli⁹, ut habetur in euãgelio ipſimet Iudæi uolẽ-
Mar. 6. tes experiri, an Chriſtus eſſet De⁹, dicebãt illis, qui erãt a Diabolo poſſeſſi: in nomine Ieſu Chriſti. &c Et ſana-
Mar. 9. bantur, Vnde Mar. narrat, ꝙ uidentes diſcipuli Iudæos hoc facere dixerũt Chriſto, Domine uidimus quendam eiicientem Dæmonia, qui nõ ſequitur nos, ergo nec mirũ, ſi patres accuſabuntur a filijs in die iudicij. &c.

Aug. Quid autem ſit digitus Dei? Reſpõdet Aug. ꝙ ſpiritus ſanctus interpretabatur, quaſi dicat Si (ꝓ quia) in uirtute ſpiritus ſancti eiicio dæmonia, licet uos hoc non credatis. Ideò peruenit in vos .i. contra vos, regnum Dei. Ad mirãtibus autem diſcipulis, quod Iudæi talia attribuerent Magiſtro, Chriſtus aſſignabat eis duas cauſas, quarũ prima eſt Cum fortis armatus cuſtodit atriũ ſuũ, in pace ſunt omnia &c.
Chris. Fortis armatus ſecundum Chry. eſt Diabolus, non quia naturaliter ſit cõtra nos fortis, ſed noſtra puſillanimitas illum fortẽ reddit, cuius arma ſe-
Theoph. cũdum Theophi. ſunt diuerſa peccata hominib⁹ repræſentata. Et ſi dicas
Bed. Quid ſit atrium? Reſpõdet Beda ꝙ eſt iſte mundus, cui Diabolus ante Chriſti aduentum dominabatur, ſed ſuperueniẽs Chriſtus fortior Diabolo illũ eiecit. Vnde nihil mirum ſi Diabolus per os Iudæorũ conquerebatur, & obloquebatur de Chriſto, non ueni ponere pacem ſed gladium, ſecũda cauſa quare Diabolus mouebat Iudęos contra Chriſtum eſt iſta. ſ.

Cùm immundus ſpiritus exierit ab homine (dictorum textum) alias declaratum

Extollit uocem quędam mulier de turba dicens.

Beatus uenter & ubera. &c. Quę mulier fuit iſta, quæ clamauit & extulit uocem, & quæ confudit Iudęos? Reſpondeo, quod ut ait Land. de uita Chriſti fuit ancilla Marthę nomine Marcella. Cui Chriſt⁹. Quinimo beati, qui audiũt uerbum Dei. &c. Queritur cum beatitudo cõſiſtat in ſola uiſione Dei, quomodo ſum⁹ beati audiẽdo uerbum Dei? Reſpondeo, quod beatitudo, alia eſt in actu, & alia in potentia, prima eſt in patria, ſecũda uerò in hoc mũdo, & hęc diuiditur, alia in potẽtia propinqua, alia in potentia remota; prima ut audiẽdo uerbum Dei ſeruando mãdata, &c. ſecũda uerò eſt facere totum oppoſitum. Ex hoc ſacro textu hauriuntur quatuor documenta.

Primum: Diabolus facit homines mutos, quia non benè operãtur, ideo amicitiam eius fugiamus, hoc docet Chriſtus.

Secũdum: Illa ciuitas, uel domus, vel regnum, in quibus erit diſcordia deſolabitur. exemplum de regno Iudæorum.

Tertium: poſt confeſſionem, & pœnitentiam, nõ debemus redire ad peccatum, ne fiant nouiſſima noſtra pei9ra prioribus.

Quartũ: Si volum⁹ beari, oportet audire uerbũ Dei, ſine quo nõ ẽ latitudo & ideo Chriſtus, beati qui audiũt verbum Dei. &c. De quo verbo, De i quędam uidebimus.

Primo. Vtrũ ſine uerbo Dei homo poſſit Deum cognoſcere

Secũdo Vtrum verbum Dei ſit maioris ualóris corpore Chriſti.

Tertio Vtrum ad uerbum Dei audiędum teneamur ſub pœna peccati mortalis?

Quarto qua pęna puniuntur non audientes uerbum Dei;

Ad primum Phi. attẽdentes perfectionem naturæ humanę dicunt, ꝙ intellectus noſter humanus eſt ideò ſufficiens & perfectus, quod naturaliter, & per ſe poteſt omnia ſibi neceſſaria cognoſcere, & ſic, uolunt quod homo poſſit cognoſcere Deũ, qui eſt finis neceſſarius hominis. Fundamẽtum quorum eſt in tertio de anima, vbi Ari. loquẽs de prefectione intellectus — In pro. l. p prolog.

Ariſt. 3. de an. tellectus agentis, & poſſibilis dicit intellectus agens, eſt cuius eſt omnia facere .i. omnia poſſibilia, cognoſcere per naturam reddere intelligibilia, intellectus uero poſſibilis eſt cuius eſt omnia fieri .i. intelligere.

Sco. 3 pro log. 1 Theologi autem attendentes paruitatem, & debilitatem naturæ humanæ poſt peccatum Adę, dicunt, quod homo non poteſt naturaliter cognoſcere Deum, ideò indiget adminiculo, & doctrina, qua poſſit peruenire in cognitionem Dei.

Ma q. in Ad. 12. Fundamentum quorum eſt, quòd homo ante peccatum habebat triplicem cognitionem perfectam ſcilicet Dei, ſui & mundi, ſed propter peccatum perdidit primam, & ſecundam, & remanſit ei tertia, hinc eſt, quòd homo maiori delectatione afficitur huius mundi, quam Dei, ergo cognoſcere Deum non poteſt naturaliter, & per ſe. Hoc autem a multis probatur ſic.

Tho. 1 p. q 1 ar. 1 Aliqui dicunt omne ordinatum ad aliquem finem, ad quem ex ſe eſt indiſpoſitum, oportet quod paulatim promoueatur ad diſpoſitionem. Exemplum de puero indiſpoſito ad ſcholas qui a matre paulatim diſponitur. &c. Sed homo naturaliter eſt ordinatus ad Aug. finem ſuum; Auguſt. feciſti nos domine ad te &c.

Ad quem eſt indiſpoſitus, ergo oportet, quòd per uerbum Dei paulatim ſe diſponat ad Deum. Licèt illud argumentum ſit bonum, tamen non concludit, quia nõ probat ſecundam partem minoris, ſcilicet quòd homo ſit naturaliter indiſpoſitus, contra Phi. qui contrarium tenet.

Dur. in ſumma q. 1 ar. 1 Alij hoc idem probare uoluerunt, dicentes, quòd intellectus noſter cum ſit naturalis, non poteſt per ſe., & naturaliter cognoſcere ſupernaturalia, quæ ratio etiam eſt bona tamen non probat contra phi. Ad aliam ueniamus rationem.

Sco. 1. q. prol. Omni agenti per cognitionem neceſſaria eſt triplex cognitio. ſcilicet finis, mediorum, & ſufficientię, de prima patet, quia, ſecundo de anima, omne agens agit propter finem. Exemplum de ędificantibus domum, ut ibi habitent. &c. de ſecunda patet, quia oportet omnia neceſſaria ad ędificiũ pręparare ſine quibus non poſſunt ędificare. De tertia quia oportet ut illa media ſufficiant. Sed homo uolens beatitudinem, non habet naturaliter, poſt peccatum Adæ, iſtam triplicem cognitionem ſcilicet Dei, mediorum ad Deum, & ſufficientiam, Ergo oportet quòd ſupernaturaliter, & per uerbum Dei, iſtam triplicem cognitionẽ acquirat. Iſta minor contra philoſophos probatur.

Finis alicuius ſubſtantię, non poteſt cognoſci, a nobis, niſi ex actibus, vel operationibus nobis manifeſtis, quia tertio de anima: nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu exteriori, ſed Deus, qui eſt finis noſtre non cadit ſub ſenſu, Exemplifica in omnibus ſenſibus, ergo homo non poteſt eum naturaliter cognoſcere. ſecundo de medijs probatur ſic, eleemoſyna, oratio, ieiunium, quæ ſunt media ad acquirendum finem, ſunt in Dei poteſtate. Iſta erant nobis ignota, ſed per uerbum Dei reuelata. Ergo.

Tertio de ſufficientia, probatur ſic, quis vnquam imaginatus eſſet, quod in lege naturę ſufficeret animalia offerre Deo; niſi Deus reuelaſſet? Quis in lege ſcripturę ſciebat, quòd obſeruatio. 10. pręceptorum ſufficeret, niſi Deus Moyſi, & Moyſes populo reuelaſſet? quis in lege gratiæ ſciuiſſet quòd obſeruatio confeſſionis, communionis, adorationis in ſacramento, & huiuſmodi ſatisfuiſſent ad conſequendam fælicitatem, niſi Deus, uerbo ſuo reuelaſſet? ergo uerbum Dei eſt neceſſarium, ſine quo nec Deus, nec media ad Deum, nec eorum ſufficientia cognoſcitur.

Si dicas ſequor Phi. Reſpondeo, quod ſeduceremus nos met ipſos, quia multa in honeſta tenet Ariſt. contra legẽ Dei; & primò quod licet ſenibus uenieri operam dare contra quos ſalamon

Pro. 16. ſex ſunt quæ, odit Deus, inter alia, ſe nem luxurioſum.

Secundo dicit ꝙ nullus cęcus debet nutriri, contra uoluntatem Chriſti; qui tanta charitate ſanat eos.

Tertio ꝙ ſi quis genuerit filios ultra ſufficientiā diuitiarum, quod ante quā ſentiatur uita, fiat aborſus quod eſt contra uoluntatem Eccleſię.

Vnde notandum. Corollarium Medici caueant docere talia. &c. aliter ſunt excommunicati in cap. cum infirmitas.

Conrad. conf. audi. ex c. cū fereret. Pro confirmatione primi puncti; eccleſia dicit, Inter cętera quæ ſpectant ad ſalutem populi Chriſtiani, uerbum Dei quam maxime ſibi noſcitur neceſſarium, quia ſicut corpus materiali, ita anima ſpirituali cibo nutritur, ex eo, quòd non in ſolo pane Mat. 4. uiuit homo, ſed ex omni uerbo, quod procedit ex ore Dei, ꝙ autem ſit uerū Hier. 5. docet propheta Audi populc ſtulte, qui non habes cor, & habens oculos. nō uides, & habens aures, non audis ſcilicet uerbum Dei, ſine quo &c. In Hier. 22. ſuper terra, terra, terra audi uerbum. domini quaſi dicat, quia ſine illo nec Deus, nec media ad Deum, nec ſufficientia cognoſcuntur.

Ergo qui nolunt audiri uerbum Dei, nolunt cognoſcere Deum.

Aug. Ad ſecundum Reſpondet Aug. dicens. Interrogo uos fratres, uel ſorores, dicite quæſo mihi, quid plus eſſe uobis uidetur? an corpus Chriſti, an uerbum Dei? Si uerum utrūq; dicere uolueritis, hoc dicere debetis, qđ non minus corpus Chriſti, ꝙ̄ uerbum Dei. & ſicut cū reuerentia ad corpus Chiſti, ita eadem ad uerbum Dei ire, & ſtare debetis, & pœna quæ daretur deſpicientibus corpus Chriſti, eadē deſpicientibus uerbum Dei. Alia reſponſio; quęſtio dupliciter intelligi poteſt, uel quo ad dignitatem, uel quod ad utilitatem, ſi primo modo intelligitur, dico quod dignius eſt corpus Chriſti ratione pręſentiæ. Si ſecundo modo dico ꝙ utilius eſt uerbum Dei, quia per corpus Chriſti tantum uenialia tolluntur, ſed per uerbū Dei mortalia & uenialia adiuncta pęnitentia ſacramentali. Exemplum de Niniuitis, de Ezech. & de Magdalena. &c.

Tria tamen ſunt notanda, primum dicitur attentio, quia non omne uerbum debemus memoriæ mādare, ſed ſolum uerbum Dei. ſed heu nunc uana. &c. Vnde apoſtolus a ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Secundum dicitur meditatio, quia uerbum Dei meditandum Chry. cibus; qui in ſtomaco remanet, ille confortat. Vnde verificatum eſt hodie illud ſcripturę. Audiet luxurioſus uerba prudentiæ, & ſapiētiæ, & diſplicebit ei, & proiiciet poſt dorſum ſuum ſuum. Tertium dicitur obſeruatio eſtote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes uoſmet ipſos. & Paulus non auditores legis, ſed factores iuſtificabuntur. Sed heu dubito quod dictum Chriſti ſit hic verificatum cauete ne margaritas ueſtras mittatis antē porcos, ne forte conculceat eas pedibus, nec mirū ſi Chriſtus hodie clamans dicat, Beati, qui audiunt uerbum Dei & cuſtodiunt illud. — Ioan. 8. 4. reg. 10. Luc. 7. 2. Tim. 4. Chr. in. Eccle. 21. Iac. 1. Rom. 2. Mat. 7.

Ad tertium punctum, primò arguūt ſuperſtitioſi dicentes, quòd non tenētur, quia ſi eſſent obligati, aut eſſent de præcepto diuino, aut de pręcepto Eccleſię, non diuino, quia hoc non inuenitur in aliquo decem præceptorum, diſcurre. 10. præcepta, non de præcepto Eccleſię, quę præcepta ſunt ſeptem. ſ. Confeſſio, Communio, Decimæ, Ieiunium, excomunicatio, uotum, & Miſſa, in quibus uerbum Dei non inuenitur. Ergo non obligati ſecundo arguunt docti dicentes, illud Phi. fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora, ſed ipſi ſciunt, & intelligunt ſcripturā, ergo nō debent ire ad audiēdū uerbū Dei, tertio arguūt ignorātes dicētes, ꝙ memoria hominis labitur, & nihil retinēt. Quarto arguunt ſtulti dicentes; aut Deus ꝓdeſtinauit nos, aut præſciuit, — Ariſt.

uit,ſi primò non poteſt mentiri. Ergo ſalui ſumus, ſi ſecundò ergo dānati, & ſic non indigemus uerbo Dei.

Ad primos Reſpondeo,duplex eſt præceptū,explicitum,& implicitum, de primo cōcedo,ꝙ non obligamur, ſed de Implicito negatur,quia tenemur de præcepto implicito ad uerbū Dei,De præcepto diuino, ibi Sabbata ſanctifices,& de pręcepto Eccleſiæ ibi,Miſſa,quia uerbum Dei eſt declaratio miſſæ, &c.

Aug. Ad ſecundos Reſpondet Aug. ꝙ non oportet bene ſcire, niſi ſtudeas benefacere. exemplū Dionyſij Areopagitę Phi. qui erat doctiſſimus, & tamen,nunquam bonus, niſi quādo cō- Dionyſ.
uerſus eſt a Paulo per uerbum Dei.

Ad tertios reſpondeo, ꝙ nō ꝓpter hoc debêt ceſſare ad audiendo uerbo Dei,quia & ſi difficilia,& documēta,non capiuntur.ab ignorātibus, repræhenſiones tamē capiuntur. Exemplum de conuerſo illius Abbatis,uel monaſterij, & de cribo madefacto aqua, & Abbati portato per ipſum conuerſum ignarum.

Tho.6. Sco. Ad eos qui quarto loco obiiciunt. Reſpondeo,ꝙ predeſtinatio non eſt abſoluta,ſed conditionata, & ſi Paulus & Petrus prędeſtinati ſunt, tamē niſi bene egiſſent nō eſſent ſalui,hoc

Aug. idem Augu. prædeſtinati ſunt omnes ad gloriam, ea conditione ſi fidem, charitatem ſpem,patientiam. &c. Si quis dicat ſum damnatus, ergo nō indigeo uerbo. Dei Reſpondet Aug. ꝙ

Aug. nullum bonum irremuneratum,ergo ſemper bene faciēdum,Et nota quod bona opera facta in peccato mortali licêt non ſint meritoria ad gloriā paradiſi,tamen in quatuor ualent.

Primo ad tollerandū facilius pœnas inferni(non dicas, ꝙ minuātur) ſed pœna tollerabilior redditur.

Secundo ad proſperandum.ſ. in tēporalibus,& in ſanitatibus, quia de bono in melius &c.

Tertiò ad aſſuefaciendam.ſ.in bono opere,quia melius eſt benefacere quam,male,&c.

Quartò, ad extinguendum potentiam diaboli, quia ipſe diabolus in bene operantibus non habet tantam potentiam ergo &c.

Ad quartum punctum Ezech. videns inauditam peſtilentiam ſuper ciuitatem Hieruſalem,ita vt,vnus poſt alium ſine intermiſſione moriebatur, & quanto plus populus orabat Deū, tanto magis peſtis augebatur propheta vertens ſe ad Deum dixit. ò domine quare tot mala populo tuo? at Deus ſtatim duxit Prophetam,primo ad portam ciuitatis Hieruſalem, in qua populus iſte ingratus tenebat idolum ad prouocandum iram Dei,& dixit:vide quid facit populus iſte ingratus Videns Propheta hoc, exclamauit dicens, o domine nec mirum, ſi tot mala populo tuo eueniunt. Ezech.

Secundò duxit prophetam in magnā plateam ciuitatis,& dixit ei ſode parietem,& vidit ſeniores, ciuitatis,da re incenſum imaginibus beſtiarum pictis,& exclamauit propheta dicēs. o domine quale peccatum eſt iſtud? nec mirum ſi tot mala populo tuo Eueniunt, tertiò duxit illum, in aliā plateam ciuitatis, & vidit mulieres ſe lacerantes, & plorantes Adonidem, tunc ait Propheta. O domine quale peccatum eſt iſtud? &c.

Quartò duxit illum in ꝓlateā templi,& vidit populum vertentem dorſum templo,& tunc magna uoce exclamauit propheta, ò domine, nec mirum,ſi tot mala populo tuo ſunt.

Reſpondeo ergo ad quartum punctum, quòd ſicut ciuitatis Hieruſalē, propter illa quatuor peccata, percuſſa eſt a Deo maxima peſtilentia, ſic ciuitas iſta propter iſtamet quatuor peccata ſimiliter flagellabitur,peccatum primum fuit de idolo ad portam ciuitatis, hoc eſt maximum peccatū Chriſtianorum, quia ciuitas eſt fides Chriſtiana, porta eſt baptiſmus, in quo fide damus Chriſto, abrenunciā do Sathanæ.&c. Sed frangimus fidē, & Diabolum currimus,qui nos ſemper tenet in peccatis.

Secundam

Secundum peccatum eſt ludi, & hic dicendum, ꝙ aliàs lenones, & huiuſmodi flagitioſiſſimi duntaxat alea ludebant, nunc uerò principes, & nobiliores ciuitatis ludũt, tot blaſphemijs, tot uanitatibus in honeſtis utentes corã filijs ſuis. &c. Et ſic adorant Imagines beſtiarum pictas, pp ꝙ peccatum ueniũt peſtilentiæ &c.

Tertium peccatum eſt peccatũ eſt mulierum ſtultarum, quæ in morte uirorum, uel filiorum ſuorum multa in honeſta contra Deum exprimunt, & ꝙ eſt partialis, & hmôi pp quod peccatũ mittit Deus peſtilentias. &c.

Quartum peccatum eſt uertere dorſum templo, & non ad templum ad diuina. Hic multa reprænhenda ſunt, contra negligentes ire ad eccleſiam, qui deberent audire Chriſtum dicentem, beati qui audiũt uerbum Dei, & & cuſtodiunt illud. Amen.

ET VOLVERVNT PRECIPITARE eum Luc. 4.

QVamuis diuerſis mediis patriam cæleſtem acquirere poſſimus, tamen conſideratis quamplurimis aduerſitatibus, quibus uexati ſumus, in hoc mundo, inuenio virtutem patiẽtiæ ſummopere eſſe neceſſariam, ad quã
Heb. 12 *per Paulum hortamur, per patiẽtiam curramus ad propoſitum nobis certamen. Hac eſt illa uirtus ſine qua Sancti non coronantur teſte Hieron. De*
Hier. *De qua patientia hodie conformiter cum Euangelio pauca abſoluemus.*

INTRODVCTIO EVANGELII.

EIt diſputatio; cum plurimæ ſint veritates, quæ ſunt ille, quæ ſemp ſunt dicendæ? Reſpondeo, quod ſunt tres. Prima dicitur veritas vitæ, & hæc nil aliud eſt niſi conformare ſe Chriſto, qui dixit ego ſum uia, veritas, & vita. Hæc ſemper dicenda, ſecunda eſt veritas iuſtitiæ; putã in iudicio vbi non debes eſſe acccceptator perſonarum, quia ſpretis muneribus, & amicitia, iuſtè eſt iudicandum, tertia eſt veritas doctrinæ, & iſta duplex prima in particulari, ut pater corrigendo filium; ſecunda in vniuerſali, vt præceptor admonẽdo diſcipulos. Nec mirum ſi inuenimus hodie Chriſtũ (more veri præceptoris) dicere veritatem phariſæis ſcilicet ꝙ nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua, Quod autem hoc ſit verum, videmus textũ. Dixerunt Phariſæi ad Ieſum, quanta audiuim⁹ facta in Capharnaum? fac & hic in patria tua.

Quæritur quæ miracula fecerit Chriſtus in Capharnaũ? Reſpondeo quod Mat. 11
fecit illa miracula, quando. Ioãnes Baptiſta exiſtens in carceribus, miſit ſuos diſcipulos ad Ieſum, vt referret ſibi nuntium de virtute eius diuina, quam ipſe Ieſus debebat publicare poſt baptiſmũ, quibus dixit Ieſus exiſtens in Capharnao, ite dicite Ioãni, quia cæci vident, claudi ambulat, & leproſi mundantur. &c.

Si quæras quare Iudæi quærebant, vt miracula faceret in patria Nazaret? Reſpondeo, quod Chriſtus vſq; ad 30. annos cõmoratus eſt in Nazareth, vbi fuit nutritus, & ſic tũc ibi celata erat diuinitas eius; peractis autẽ 30. annis, receſſit, iuitq; ad baptiſmũ, poſtea ieiunauit (quo facto, & viſita

to templo) primo iuit in Capharnaũ, & ſanauit illos infirmos; vt ſupra. Fama iſtorum miraculorum, publicata fuit in Nazaret. Et in alijs locis, ideò veniens Ieſus Nazaret à Phariſæis circundatus fuit, qui dixerunt, Quanta audiuimus facta in capharnaũ? fac & hic in patria tua. quibus reſpondit.

Nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. Notandum, ꝙ Chriſtus uocat ſe prophetam, quia ſic fuit promiſſus
Deut. 18 in lege. Prophetam ſuſcitabit Deus de fratribus veſtris. i. de populo Iudaico. Quęritur an miracula Chriſti ſufficienter eius diuinitatẽ probauerint?
Tho. 3. p. q. 43. ar. 1. Reſpondetur, ꝙ miracula Chriſti oſtendunt illũ Deũ, ꝑꝑ tres rationes, primò quia opera eius excedebãt poteſtatem creatam, ut ſuſcitare, illuminare. &c. Secundò propter modum, ideſt ſine difficultate, tertiò ꝑꝑ doctrinam eius, quia confundebat Doctores in Synagogis. Cur autẽ nullus Propheta acceptus ſit in patria? Reſpondet
Ciril. Ciril: propter nimiam familiaritatem, & amicitiã perditur fides, quæ principaliter debet vigere. Multa viduæ erant in diebus Heliæ in Iſrael, quando clauſum eſt cęlum annis tribus, & menſibus ſex, cum fames eſſet in omni terra, & ad nullam illarũ miſſus eſt Hælias, niſi in Sareptam Sido-
3. reg. 17 niæ ad mulierem viduam. Quæritur, quomodo cęlum ſtetit clauſulũ, &c. Reſpõdeo, vt habet ſcriptura. Videns Deus, ꝙ illa peſſima Regina Iezabel vxor illius peſſimi regis Achab, ſuis ſuaſionibus fecit, quod Achab occidit Naboth, & tot Prophetas, &c. Etiã vltra hoc, videns Deus, quòd iſte peſſimus Achab non contentos ſe offendiſſe Deum, fecit idolum Baal, cui ſacrificabat.

Iratus Deus contra ipſum Achab, miſit Heliam in Iſrael, quæ erat patria ſua ad prædicandũ contra Achab propter ꝙ Hælias prædixit ſterilitatem. Nolens autem Deus, quod eius prophetæ mentiantur, duo fecit, primò clauſit cęlum tribus annis, & ſex menſibus, ita vt nec pluuia, neç ros deſcenderet ſuper terrã, ſecundò ad confuſionem Achab, & Iſraelitarum miſit Heliam in terram gentilium in prouincia ſidonie, in villa ſarepte, & caſu inuenit mulierem viduam; cui ſuſcitauit filium, & multiplicauit farinam, & oleũ &c. Ideo Chriſtus dicit multę viduę, multi leproſi erant in Iſrael ſub Heliſęo Propheta, & nullus illorum mundatus eſt, niſi Naamam ſyrus. & Ideò. &c.

Quis fuit iſte Naamam? Reſpon- 4. reg. 5
deo, vt habetur. Naamam erat dux regis ſyriæ, & gẽtilis, cui data fuit puella quædam capta à latrunculis, de Iſrael, quam donauit vxori ſuæ, quæ pulla cùm vidiſſet Naamam dominũ ſuum leproſum, dixit, quòd in Iſrael erat Heliſeus, qui ſanabat, &c.

Dic de litteris ſcriptis ad regem Iſrael & quomodo ſcidit veſtimenta ſua, &c. Et quomodo Heliſeus fecit vocare illum, qui ad portam ipſius ſtãs iuſſit eum lauari ſepties in Iordane, qui nolebat & quomodo fuerit tãdem ſanus. &c.

Et repleti ſunt omnes ira in Sinagoga, & ſurrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatẽm, & duxerũt illum vſq; ad ſupercilium montis, ſupra quem erat ciuitas ædificata, ut precipitarent Tho. p. 2.
illum. &c. Quæritur quid eſt ira? Reſpõ q. 46. ar.
deo, quod in ira duo ſunt conſideran- 1.
da, vnum materiale, ex parte corporis & ſic eſt accẽſio ſanguinis circa cor, aliud eſt formale, ex parte animæ, & ſic eſt appetitus vindictæ. Si quæras, quis magis peccauit an Dęmon, dicendo mitte te deorſum, an iſti Phariſęi de Nazaret? Reſpondet Beda, quòd Beda.
magis populus Nazaret, quia populus, Chriſto inuito, volebat illum præcipitare, Diabolus autem non, ſed illi ſuadendo. Ieſus autem tranſiens per medium illorum ibat. Quæritur Chryſ.
quomodo tranſiuit? Reſpondet Chry. quòd voluit eos confundere, demonſtrando, quod ſi ipſe nollet mori, non moreretur propter ſuam potentiam, & ſic diuinitatem oſtẽdit, Secundo vt docęret nos dare locum irę.

Cum Chriſtus uenit ut moreretur pro nobis, quare noluit hodie mori, Reſpondeo primò quia ad huc omnes figuræ, & prophetiæ non erant implete, ſecundò ut oſtenderet, quòd mores ſua debebat eſſe uoluntaria, & non coacta. Tertio quod mors eius debebat eſſe crucis et non precipitii:

Primum documentum: Aliam patriam non debemus quærere niſi paradiſum, nec in hoc mundo ſpē ponere debemus, quia nemo Propheta acceptus eſt in patria iſta.

Secundum documentum: In ſolo Deo, & non in homine ſpem ponere debemus, quia Deus nunquam dereliquit ſuos. Exēplum de uidua beneficiis affecta a Deo per Prophetā. &c.

Tertium documentum; a lepra peccati nos ſanare debemus per aquā contritionis, confeſſionis, ſicut fecit Naamam &c.

Quartum documentū. Patientes in omnibus aduerſitatibus noſtris eſſe debemus. Exemplo Chriſti, qui hodie patienter ſuſtulit iniuriam, quia uoluerunt præcipitare eum. De qua patientia nonnulla dicenda.

Primum. Quid patientia ſit?

Secundum An ſit uirtus perfecta, & neceſſaria? Tertium, An patiens in hoc mundo ſit certus ſe ſaluandum?

Quartū, An ſemper homo debeat eſſe patiens? Ad primum reſpondet Aug. in lib. de patientia. Patientia eſt uirtus, qua mala, æquo animo toleramus ſiue perturbatione, ſiue ſit intrinſeca, ſine extrinſeca. & notandum quod in iſta definitione ſunt tres particulæ, quarum prima dicit. æquo animo, quia ſunt quidam patientes in hoc mundo propter mundum, & commodum mundanum, ut poſſint ſatiare appetitus in ſuis uanitatibus, & iſti non mereutur. Quidam uerò ſunt patientes propter Deum, ut captus ab infidelibus, poti' uult mori, quàm negare Deum, & iſte patitur æquo animo, quia ſic iuſtitia uult; unde Greg. Sine ſero martyres eſſe poſſumus ſi patienter toleramus Secunda particula, ſine perturbatione, quia de tribulatis ſuper terram, quidam non conſiderantes propria peccata cōtra Deū contra animam, contra proximū turbantur, dicentes Deum partialem, iniuſtum, & iſti nō merentur. Vnde Chriſtus. Loquens diſcipulis exhortando ad tolerādum tribulationes huius mūdi; dicebat in patientia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras in cœlo &c. Tertia particula, ſiue ſint intrinſeca, uel extrinſeca, qa malū uel eſt intra, ut in anima, in uoluntate; uel ad extra, in corpore, ut in infirmitatibus, uulneribus, perſecutionibus.

Ad ſecūdum aliqui dicunt quod nō; Aug. lib. 14. de tri. dicens quod uirtutes perfectè remanſerunt in patria, ut fides ſpes, charitas, & iuſtitia &c. Sed patientia non eſt in cœlo. non eſuriunt, neque ſitiunt. &c.

Item 2. ethicorum uirtus habentem perficit, ſed uidimus multos patientes imperfectos eſſe. Vnde Oratius.

» Impiger extremos currit mercator ad Indos,

» Per mare pauperiem, fugiens per ſaxa per ignem.

Ergo iſta patientia non uidetur perfecta. i. mediatrix ad cœlum acquirendū. Ad has auctoritates per diſtinctionē, Rſideo, quod patientia eſt quintuplex. Primò, dicitur patientia Prælatorum tam de Prælatis ſpiritualibus, quam de temporalibus de patribus familias. qui habent auctoritatem puniendi ex debito officij, & dicunt, pro hac uice habebo patientiam, & hæc eſt mala patientia. dicit eccleſia culpam proculdubio habet, qui poteſt corrigere, & negligit emendare. Secunda eſt Laicorum auarorum, qui omnia mala patiuntur propter lucrum, & commodum. Vnde Eccleſia, oēs huius ſeculi dilectores, in rebus terrenis ſunt fortes, in cœleſtibus autem ſunt debiles. exemplificandum de mercatore, qui ad ſolem, pluuiam, &c. Tertia eſt ſtultorum peccatorum, qui ſciunt ſe ſeruire Diabolo, exiſtentes in peccato, & habent patientiam, Vnde

Aug. | Greg. | Lu. 17. | Auguſt. | Ap. 21 | Ariſto. | Oratius | Tho. Doct. | di. 86 c. ... | di. 47 c. ...

Vnde paulus. Libenter ſuffertis inſipiē-
2. cor 2. tes &c. Quarta eſt hypocritarum, qui
non propter Deum, ſed ut decipiant
mundum, aliqualiter patiuntur, con-
tra quos Chriſtus, receperunt merce-
Mat. 6. dem ſuam Quinta eſt Sanctorum, qui
propter Deum tolerant aduerſa oc-
currentiā in hoc mundo, quæ ſic defi-
nitur.

Tho. 22. Patientia Sanctorum, eſt moderatio
q. 136. q. animi contra impetum malorum no-
1. bis a Deo datorum, uel a Diabolo re-
præſentatorum, uel a mundo conceſ-
ſorum. Prima dicitur a Deo datorum,
Aug. quia Aug. ad Heremitas nobis infirma
ntibus, & ægrotantibus patientia ſum-
mè eſt neceſſaria, nullus enim beatus
eſſe poteſt ſine illa, ſecunda dicitur, a
Diabolo repræſentatorum, quia repræ
ſentat peccata.

Vnde Paulus patientia uobis neceſ
ſaria eſt, ut uoluntatem Dei facien-
tes (ſcilicet dimittendo peccata, re-
præſentata a Diabolo (reportetis pro-
miſſionem. tertia dicitur, a mundo cō
ceſſorum, quia oportet cognoſcere ſe
ipſum, & uincere proprias paſſiones,
quod eſt optimum donum, quia non
cognoſcens ſe ipſum, eſt pura beſtia,
quia ſola ratio eſt illa, quæ facit differ
re hominem ab equo, exemplum in de
finitione hominis, quia remota ratio-
ne (quæ quodammodo perditur ſi non
Demoſt. cognoſces te ipſum) homo remanet
animal; Vnde Demoſthenes ad Alexā-
drum, dicit, tu, qui cæteros uincis, uin
cete ipſum, quia maior eſt uictoria uin
cere ſe ipſum quam ſi regna & ciuita-
tes depopulatus fueris.

Si dicas homo non poteſt ſemper eſ
ſe patiens; quia offenſus in contume-
lijs &c. Reſpondeo habes exemplum
in Sene de rege Antigono audiente
ſuos contra illū, & dicentes cauete ne
uos forte Rex audiat. De patiētia pro
Valerius morte alicuius habes exēplum in Va-
le. Max. de Anaxagora, qui audiens fi-
liū mortuum dixit. nil noui refers, me-
mini me illū genuiſſe mortalē. De pa-
tientia pro amiſſione bonorū tempo-
ralium. habes exemplū de Iob, qui una
dierū perdidit ſeptē millia oues, tria
millia camelorū, quingenta iuga boū,
quingentas aſinas, ſeptē filios, tres fi-
lias, & graui uulnere læſus fuit, & ab
uxore eiectus eſt de domo ſua, & pa-
tienter eleuans oculos ad Deum dixit
Dominus dedit, dominus abſtulit, fiat
ſicut Domino placuit, pro qua patien Iob. 1.
tia ſaluus fuit, ergo eſt uirtus perfe-
cta. Et licet patientia actualis non ſit
in patria, quia non patiuntur amplius,
tamen exiſtētes in patria ſunt ibi, quia
patienter paſſi ſunt, ſic reſpondet Pe-
trus interrogat*, Paulus Frāciſcus, &c.
ſi dicas de Patiētia mercatorum; Re-
ſpondeo ꝙ illa eſt patientia abuſiua,
non propter Deū, ſed propter commo
dum mundanum.

Ad tertium reſpondeo, ꝙ homo in Tho. ſup 106.
tribulatione debet eſſe patiens, quia
tribulatio purgat uitam hominis, ſicut
ignis purgat aurum. exemplum, fides
Chriſti, quam uere tenemus uerā, vult
ꝙ (aſſumpta pœnitentia a Sacerdote)
peccata ſint remiſſa, tunc ergo a fortio
ri ab Epiſcopo: a fortiori, a Pontifice,
& a fortiori a Deo: ſed Deus confeſſus
eſt naturam humanā ibi Adam, Adam
ubi es, & homini dedit pęnitētiam ma
ledicta ſit terra in opere tuo, in labori
bus comedes ex ea cunctis diebus ui-
tæ tuæ, in ſudore uultus tui &c. Simili
ter Euæ. Cui dixit multiplicabo ærum
nas in conceptus tuos, in dolore pa-
ries filios, & ſub poteſtate uiri eris, &
dominabitur tibi, ergo homo patiens
eſt certus, (facta pęnitentia a Deo da-
ta) ſaluari.

Ad quartū reſpōdeo, ꝙ in omnibus
homo debet eſſe patiēs, niſi in his quæ
ſunt primo cōtra Deū. ſ. contra legem,
exemplū ꝙ Chriſtus eiecit de templo,
ſecundo contra fidē ſ. propter hæreti- Mat. 21.
cos &c. tertiò contra iuſtitiā, quia ui-
duæ, & pupilli &c. quartò cōtra patriā
uel rēpublicā, que debet defendi, &c.
Vnde Iuſtinus hiſtor. lib. 2. dicit de Cy
nægiro milite Athenienſe, qui pro de- Iuſtinus
fendenda patria tot, & tanta con-
tra Darium regem Perſarum inimicū
fecit, qui poſt prælij innumeras cedes

eum fugientes hoſtes ad naues egiſſet, onuſtam nauem dextra manu tenuit, nec prius dimiſit quam manum amiterret. Tum quoq; amputata dextra, nauem ſiniſtra comprehendit, quam & ipſa cum amiſiſſet, ad poſtremum morſu nauem detinuit; ergo à fortiori, pro patria cœleſti debemus pati, ut in patriam redire ualeamus. Quod nobis concedat ipſe Deus miſericors.

Amen.

SI PECCAVERIT IN TE FRATER TVVS VADE *& corripe eum.* *Matt. 18.*

QVemadmodum infirmus graui infirmitate oppreſſus, priſtinam ſalutem recuperare cupiens, vtitur duobus remedijs principalibus, primò acerbam bibens medicinam, qua à malis humoribus corpus euacuatur. Secundò præbens medico obedientiam. Sic peccator optans ſpiritualem ſalutem debet, & bibere acerbam correctionis, uel admonitionis medicinam, ſecundò impendere ſuo creatori obedientiam, Ideo ſapiens Salomon, Pro. 12. *qui diligit diſciplina, diligit ſcientiam, & qui odit increpationes inſipiens eſt: Conſiderans ergo neceſſitatem iſtius correctionis. De iſta conformiter cum Euangelio loquar.*

INTRODVCTIO EVANGELII,

Sco. in 4 d. 15. q. 3 FIt quæſtio, quomodo offenſus debet remittere offenſas Reſpondeo, quod offenſa eſt triplex. ſ. ore, ut mala, & falſa dicere; & iſta offenſio eſt remittẽda. beati eſtis cum maledixerint uobis homines, &c Ma. 5. ſecunda eſt opere, ut percutiendo, tunc iniuria eſt remittenda, ſed damnum eſt ad placitum offenſi, tertia, eſt ſcriptio, & emiſſio libelli famoſi, & ſic dico, quod iniuria remittenda fama uero defendenda, & tanto magis ſi fama eſt alicuius Prælati. Nec mirum ſi Chriſtus hodie docet nos remitere offenſam, ſicut ab Euangeliſta declaratur in ſacro textu hodierno.

Reſpiciẽs Ieſus in diſcipulos ſuos, dixit Simoni Petro; ſi peccauerit in te frater tuus, uade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum.

Quare Chriſtus talia Petro dixit? Reſpondeo, quod ſicut mos eſt boni Principis uolentis facere longum iter, ne regnum remaneat. ſine capite; facere quendam commiſſarium cum omnimoda auctoritate, & docere illum quicquid ſit facturus in regno. Similiter Chriſtus uolens diſcedere per ſuam paſſionem Petrum ſuum cõmiſſariũ facit, ut alios inſtruat, & gubernet. & c.

Quæritur quomodo intelligitur illud in te? Reſpondeo, quod dupliciter poteſt intelligi, uel quia te ſolum læſit, uel quia te ſolo ſciente peccauit. Si enim alios læderet, uel alij ſcirent peccatum ſuum, tunc non haberet locum inter te, & ipſum ſolum corripere eum, quia peccata publica ſunt arguenda; quando uerro illud peccatum eſſet in præiudicio alicuius ciuitatis. ſ. ut quando ciuis tractaret ciuitatem dare inimicis, & huiuſmodi, hoc deberet reuelare ſuperioribus. Si dicas

timeo

timeò, ne delinquēs peior efficiatur, ſi corripitur, Quid agendum; Reſpondeo, quòd duplex eſt pœna delinquentis, una pertinet ad Prælatos, & habet uim coactiuam, & ordinatur ad bonum commune, & talis correctio non eſt dimittenda propter turbationem illius, qui corripitur; alia eſt correctio fraterna, cuius finis eſt emendatio delinquentis non habens coactionem, ſed ſimplicem admonitionem, & ſic in tali caſu non debet corrigens ceſſare illum admonere. Si dicas Deus punit peccatores ſine admonitione, ergo debemus illum imitari. Reſpondeo quod deus ſemper prius admonet, per prædicationem & per inſpirationem. &c.

Thō. 2. q.3.3 ar. & 5.

Thō. ubi ſupra ar. 7.

Si te audierit lucratus es fratrem tuū: Si non audierit, adhibe tecum, uel duos, ut in ore duorum, uel trium ſtet omne uerbum &c. Quomodo intelligitur ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum; Reſpondeo.i. ſi erit corrigibilis, eris cauſa eius bonæ uitæ, & per te anima eius liberatur per pœnitentiam. Si dicas quomodo intelligitur, ſi te non audierit? Reſpondeo, i. ſi erit impudens ſequendo malum. &c. Debes coram duobus (charitate motus) uel tribus, ut.ſ.erubeſcat. Qui ſi non audierit eos, dic eccleſiæ. Si autē eccleſiā nō audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus. Si dicas, q̄d intelligitur per illud ſi non audierit eos? R̄ſdeo.i. ſi durus fuerit & pertinax in ſe corrigendo debes eius tutori ſpirituali manifeſtare, ut illum arguat. & quid intelligitur per illud, ſi autem eccleſiam? Reſpondeo.i. ſi erit obſtinatus in malè agendo, debet excomunicari publice. Sicut ſunt ethnici, & publicani.

Quæritur an omittens præceptum correctionis (ibi ſupra ſi eos non audierit) peccet mortaliter? Reſpondeo quòd quatuor notanda ſunt, uel quia expectat commoditatem delinquētis occupati, & ſic non peccat differre, quoniam moretur expectans opportunitatem; uel quia es occupatus in tuis temporalibus negotiis, ideò omittis & ſic peccas mortaliter, quia teneris diligere animam proximi, quam tua bona temporalia, uel quia es quidem occupatus, ſed quando eſſes certus quod poſſes ipſum reuocare à malo, ceſſares à tuis negotiis, & ſic eſt uenia le; uel quia dubitas, ne fiant nouiſsima eius peiora &c. Et ſic non eſt peccatum, quia bona uoluntas pro facto reputatur, & ipſa remuneratur.

Ric. in 4 d.19.q.2 art.1.

Amen dico uobis, quæcunq; ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunq; ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cœlo Notandum quod quilibet peccator, peccando mortaliter per actum illius peccati, obligat animam ſuam pœnis inferni, ita ut ſi talis moriatur cum illo peccato, eius anima damnetur in inferno, Ideò dicitur mortale peccatum quia mortificat animam Quando uerò talis peccator accedit ad confitendum peccata ſua ſacerdoti ut remiſsionem obtineat, & gratiam conſequatur, ac gloriam, ſacerdos uidens eius pœnitentiam, aduertens eius contritionem, ac promptitudinem ſatisfaciendi; auctoritate ſibi à Chriſto tradita in retinendis ac remittendis peccatis, ut Dei miniſter, abſoluit eum à culpa, & ſubleuat à pœna æterna, (Deus.n. principaliter hoc facit) determinat quoque temporalem, in quam æterna commutata eſt iuſtificatione, cui partem uirtute clauium remittit, & pro altera parte pœnitētem ad ſatis faciendū obligat, uel hic per eleemoſynas, orationes, ieiunia, & huiuſmodi ſatisfactionis opera: uel in purgatorio ſi in præſenti uita, aut noluerit, aut non neglexerit ſatisfacere. Hoc ſignificauit Chriſtus dicens. Quæcunque ligaueritis &c. Si quæras. An iniuſte ligans, uel ſoluens in terra, ligat, & ſoluat in cœlo Reſpondet Augu. de uerbis domini, iniuſta uincula ſoluit diuina iuſtitia. Iterum dico uobis, q̄ ſi duo ex uobis conſenſerint ſuper terram, de omni re, quamcunq; petieritis à patre meo, qui

Auguſt.

Augu.

in cœlis eſt fiet uobis. Quæritur quid intelligatur per illud Si duo ex uobis conſenſerint. &c. Reſpondeo.i.ſi conſenſerit correctus correctori ſe corrigendo, ſi dicas quare homo non habet quicquid petit à Deo; Reſpondet Chrys. quod hoc prouenit, quia uel petit illicita, uel quia petens eſt in peccato; uel quia petens petit uindictam de inimicis ſuis; uel quia miſericordiam petit ſine pœnitentia. Vbi ſunt duo vel tres cógregati in nomine meo .1. ad obſeruandum præceptum meum, in medio illorum ego ſum. Quęritur quid intelligatur, ubi ſunt duo uel tres? Reſpondeo, quod uel tres congregati ad hunc finem ut corrigant delinquentem, charitate moti, Si quęras quid ſit charitas? Reſpondeo, quod triplex, prima eſſentialis .i.ipſe Deus, Deus charitas eſt; ſecunda eſt actualis, & eſt actualiter diligere proximum, uel oſtendere ei aliquod ſignum charitatiuum Maiorem charitatem nemo habet &c.tertia eſt habitualis, & eſt ille habitus bonus qui habilitat, & mouet uoluntatem ad diligendũ Deum ſe ipſum, & proximũ.

Chrys.

Io 4.

Io.15.

Domine quotiescunq; peccauerit in me frater meus, dimittam ei uſq: ſepties; Quare dicit ſepties? Reſpondet Petrus propter ſeptem peccata ꝙ eſt dictu pro unoquoq; peccato ſemel dimittam.

Reſpondet Chriſtus non dico tibi ſepties, ſed ſeptuagies ſepties Quare Chriſtus ſic dixit? Reſpondeo, quia cognoſcit humanitatem noſtram, fragilem, & quòd poſt peccatum Adæ magis ad malum, quàm ad bonum propenſi ſumus: & quòd omni tempore, & hora plurimis modis peccat, ideo uoluit inferre ꝙ toties quoties quaſi dicat, ſemper bonum eſt corripere ut à malo deſiſtat peccator, & hæc eſt hiſtoria preſentis lectionis Euãgelicæ nunc ad documenta accedamus.

Primum documentum. Quilibet Prælatus pater familias, & quilibet chriſtianus, tenetur corrigere fratrem ſuum, aliter peccat, quia deficit, a Chriſti præcepto ibi, Vade, & corripe eum. &c.

Secundum documentum, Obſtinati, & incorrigibiles debent expelli ab eccleſia: & habendi ut hebræi, ſit tibi ſicut ethnicus. Vt concubinarius, blaſphemator, & cæteri huius modi.

Tertium documentum: Sacerdotes ſunt uenerandi ſumma ueneratione, quia Vicarii Chriſti ſunt, & commiſſarii ibi, quodcunq; ligaueritis ſuper terram. &c.

Quartum documentum: Correcti à Prælatis, uel à patribus, debent ferre patienter, eiſque obedire. De qua, Correctione quatuor uideamus.

Primum Quid ſit correctio fraterna Secundũ An ſit præceptum uniuerſale.

Tertium ſubditus poſſit corrigere ſuperiorem; Quartum An peccator poſſit corrigere peccatorem? Tho.2.2 q.33 a.1.

Ad primum Reſpondeo, quòd Correctio fraterna eſt admonitio fratris de emendatione delictorum, ex charitate procedens. Prima particula dicitur, admonitio, ad differentiam punitionis, quæ pertinet ad ſuperiorem; ſecunda dicitur fratris, ad differentiam ſuperioris ſui, quia non debet quis ſuperiorem corripere. i. ſemper; tertia dicitur demendatione delictorum, quia emendatio eſt finis correctionis, & non diffametur; quarta dicitur ex charitate procedens; quia nõ ex odio, uel iniquitate, Vnde notandum, quod correctio habet quatuor circumſtantias, prima eſt loci, quia aut peccauit publicè, aut priuatè. Si primo Paulus Thimo. 5. peccantem coram omnibus argue, ut alii timorem habeãt. Si occultè, uel cum præiudicio Reipub. uel non, ſi non, inter te, & ipſum ſolum. Tho. 2.2 q.33 ar. 2. 1 Tim 5

Si ſic, tale peccatum eſt reuelandũ. ſi dicas, occidetur Reſpondeo. Ex. 1. Ethic. bonum commune præferendum eſt bono particulari, ideo melius eſt vnus moriatur, quam tota ciuitas pereat, ſecunda temporis corrigendum, eſt enim tempore congruo, in quo non ſit occupatus, ut Ariſt.

bene

benè audiat te & cætera . Tertia modi , ut,ſ.benignè , & non furioſè ſed cum māſuetudine corrigatur,quia Chriſtus ſemper benigne diſcipulos ſuos reprehendebat,iuxta illud,neſcitis quid petatis: quarta finis ut.ſ.propter emendationem tantū, unde Aug. de verbis domini , debemus amando corripere,non animo nocendi,ſed ſtudio corrigendi.

Augu.

Tho 22. q.37. Ric.in 4 d.19 Ad Secundum reſpōdeo,ꝙ hic ſunt duæ opiniones:quarum prima eſt , ꝙ ſolum Prælati tenentur corrigere,probant Ratione,auctoritate,&exemplo Ratio,quia corrigere alium,eſt res periculoſa,& difficilis, q͂a inimicitias ſuſcitat,& multi erubeſcunt,ideo facile prælia excitantur ergo ſolum ad prælatos hoc ſpectat.

d 45.c. ſed illud. Hier. Secundo Hiero. ſacerdotes ſtudeāt adimplere illud euangelij,ſi peccauerit in te frater tuus,ſacerdotes.i. prælati tertio exemplo,quia Chriſtus ſolum Petro hoc commiſit ut prælato etiam in perſona aliorum prælatorū , ergo.

Doc. ut. ſupr. Secunda opinio eſt quòd iſtud præceptum eſt uniuerſale,non ſolum ſacerdotibus & prelatis , ſed omnibus hominibus,& hoc ratione charitatis, quia Deus fecit pręceptum uniuerſale omnibus.ſ.dilige proximum tuum ſicut te ipſum, ergo ſi in periculo corporali tenetur illum iuuare a fortiori in periculo ſpirituali ſcilicet animæ, hoc confirmatur. Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo ſcilicet habere curam.ergo non ſolum Prælati. Item eccleſia;qui poteſt iuuare proximum, & non iuuat , conuincitur ſummum non diligere paſtorem. Et alibi dicit, tam ſacerdos, quā reliqui fideles ſummam debent habere curam de his qui pereunt. Aug.Si neglexeris corripere factus es peior eo , qui peccauerit. Si dicas.Chriſtus hoc dicit Petro. Reſpōdeo;uerum eſt, ſed vt nos omnes inſtrueret.&c.Ergo præceptum eſt uniuerſale.Ad tertium.Reſpondeo, ꝙ duplex eſt correctio, prima eſt actus iuſtitiæ,& ſic ſolum Iudex,vel prælatus, poteſt huiuſmodi actum exercere, ſub

Eccle.17

8.q 1.c. in ſcri.

ditus autem non,ſecunda eſt actus charitatis,&ſic quilibet inferior,ex charitate motus,poteſt corripere ſuperiorē & tanto plus,quanto peccata ſunt publica ꝑ tres rōnes, prima ; ut peccator cognoſcat charitatē fratris nā corrigentis;ſecunda ut peccator peccatū ſuū,& ſe ipsū cognoſcat;tertia ut peccator de peccato timorem,& pudorē habeat,& ſic de iſta correctione, quæ eſt actus charitatis , ſubditus poteſt) charitate motus)corripere Prælatum, ut ſi Prælatus eſſet hęreticus,ſcandaloſus cōcubinarius,blaſphemator. Hoc confirmatur ab eccleſia.oues,quę ſuo paſtori commiſſæ ſunt, non debent cū reprehendere, niſi a fide ex orbitauerit.Si dicas,contra Paulus ad Thi.5.ſeniorem te nec increpaueris, ſed obſecra ut patrem.Reſpondeo,quod Paulus loquitur de correctione , quæ eſt actus iuſtitiæ . exemplum. Naantham correxit Dauit de homicidio per ſimilitudinem , uel figuram , dicens o Dauid vnus diues in regno tuo occidit ouem vnius pauperis , quam pœnam meretur?Rńdet Dauid uiuit dominus, reus eſt mortis,tūc Naathā ſeruus Dauid,charitate motus , dixit tu es ille, qui occidiſti Vriam , & uxorem eius Berſabem tibi uſurpaſti ergo inferior charitate motus , poteſt corripere ſuum ſuperiorem.&c.

24 q 3.ſi habes. Augu. Tho 22. q.34. ar. 8. 2 q 7.c. oues. 1.Tim.5 2. Reg. 12.

Ric.in 4 d.16. q. 2. Ad Quartum , ad hoc quod peccator licite alium repræhendat,oportet, quod prius dimittat peccata ſua,ratio quia;aut peccatum corrigentis eſt publicum,aut occultum,ſi primum , non debet corrigere alium peccatorem, ne uidentes ſcandalizentur ; ſecundo quia reprahenſus a publico peccatore , hoſtis fieret ei uertendo ſe ad publica peccata , & ad malam eius uitam ; tertio , quia non moueretur an charitate , ſed ex hypocriſi. aut eſt occultum, & ſic diſtinguo , uel pauci ſciunt illud peccatum , uel nullus : ſi primum non debet reprendere , quia apoſtolus in quo alium iudicas,te ipſum condemnas;ſi ſecundnm quia ipſe ſolus ſcit peccatū ſuū,poteſt corrigere,

Rom. 3

HONORA PATREM TVVM ETC.
Mat. 15.

DVm humanarum mentium ingenia c onſidero , nonnullos inuenio ita propriæ ſalutis,ac æternę felicitatis percupidos, quod in ſeruandis Diuinis pręceptis omnia ſua ſtudia, dirigunt , omnes quę conatus impendunt, certò ſtatuentes apud ſe,quod ad cęleſtem patriam . Diuinorum mandatorum obſeruantia perducat Chriſto dicente.Si uis ad uitam ingredi , ſerua mandata Alios uerò comperio , qui ita propriam ſalutem paruifaciunt , in rebus mundanis ſuam felicitatem ſtatuentes, quòd & Deum ipſum, & eius Diuina præcepta contemnant, Deo dicentes vt apud ſapientem legitur . Recede a nobis , ſcientiam viarum tuarum nolumus . Huius generis ſunt inhumani atque ingrati filij, qui parentes paruifacientes , contemnentes, & illis maledicentes , Diuina tranſgrediuntur mandata, ut in Euange. Dominus ſcribis improperat, dicens. quare & vos tranſgredimini mandatum Dei &c. Et ideo contra vnunquenque talium dicit Deus . Ponam faciem
Leui.20. *meam contra illum uindictam de illo ſumam. Et meritò, quia hoc peccatum eſt inter cætera peccata grauiſſimum & peccatorum peſſimum, & abominabile dicitur.De quo hodie cum Euangelio loquemur .*

INTRODVCTIO EVANGELII,

FIt quæſtio , Vtrum non obſeruantes leges & ſtatuta communitatū quę dicuntur leges Municipales peccent mortaliter.Reſpōdeo uel iſta ſtatuta , & leges ſunt iuſtæ uel iniuſtę , ſi primū, ad hoc qđ ſint iuſtę , debent habere quatuor cō ditiones,quarū prima ē quod huiusmodi ſtatuta , & leges non ſint contra determinationes ecclecæ,quę declarantur a ſacris canonibus &c. ſecunda,quòd iſta ſtatuta,& leges ordinentur ab bonum commune , & non particulare,tertia ꝙ ille,qui condit leges,habeat auctoritatem condendi illas,quarta,quod illa ſtatuta , & leges non ſint contra diuina præcepta , & ſic ſunt obſeruanda ſub pœna peccati mortalis.Vel ſunt iniuſta,& cognoſcūtur in iuſta , cum habent conditiones oppoſitas,vel ſupradictis cōditionibꝰ oībus uel uni illarū,& ſic nō ſunt obſeruanda, ſed deteſtanda. Hoc Chriſtus docet hodie repræhendendo ſcribas,& Phariſeos , quia eorum ſtatuta erant contra præcepta Dei , Quare & uos inquit tranſgredimini mandata Dei propter traditiones veſtras?Quod autem hoc ſit uerum uideamus textū. Acceſſerunt ad Ieſum ſcribæ . Et Phariſei dicentes,quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? nō. enim lauant manus, cū panē mādu cāt.

Quęritur ad quid uenerunt iſti ad Ieſum?Reſpondeo,ꝙ illi ſeptuaginta Iudices ordinarij, qui manebant Hieroſolymis audiuerāt quòd ſœpe diſcipuli in comeſtione non lauabant manus ſuas,quod erat contra traditiones ſuas. Ideo miſerunt illos ad inquirendum,cur hoc ? & ſic inuento Chriſto in Geneſaret,dixerunt. quare diſcipuli tui tranſgrediuntur &c.

Si quæras vnde aſſumebant hanc traditionem delotione ? Reſpondet Chry. iſti ſeptuaginta Iudices uiderāt uerba Chris.

Iſaię

Iſa.1. Iſaiæ lauamini,& mundi eſtote. Quæ prophetia debet intelligi de lotione ſpirituali,& hinc ſtatuerunt,illam legem de lotione corporali in comeſtione panis,& ideo Phariſei,&Scribę nō ad diſcipulos, ſed ad ad Chriſtum tāquam ad cauſam pricipalē iſtius tranſ greſſioni acceſſerant,& cōqueſti ſunt.

Cur diſcipuli non lauabant manus cum panem manducabant? Reſpōdet
Chry. Chry.quòd diſcipuli adeo erant intēti ad ſpiritualia, quod mundana non curabant, Iudei autem faciebant oppoſitum,quibus reſpondit ,& dixit.

Quare,& uos transgredimini mandatum Dei propter traditiones ueſtras? nam Deus dicit, honora patrem tuū, & matrem tuam,uos autem dicitis munus quodcunque erit ex me oblatum tibi proderit, ſed quo honore debemus parentes honorare ? Reſpondet
Hier. Hiero.Triplici.ſ.reuerentia,obedientia , & neceſſitatibus de ſua ſubſtantia.Si dicas,quomodo intelligitur munus quodcunq; &c.Reſpondeo,quod Phariſei, quia auari,ideo parentibus non ſuccurrebant in ſuis neceſſitatibus,ſed ſpoliabant eos de bonis ſuis temporalibus,& dicebant ſe uelle iſta offerre Deo in templo,ut in alia uita prodeſſent illis, Quod quidem eſt
Exo. 20. contra legem Dei;quia Deus dixit honora patrem tuum.ſ.non ſolum reuerentia,& obediētia,ſed dando de tuo, quia Deus non indiget neceſſitatum corporalium , nec uult quòd filij ſpolient patres.

Quęritur an filij poſſint uouere pro mittendo de bonis paternis ſine licen
Tho.22. q.88.ar. 8. tia patris.Reſpondeo quod conſiderā do volūtatem uouentis Deo, eſt actus virtuoſus,quia ſignum eſt deuotionis, ſed conſiderando illam facultatem nō eſſe ſuam, eſt actus uitioſus promittere,ea in quibus non habet poteſtatem & ſic uotum non tenet , niſi pater con currat uoluntariè.Hypocritę bene prophetauit de uobis Eſaias dicens.

Iſa.29. Populus hic labijs me honorat , cor autem eorum: &c. Quæritur quare uo
Remig. cauit illos hypocritas Reſpondet. Remi.quia ſub ſpecie honoris Dei terrena congeſtabant uendendo in templo & parentes ſpoliando,&c.An oſtendere foris,quod intus non eſt , ſit peccatum mortale ? Reſpondeo quòd in hipocritis duo ſunt ſcilicet deffectus ſanctitatis,& ſimulatio.De primo nihil di cendum, quia rari hodie inueniuntur Sancti De ſecundo dico,uel iſta ſimulatio ſanctitatis eſt quia uis occultare peccatum,tuum,ne proximus ſcandalizetur, & ſic eſt ueniale , vel ſimulas ſanctitatem,quia uis haberi ſanctus cu ſis malus , & hoc eſt mortale , ideo Chriſtus hodie contra Phariſęos,quia cum peccatores eſſent , uolebant ſancti uideri ab hominibus & idcirco ipſos hypocritarum nomine uocat. Videamus reſponſionem Chirſti. — Tho.2.2. q.1.1.1.

Conuocatis ad ſe turbis dicit.Audite, & intelligite , non quod intrat in os coinquinat hominem,ſed quod procedit ex ore.

Quæritur , ſi quod in os intrat non coinquinat hominem , ergo nullum, eſſet peccatum Gulæ. Reſpondeo , ꝙ cibus qui intrat in corpus ſecundum ſuam naturam,& ſubſtantiam,non coinquinat hominem , ſpiritualiter ; ſed illa concupiſcentia inordinata ciborū eſt illa quę coinquinat : & iſta erat in Phariſæi,qui primos accubitus in cœnis uolebant propter deſiderium crapulæ. Quę Reſponſio ipſis diſplicuit. Quarè audito uerbo ſcandalizati ſunt — Tho.2.2. q.1.48. ar.1.

Quæritur quid ſit ſcandalum.Reſpōdeo Scandalum duplex ſcilicet actiuū & paſſiuum : actium ſimiliter eſt duplex per ſe, & per accidens , actiuum per ſe,eſt quando,aliquis intendit directè uerbo,vel facto aliquem ad peccandum inducere. Actiuum per accidens eſt , quando aliquis non intendit aliquem inducere ad peccandum,nec facit illud malum opus , ut alius peccet,tamen alius uidendo illud malum opus,uel per imitationem,vel per inuidiam male operatur:Scādalum paſſiuū eſt, quando aliquis ex quocunque dictio,uel facto alterius ſiue bono, ſiue malo inducitur ad peccandum & ab- — Tho.22. q.43.ar. 1.

euntibus

euntibus Phariſæis Chriſtus uertens ſe ad diſcipulos dixit.

Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus eradicabitur, ſinite illos, quia cœci ſunt, & ſi cæcus cæco ducatum præſtet ambo &c.

Quid eſt dictu, omnis plantatio &c. Reſpondeo quòd planta capitur pro doctrina, quaſi dicat; doctrina illa, quæ non eſt data a Deo cito eradicabitur. Et notandum, quod dixit, ſinite eos tanquam legis Diuinę præuaricatores, propter traditiones ſuas: & tã quam irreuocabiles. dicit Gloſ. inter l. permittite ſuo arbitratu; dicit enim Apoſtolus poſt unam & alteram correctionem deuita hominem hæreticum. Et cæcitas capitur pro ignorantia. Exẽplum ſi cæcus cœco ducatum a ſimili, ſi ignarus ignarum docet, ambo in foueam ignorantiæ cadunt.

Gloſa

Tit.3

Remi.

Petrus autem ait; Domine ediſſere nobis parabolam, cui Chriſtus, adhuc & uos ſine intellectu eſtis? Cur Petrus dixit ediſſere Reſpondet Remi. quod Chriſtus conſueuerat loqui parabolicè, & ſic credebat illam eſſe parabolã, de ore: Reſpondit Chriſtus nonne intelligitis, quòd, omne quòd intrat in os, in uentrẽ uadit, & in ſeceſſum emittitur? quæ autem procedunt de ore, & de corde, ut blaſphemia, latrocinia, adulteria, homicidia, malæ cogitationes, iſta ſunt, quæ coinquinant hominem, non autem non lotis manibus edere panẽ. Quare Chriſtus adduxit tot peccata? Reſpondeo, quia omnia iſta peccata erant in Scribis, & Phariſæis, & in ſeptuaginta Iudicibus ordinariis qui non cogitabant de ſuis peccatis, & uolebant diſcipulos repræhẽdere &c.

Primum documentum. Ad munditiã ſpiritualem, & non temporalem debemus appellere animum, & non ſicut Phariſei. &c.

Secundum documentum, contra ſcãdalizantes ſubditos, ſimplices, filias, & non ſicut phariſæi qui ſcandalum non datum accipiebant.

Tertium documentum In confeſſionibus veſtris, confeſſores doctos, & nõ ignaros quærite &c. quia ſi cęcus cœco. &c.

Quartum documentum, eſt, quod totis viribus debemus honorare patrem, & matrem, non ſolum reuerentia, ſed obedientia, & illis in neceſſitatibus ſuccurrere, Quod quidem exemplum tribuit nobis Chriſtus: nam veniens in mundum, docuit obedientiam Ioan. deſcendi non ut faciam voluntatem meã ſed uoluntatem eius &c. Stans in mundo. Io. cibus meus eſt ut faciam uoluntatem patris mei. &c. Tranſiens de mundo Pater, non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu. De obedientia, ſiue honore non nulla paraui dicenda.

Ioan.

Ioan 4

Mat.26

Primum quare pater eſt honorandus

Secundum. An in obedientes ſint in ſtatu damnationis.

Tertium. Quare inobedientia eſt tã graue peccatum.

Quartum qua pœna puniuntur inobedientes.

Quo ad primum dico, quòd pater tripliciter capitur, primus eſt ęternus, & hic eſt adorandus, ſecundus ſpiritualis, & hic venerandus, tertius carnalis: & iſte eſt honorandus propter plures rationes, quarum prima eſt, propter generationem, nã Top. quilibet beneficiatus tenetur rependere uices ſuo benefactori, ſed filius, poſt Deum habet eſſe a patre, quia de non eſſe reducitur ad eſſe, ergo debet honorare patrem. &c. Notanter, dico, poſt Deum, quia eſſe hominis eſt principaliter a Deo. Vnde auctor de cauſis dicit, prima cauſa magis influit in effectum, quàm cauſa ſecunda licet ergo Deus ſit prima cauſa noſtri eſſe per creationem, tamen a parentibus generantibus tamquam a ſecundis cauſis habemus tranſitum generalem de non eſſe ad eſſe. ſed notandum, quòd ingenerantibus parentibus, tria omnino ſunt ſeruanda ſcilicet recta intentio: quia oportet habere legem Dei in mente, qua matrimonium ordinauit ad generationem, dum dixit, Creſcite & multiplicamini, & ideo dicitur legitimum matrimonium, propter legem Dei. ſecundum eſt, præ-

3.Top.

Au. de ca. io.

uiã oratio, quia antequam conueniant in matrimonium per copulam, debent prius orare Deum, vt ſcilicet proles ꝓ creanda ſit cultui diuino dedita legitur quòd Tobias, & Sara pro filio procreando ſteterunt trib. dieb. in oratione. Sed heu nunc oppoſitum, quia ſicut equus, & mulus in quibus non eſt intellectus. tertium eſt caſta obſeruatio, quia ex nimio coitu natura fit debilis, & deinde filij ſurdi, imperfecti, monſtruoſi, & deformes &c.

Tob. 6.

Secundo, propter dominium, ſi ſuperior eſt honorandus, ergo a fortiori pater qui habet dominium ſupra filiũ. qui de parentibus; pater in caſu neceſſitatis poteſt uendere filium, ut ſibi ſuccurrat.

Luc. 21.

Tertiò, propter beneficium, quod eſt triplex ſcilicet eſſentiale, quia habet eſſe, corpus, manus &c Et iſtud eſſe, adeo eſt bonum, quod ab omnibus deſideratur ſecundo de anima, omnia appetunt eſſe, & Boetius, omnium bonorum ipſum eſſe bonum eſt, propter ꝙ beneficium eſſentiale, eccl honora patrem tuum, & gemitus matris tuę ne obliuiſcaris, memento quoniam niſi per illos non fuiſſes. Vnde Tobias. teſtando dicit cum acceperit Deus animam meam, tu corpus meum ſepeli, & honorẽ habebis matri tuæ omnibus diebus uitæ tuæ. & Eccl fili ſuſcipe ſenectam patris tui, & non contriſtes eum in omni uita ſua, & hoc. propter beneficiũ tui eſſe ab ipſo patre. Secundum beneficium eſt nutrimentum, ſecundo de anima nutrimenta ordinantur ad conſeruationem indiuidui, ſed pater & mater pro acquirendo nutrimento filijs ſuis tot labores, tot ieiunia, tot pericula paſſi ſunt: immo peius damnauerunt ſemetipſos, dereſinquendo Deum pro acquirẽdis bonis temporalibus, quod conſiderans Amb. Dicit: Si paueris matrem tuam non reddiſti ei cruciatus, quos pro te paſſa eſt, non labores, non alimenta &c. Vnde Hieronym. Sit tibi cara uita illorum, quib. carior eſt tua, quam propria. Tertium beneficium eſt doctrinale. Vnde Phi. cum filij a parentibus acceperint lumen doctrinę coguntur lege naturæ ipſis magnam exhibere reuerẽtiam. Vnde Phi. Dijs, Parentibus, & magiſtris non poteſt reddi æquiualens.

Tho. in 4 d. 41.
Aris. 2. de anima Boetius.
Eccle 7.
Tob. 4.
Eccl. 3.
Ari. 2 de anima.
Ambro.
Hiero.
Ethi. 1. Mat. 8.

Ad ſecundum Reſpondeo, quòd ſic, propter duas rationes, prima propter tranſgreſſionem, ratio eſt, quicunque trangreſſus fuerit præcepta dei, eſt dãnatus. Exemplum de damnatis. ò damnati, quare eſtis in inferno; Reſpondẽt quia tranſgreſſi ſumus mandata Dei, ſed inobediẽtes patribus, & matribus ſunt tranſgreſſores quarti præcepti legis, ergo &c. Secunda propter maledictionem. Ratio eſt, omnes maledicti a Deo ſunt damnati, ſed non obedientes patribus, & matribus ſunt maledicti à Deo, ergo ſunt Damnati, quod ſint ino bedientes parentibus maledicti a Deo. patet Deu. maledictus eſt, inquit Deus, qui non honorat patrem ſuum, ſed ad abundantiorem doctrinam.

Deu. 27

Quæritur an in omnibus filius debeat parentibus obedire. Reſpondeo quòd ſicut diſtincti ſunt ſuperiores, ſic diſtincta eſt obedientia: nam primò in regimine ſpirituali debet filius magis patri ſpirituali, quam alijs obedire, vt de pœnitentia peccatorum ſuorum fiendam, & huiuſmodi, & in hoc non obedire alij, ſecundo in remigine temporali, filius debet magis duci ciuitatis, quàm alijs obedire, putà accipere arma cõtra inimicos &c. Tertio in regimine familiari ſcilicet domus potius patri carnali debet obedire quam cæteris.

Alex. 3 p q. 33.
4 1. cap. contra mores.

Ad Tertium Reſpondeo propter quatuor leges, prima lex eſt naturalis Phi. in 1 lib. de cauſis dicit, quod omnis effectus naturaliter reducitur ad ſuam cauſam. Exemplum, beneficium reducitur ad benefactorem ſuum; filius naturaliter reducitur ad patrem, diſcipulus ad magiſtrum.

Phil. lib. de cauſis.

Secunda lex. eſt diuina, quia nullus debet mori, niſi pro peccato mortali grauiſſimo, quia lex, non debet aggrauare, quem culpa non aggrauat, ſed inobediens debet mori.

Exo:20. ſi, quia exod. qui maledixerit patri, uel matri morte moriatur, ergo ino bedientiã eſt peccatum grauiſſimum.

Decre. diſt. 30. Tertia lex eſt humana in decretis d.30. qui non honorant parentes debent excommunicari, & infra. qui non honorant parentes; digeſtis de in ius vocando, qui patrem, & matrem contemnit perdit omnes ius.

Valer. max Pſalmus Quarta lex eſt exemplaris, hic prætermitto exemplum de filia lactante matrem in carcere, & condemnata ad mortem (vt Pli.lib.7. ponit) ſed Augu. dicit Augu. erubeſcat homo fieri ſuperbus quoniam humilis factus eſt Deus honorauit Chriſtus matrem ſuam exiſtens in cruce, quoniam ipſam Ioanni commendauit, poſt mortem quia ipſi prius apparuit. Eam morientem, quia ipſe cum tota curia interfuit. In cęlo, quoniam ſuper choros Angelorum ipſam collocauit.

Ad quartum Reſpondeo, quod primo pœna corporali: Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Pſ.54 Exemplum de Abſalon, qui perſecutus eſt patrem, uide hiſtoriam, ſecundo pœna temporali. Generabit filium, qui in ſumma egeſtate erunt.i.mutos, ſurdos mentem captos.&c. Eccl.

Tertiò pœna ſpirituali, quia ſunt damnati. Hic repræhendendi ſunt filij innobedientes, qui ad uiuos, & mortuos parentes genuflexi ad petendam veniam ire debent.

ET ROGAVERVNT ILLVM PRO EA

Luc.4.

CONſueuit muſicus deſiderans gratiam obtinere a ſuo Principe, antequam conſpectui eius ſe ſtatuat perfectè inſtrumenta diſponere, ne pulſando aures eius offendat ſpiritualiter. Quia quęlibet creatura rationalis eſt inſtrumentum, & Dei organum, ad hunc videlicet effectum creata ut dignas laudes, & orationes Deo cantet puro corde. Ideo debet diſponere cor ſuum, vt facilius gratias, orando ad Deum, obtineat, quòd figuratum eſt, Volens enim Salomon a Deo quandam gratiam obtinere primo fecit templum 3.Reg.8 *præparare, poſt, optatam obtinuit gratiam ſic nos debemus parare corda noſtra ad orationem, de qua erit ſermo noſter vtilis ni fallor & gratus.*

INTRODVCTIO EVANGELII,

FIt diſputatio ſi Chriſtianus eſt reconciliatus cum Deo p aquam baptiſmi iuxta illud, niſi quis Io.3. renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum, Quare Chriſtianus Tho 3 p q 39 ar. 5. adhuc tenetur orare ad Deum puro corde? Reſpondeo propter duas rationes. Prima, quia licet Chriſtianus per aquam baptiſmi ſit reconciliatus Deo tamen in homine remanent inducentia ad peccandum, quæ ſunt tria. ſcilicet fomes peccati in carne. mundus qui in maligno poſitus eſt, & Diabolus, ſecunda ratio, quia Chriſtianus ſine oratione non poteſt obtinere ſalutem ſpiritualem, Non eſt itaque mirum ſi inuenimus hodie diſcipulos rogaſſe pro ſalute ſocrus Simonis, quod autem hoc ſit uerum uideamus textum.

Surgens Ieſus de ſynagoga intrauit in domum Simonis &c. Quæritur in quo loco erat Chriſtus Reſpondeo in Capharnaum in Synagoga, ubi declarabat decem præcepta (confundendo illos phariſæos, qui erant cæci contra parentes vt ſupra, ſi dicas quid eſt Synagoga? Reſpondet Beda, quòd græca vox eſt, & interpretatur congregatio, vbi congregabantur Iudei ad audiendum legem Dei &c.

Bed.

Quare autem nos uocamus eccleſiam, & non Sinagogam? Reſpondet Beda quia Synagoga dicitur congregatio ſicut dictum eſt, eccleſia uero interpretatur conuocatio à con, quod eſt ſimul, & vocatio, quia ſimul vocati ſumus a Chriſto Quæritur cum Petrus eſſet de Bethſaida, quomodo habebat domū ibi in Capharnaū? Reſpō. Capharnaum habebat vxorem, & forte ibi habebat domum. Et ſi dicas, Quare Chriſtus intrauit in domum Petri? Reſpondet Chry. propter tria, primò vt oſtenderet ſe eſſe hominem, comedendo, ſecundo ut oſtenderet ſe eſſe Deum ſanando, tertio ut daret nobis exemplum infirmos uiſitandi, & in neceſſitatibus ipſis opem ferendi, ſicuti fecit, ipſe ut uidebimus.

Bed. Mag. bi- ſto. ſioh. Chry.

Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & roga &c. Nulli dubium eſt, quòd ſocrus erat mater vxoris Petri, ſed quæritur quid ſit febris. Reſpondet Auicenna; eſt calor extraneus, accenſus in corde, & procedens ab eo mediantibus ſpiritu, & ſanguine per arterias & uenas in totum corpus. Cur Chriſtus non ſanauit ſine precibus Apoſtolorum? Reſpondet Hier. quod ex quo Chriſtus non ſanabat corpus ſine anima, Ideo uolebat oſtendere, quòd gratia Dei ſpiritualiter nō datur ſic abſolute, ſed oportet petere, & maxima cum humilitate. Ieſus autem ſtans ſuper illam imperauit febri, & febris dimiſit illam, & continuo ſurgens miniſtrabat illis. Quare Chriſtus imperauit febri? Reſpondeò ut oſtenderet quod licet febris uirtute naturali poſſit curari ſcilicet ſucceſſiuè, & diſpoſitiuè, non tamen in inſtanti, ſicut ipſe fecit. Quomodo autem potuerit miniſtrare ſi debilis, propter infirmitatem? Reſpondeo, ꝙ qn̄ Chriſtus ſanabat infirmos in illo met inſtanti curationis, tribuebat illis perfectam ſanitatē, ita ut debiles non remanerent. Exemplum Tolle grabatum tuum & ambula. ratio autem, ut eſſet differentia inter ſanationem naturalem, & per Chriſtum.

Auicen. Hier. Tho 3 p. q. 44. ar.

Cum autem ſol occidiſſet, omnes, qui habebant infirmos, ducebant illos ad Ieſum, at ille ſingulis manus &c. Expectabant quidem poſt occaſum ſolis, vt dixit Orige: quia Sabbatum erat, & timebant Phariſæos, qui etiam clamauerunt in ſanatione paralitici.

Orig.

Quare imponebat manus ſuper illos, & non ſanabat ſolo uerbo ſicut de ſocru Simonis? Reſpondeo, quia uoluit oſtendere, quod non ſolum uerbo ſed etiam tangendo ſanabat, quia corpus eius, habebat uirtutem ſanatiuam. Exibant autem a multis dæmonia clamantia, & dicētia, quia tu es Chriſtus, filius Dei, at Chriſtus increpans non ſinebat ea loqui.

Tho. art.

Quæritur quomodo Diabolus exiſtēs in corpore cognoſcebat eſſe Deū Reſpondeo, ꝙ quando Diabolus eſt in vno corpore, ſcit quòd non eſt egreſſurus, niſi per potentiā Dei; & quia Chriſtus tunc potentiam Dei in terra manifeſtabat, ideo illum in potentia cognouit. Si autem dicas, quare Chriſtus non ſinebat ea loqui? Reſpondeo ob tres rationes. Prima propter gloriam mundi, qua Chriſtus non curabat, ſecunda, quia opera eius de ſe manifeſtabant, Chriſtum eſſe Deum. tertia, quia dæmonia non erant digna nominare Deum.

D Bo in 2. d. 8 p. 2. q. 2

Si quæras modo, ſicut Dæmon habitat in corpore humano, an ſimiliter poſſit habitare in anima? Reſpondeo quod non, quia anima immediate eſt creata a Deo, & Deus illam ſibi reſeruauit, ut in ea poſſet habitare, quæ habitatio, intelligitur per gratiam ſuam, quia quando peccator facit pœnitentiā Deus ſua gratia & ſanctificatione uenit in animam bene operantis, quæ

non

non eſt ſubiecta Diabolo.

Facta autem die ibat IESVS in deſertum locum,& turbę requirebant eũ ne diſcederet ab eis. Quare in deſertũ locum ibat? Reſpondeo, quod propter tres rationes, prima ob aliquam quietẽ
Tho 3.p q.40 ar. corporalem, ſecunda aliquando pro-
mar 6. pter orationem faciendam, tertia ali-
Luc.6 quando ut doceret nos fauorem mun
Chry. danum fugere, vt dicit Chry. in quo ſunt omnia mala,& caduca. Si dicas, quæ turbæ erant illę? Reſpõdeo, quod erant ſanati, & qui uiderant eos ſanari.

IESVS autem recuſans dixit, quia oportet me & aliis ciuitatibus regnum Dei euangelizare. Quare dicit & regnum Dei, & non uerbum Dei? Re-
Bed. ſpondet Beda, quòd poſuit effectum pro cauſa, quaſi diceret, oportet Euãgelizare regnum Dei, quòd acquirirur per uerbum Dei.

Et erat prædicans in Synagogis Galileę, Quęritur quare potius in Synagogis, quam in alijs locis? Reſpondeo, vt oſtenderet ueritatem ſuæ doctrinæ in illo loco, in quo congregabantur legis periti, quia, ſi extra Synagogam, uel occulte, negaſſent doctrinam eſſe diuinam.

Primum documentum. Dites,& nobilis non debet uerecundari ad paupe res infirmos, & ad hoſpitalia pergere exemplum Chriſti hodie, patet in domo Socrus Simonis.

Secundum, Beneficiatus non debet eſſe ingratus ſuo benefactori, exẽplum de Socru Simonis, quę continuo ſurgens miniſtrabat illis.

Tertiũ. Qui vult haberi bonus Chriſtianus debet fugere blaſphemiam, concubinam, latrocinium, luxuriam, & ſe ſeparare a conuerſatione, exemplo Chriſti.

Quartum, qui vult obtinere ſalutẽ corporis, & animæ debet orare. De qua oratione tractabimus ſicut promiſimus quatuor puncta.

Primum punctum, An quilibet Chriſtianus teneatur pro alio orare ſub pęna peccati.

Secundum. An exiſtens in peccato mortali poſſit pro alio orare.

Tertium. An Sacerdos poſſit applicare meritum Miſſæ.

Quartum. An ſancti exiſtentes in patria orent pro nobis.

Ad primum reſpondeo, vel intelli- Sco.in 4 d.15.
gis de ſacerdotibus, vel de laicis. Si primo ſit iſta concluſio, omnes ſacerdotes, ſiue ſint clerici ſeculares, ſiue religioſi clauſtrales, tenentur ſub pęna peccati mortalis orare, primò pro ſe, ſecundò pro congregatione fidelium, tertio pro omnibus bene factoribus. dicitur: primo pro ſe, propter ordinem charitatis, ſecundò dicitur pro congregatione fidelium, quia iubet Eccleſia ut ſacerdos oret in Miſ de conſe.
ſa pro omnibus fidelibus uiuis & de- d.1 c ſa.
functis. exemplum patet de collecta, in Memento, tertiò dicitur pro bene factoribus, quia Eccleſia ait. Sacer- x.q.1 c.
dotes debent orare pro omnibus, ma- ſacer.
ximę pro illis, à quibus eleemoſinas accipiunt. Si autem ſecundo. ſ. de laicis diſtinguo, uel diebus generalibus, ut die Dominico, & in die mortuorum, in quibus pro omnibns oratur, & ſic dico, quod orare ꝓ omnib⁹ debet conformando ſecum Eccleſia, quæ pro omnibus orat, quia accedis ad Eccleſiam ut Chriſtianus & ut mẽbrum eccleſiæ, hinc eſt quod ſacerdos die dominico non accipit eleemoſinam, ut oret in particulari pro aliquo, quia oportet pro omnibus orare, nec aliquem excludere. Vel in diebus non feſtiuis & ſic diſtinguo, aut loqueris amicis tuis, aut de inimicis, ſi primo dico quod teneris orare propter præceptum Chriſti dicentis dilige proxi- Mat. 22.
mum tuum, ſicut te ipſum ſi ſecundo diſtinguo., aut cognoſcis inimicum tuum indigentem tuis orationib. aut non; ſi primò teneris ex charitate, & ex præcepto Chriſti. orate pro perſe Mat. 5.
quentibus uos, Si uerò non teneris, Exod. 32
exemplum de Moyſe, qui orabat pro populo indigẽte eius orationibus. De Chriſto, de Sancto Stephano &c.

Ad ſecundum reſpondeo; aut ille,

pro quo oratur, eſt uiuus, aut mortuus Si primum reſpondeo, quod ſi orans, & pro quo oratur ſint ambo in peccato mortali illa oratio eſt mortua. Si orans eſt in peccato, & pro quo oratur eſt in gratia, dico quod oratio ualet in temporalibus tantum. Sed ſi ambo ſunt in gratia, illa oratio ualet ad gloriam, quia eſt uiua, & in charitate facta. Si autem is pro quo oratur mortuus eſt, uel orans eſt in gratia, uel in peccato, ſi primum illi pro quo oratur prodeſt, & ualet illa oratio ad gloriam. ſi ſecundum aut orantem non pœnitet ſuorum peccatorum, nec eſt contritus de ſuis peccatis, aut eſt; ſi non, oratio illa nihil defuncto prodeſt, quia orans eſt damnatus. ſi piget, & habet dolorem ſuorum peccatorum, dico quod illa peccata non ſunt amplius mortalia, quia illa contritio, & dolor extinguit mortalitatem Peccati, uel peccatorum; & ſic oratio ualet pro illo defuncto. Ideo Propheta Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Corollarium, Antequam peccator oret, uel faciat eleemoſynam, debet corde pęnitere, & habere dolorem de peccatis, quia ille dolor, & contritio extinguit mortalitatē peccati, & ualet. &c.

Ad tertium dico, ꝙ ſic. Ratio quia Sacerdos eſt diſpenſator theſauri eccleſiæ. exemplum, ſicut in domo Principis eleemoſynæ diſpenſantur per diſpenſatores ordinarios, ſic Sacerdos diſpenſat theſaurum, eccleſiæ Vnde Aug. in enchi. 77. cap. Non eſt negandum animas a pęnis relaxari cum pro eis ſacrificiū mediatoris offertur. Sed ad abundantiorem doctrinam.

Quęritur an Sacerdos obligatus ꝓ tribus pœnitentibus celebrare, poſſit cum vna Miſſa pro omnibus ita ſufficienter ſatisfacere, ac ſi diceret tres Miſſas ſcilicet unam pro quolibet. Reſpondent Theologi ubi quærunt. An Sacerdos obligatus pro uno poſſit ſe obligare pro altero, poſtquam concludunt, ꝙ non, dicētes, ꝙ ſacrificium poteſt dupliciter conſiderari: primò in ſe abſolutè, & ſic eſt infinitum, & infinitis eſt ſufficiens. Secundo modo, conſideratur pro meritis ſacrificij, & iſto modo non Ratio autem eſt, & pono caſum, quod Miſſa habeat decem gradus meriti, ratione offerentis, & facientis offerre, & pono, quod quælibet illarum trium animarum, pro quibus Sacerdos celebrat teneantur pœnæ ꝑ decem gradus purgatorij, certum eſt quod ſi Sacerdos applicat totum meritum Miſſæ vni animæ, illam liberat, quæ tenetur per decem, &c. Si uero Sacerdos uult applicare meritum Miſſæ illis tribus animabus, dico, quod illæ tres animæ ſubleuantur, ſed nulla anima liberatur a purgatorio, quia pœna debita non relaxatur, niſi æquiualens ſoluatur.

Primum corollarium, obligatus pro uno non poteſt ſe obligare pro altero. &c.

Secundum corollarium, Sacerdos non poteſt cum una Miſſa ſatisfacere, pro multis, licet poſſit orare. Et hic reprehendenda eſt conſcientia aliquorum auarorum Sacerdotum, qui nunquam ſatiantur accipere eleemoſinas cum obligati ſint pro alio. &c.

Ad quartum reſpondeo, aut quæris ſi Chriſtus orat pro nobis, qui eſt Sanctus Sanctorum, aut ſi Sancti orant pro nobis, ſi primum, dico, quod licet ſit Deus, & homo, tamen orat pro nobis. ſi dicas ergo rogat ſe ipſum, Reſpō deo, quod inquantum homo orat pro nobis, ſed inquantum Deus, miſeretur nobis. Si autem quæris de Sancti. Reſpondeo, dicendo quod vbi magis uiget charitas, ibi magis ſubuenitur, ſed in cælo eſt charitas conſummata, ergo Sancti ſuccurrunt nobis ſuis orationibus.

Si modo quæras, an ſemper impetrent, quod petunt. Reſpondet Hiero. in eius tranſitum Aug. quod ſic, quia non petunt, niſi quę ſunt in beneplacito Dei. Si dicas, quare non ſecundum petitionem? Reſpondeo, ut cognoſcāt Deum ſuperiorem. An ſemper orant ꝓ nobis quando nos eos rogamus? Reſpondeo,

Margin notes: Sco. col. pri. — Pſ. 50. — Sco. — Aug. — Sco. quo li. pen. — Dec. in 4 d 45. q. 4.

ſpondeo, aut petis licita, & es ſine peccato, aut non; ſi primò ſemper orant, ſi ſecundò non orant. & ſi dicas quomodo orant, quia ſunt priuati corporibus? Reſpondeo, quod licet Deus cognoſcat uoluntates eorum, tamen quãtum poſſunt manifeſtant, ſpiritualiter, uota ſua Deo, & ſic a primo puncto ad vltimum, concludendum, quod oratio eſt neceſſaria.

Ariſt. Quod autem hoc ſit uerum, probatur. 2. phiſicorum nihil poteſt tendere ad ſuum finem, niſi per debita media, ſed oratio eſt medium neceſſerium ſine quo minimè ad patriam poſſumus peruenire, ergo oratio eſt neceſſaria. Vñ Chriſtus, ſi uis ad uitam ingredi ſerua mandata, ſed primum mandatum eſt orare Deũ, &c. Vnde propheta. clama ad me & ego exaudiam te. exemplum de Dauid, cui Deus poſt peccatũ dixit: de tribus malis elige unum, aut ſeptem annis famem in regno tuo, aut tribus menſibus audueſarios tuos fugias, propter bellum, aut tribus diebus peſtilentiam, ipſe elegit tertium, quia breuius malum, & prima die 70. milia hominum perierunt; at ipſe Dauit orauit ad dominum, ita quod per orationem Deus mutauit propoſitum exemplum hodie in Euangelio, quia ſicut rogauerunt illum pro ſanitate illius mulieris, ita debemus pijs, & humilibus orationibus noſtris rogare Deum pro ſalute ſpirituali anime noſtrę, cui Deus in hoc mundo gratiam, & in alio gloriam tribuat. Amen. Gier.31 2.Re.24

DOMINE DA MIHI HANC AQVAM.
Ioan.4.

A cunctis concluſum eſt, quod filius Dei ob hanc cauſam potiſsimam in terram uenerit ſcilicet ob amorem, quem homini gerebat. Vnde Aug. Aug. *Nulla cauſa maior aduentus filij Dei, quam ut oſtenderet dilectionem ſuam in nobis; Ipſe enim merito ſuę paſsionis à reatu nos liberauit Ipſe peccata multorum tulit Poſt hoc (ut nos a pęnis temporalibus noſtris peccatis debitis liberaret, auctoritatem Petro conceſsit, ut dare poſſet indulgentias, quia* Ioa.4. *eccleſia dicit diuinitatis natura clemens eſt, & iuſta, magis, ad indulgentiã quam ad vindictam prona. De qua indulgentia hodie loquemur.*

INTRODVCTIO EVANGELII,

QVeritur an Chriſtus debuerit uiuere uitam ſolitariam, an ſocialem, conuerſando ſcilicet cũ hominibus. Reſpõdeo, quòd conſiderato fine, propter quem uenerat, fuit ei neceſſe ducere uitam ſocialem, quia primò uenit ad oſtendendum ſe verum Deum, & hominem, & hoc non potuit facere niſi conuerſando cum hominibus, ſecundo uenit declarare nobis legem perfectè, & mores, & hoc non potuit facere niſi conuerſando in Synagoga, tertiò uenit nos ab infirmitatibus; noſtris ſanare corporaliter, & ſpiritualiter, ergo fuit neceſſe eum conuerſare cum hominibus; nec mirum ſi hodie inuenimus Chriſtum loquẽtem cum Samaritana, Videamus textum.

Venit Ieſus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar, ubi notãdum, quod uolo-

lens IESVS tranſire de Iudea in Galileam erat tranſiturus per loca Gentilium,& ſic ueniens, peruenit apud ciuitatem Samariæ, quæ alias dicebatur Sichen vt habetur & venit iuxta prædium, quòd Iacob dedit filio ſuo Ioſeph, quia quando Iacob venit de Meſopotamia emit agrum ab Emor Principe Sichem,& ibi fecit puteum, & domum, ibique manebat cum filijs ſuis, & cum ſuo armento, & quia erat hora quaſi ſexta, ideo Chriſtus nolens ingredi Samariam miſit diſcipulos intus ad emendum cibos, & ipſe eos expectabat, quia laſſus ex itinere, ſedebat ſic ſuper fontem illum uel puteum, quod alias fecit Iacob; Venit mulier de Samaria haurire aquam cũ ſua hydria. Cui Chriſtus dixit: Mulier da mihi bibere, quæ mirata eſt dicens, quomodo tu cum Iudæus ſis, bibere a me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana?

Quare autem hoc? Reſpondeo, quia erat præceptum Iudæis, ne iungerent amicitias cum alijs nationibus, & maximè cum Samaritanis, & hoc quia Samaritani occupauerant bonam partẽ terræ Iudæorum. Tum etiam, quia in reædificatione templi, multas moleſtias fecerant Iudæis. Secundò Samaritana cognouit Chriſtum Iudæum eſſe in habitu, tria enim diſtinguebant Iudæos ab aliis nationibus. ſ. circuncisio, victus, & veſtimenta.

Cui Chriſtus, ſi ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dixit tibi da mihi bibere, forſan petiſſes ab eo aquam viuã. Notandum, quod donum Dei eſt gratia ſpiritus ſancti, quæ uentura erat ipſi mulieri aqua viua dicitur gratia per ſimilitudinem, quia ſicut aqua uiua currit de loco ad locum, ſic gratia Dei mutat hominem à ſtatu peccati mortalis, ad ſtatum gratiæ.

Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt, vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob. qui dedit nobis hunc puteum, & ipſe ex eo bibit, & filii eius, & pecora eius? Notandum quod hoc ipſa dixit, ignorans de gratia Dei. Cui Chriſtus. Qui biberit ex hac aqua ſitierit iterum, ſed qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Nota, quòd prima aqua, quæ extinguit ſitim, eſt gratia Dei in hoc mundo, ſecunda eſt gloria in alio mundo, iuxta illud, non eſuriunt, neque ſitiunt &c. Si dicas: contra Salamon. Qui bibunt me, adhoc ſitiunt. *apo. 22.* *eccl. 24.*

Reſpondeo, quod exiſtentes in patria abſolutè non ſitiunt, quia habent quicquid uolunt, ſed reſpectiuè ſitiunt, quia licet apprehendant gloriam Dei, tamen non comprehendunt Deum, quia ſunt finiti. &c. Domine da mihi hanc aquam, ut non ſitiam, neque ueniam huc haurire aquam. Cui Chriſtus, uoca uirum tuum, at illa, uirum non habeo, cui Chriſtus, uolens oſtendere ſe eſse Deum, & per conſequens ſcrutatorem cordium noſtrorum, dixit, benedixiſti, quinque enim uiros. ſcilicet legitimos habuiſti, & hunc, quem habes, non eſt uir tuus. ſcilicet legitimus, ſed concubinarius. Tunc mulier audiens illum ſcire ſecreta ſua, dixit Domine, ut uideo Propheta es tu. ſed dic mihi quæſo, patres noſtri hoc in monte adorauerunt, uos autem dicitis, quòd eſt locus Hieroſolymis ubi adorare oportet.

Quare autem hoc dixit mulier. Notandum, quòd antiquitus ante ædificationem templi patres ſacrificabant ſuper montes, ut patet de Abraham. Facto autem templo, ibant omnes in Hieruſalem. Ideo mulier cupiens ſcire ubi uerè ſit adorandũ, oſtẽdit ei montem Gariſim, in quo, ut patet in ſcriptura ingrediendo filii Iſrael terram promiſsionis, benedixerunt Deum &c. Cui Chriſtus mulier, crede mihi, quòd ueniet hora, & nunc eſt, quod neque in hoc monte, neq; in Hieroſolymis adorabitis patrem, ueniet tempus. ſ. doctrinæ euangelicæ, & nũc eſt. ſ. filius in terra ad hunc finem. Vos adoratis, quod neſcitis, nos adoramus, quod ſcimus, Deus *deut. 27*

ſpiri-

ſpiritus eſt, & illum in ſpiritu & veritate adorare oportet. Cui mulier. Scio quia Meſsias uenit, qui dicitur Chriſtus.i. natus eſt. Cum ergo venerit.ſ. in ætate & per conſequens prædicando, ille annunciabit nobis omnia.

Quæritur quomodo ipſa ſciret ipſum natum eſſe, quia Gentilis erat? Reſpondeo propter tres rationes, prima, quia Samaritani habuerunt quinque libros Moyſi, in quibus cognoſcebatur aduentus Chriſti, ſecunda propter Herodem iratum, qui in natiuitate Chriſti tot occidit pueros, tertia propter publicationem miraculorũ. Cui Chriſtus, Ego ſum qui loquor tecum; Quare Chriſtus non publicauit ſe eſſe Deum, quando in Euang. Iudæi dixerunt, ſi tu es Chriſtus dic nobis palàm, & nunc ſe publicat gentili? Reſpondet Chryſ. quia Iudæi non ut diſcerent petebant, ſed vt iniuriam inferrent. Tunc mulier reliquit hadriam, & abijt in ciuitatem exclamans, Venite, & videte hominem, qui mihi dixit omnia, quæcunque feci. Nũquid ipſe eſt Chriſtus.

Interea uenerunt diſcipuli portantes cibos, & dixerunt: Rabbi, manduca. Quibus Reſpondens dixit, ego cibum habeo manducare, quem uos neſcitis, ſi quæras de cibo, Reſpondeo, quòd erat conuerſio Samaritanorum ad eum uenientium. diſcipuli autem putabant alium cibum fuiſſe Chriſto allatum. Ideo dixerunt nunquid ei aliquis attulit manducare? Tũc Chriſtus apertè dixit: cibus meus eſt, ut faciam voluntatem eius, qui me miſit, & perficiam opus eius. Nonne vos dicitis, quia adhuc quatuor menſes ſunt ad meſſem, ecce meſsis venit. Leuate oculos ueſtros, & uidete, quia regiones albæ ſunt iam ad meſſem, & qui metit mercedem accipit, & congregat fructum in uitam æternam &c.

Cum ergo ueniſſent Samaritani ad illum, illum rogauerunt ut maneret ibi, & manſit ibi duos dies declarando ſcripturam, & docendo eos de regno Dei, & dixerunt mulieri non propter tuam loquelã credimus, ipſum enim audiuimus, & ſcimus quia hic eſt Saluator mundi.

Primum documentum: Labores huius mũdi, & laſſitudines corporis ſunt vtiles, vnde Pau. Caſtigo corpus meũ. &c. Ideo Chriſtus fatigatus ex itinere ſedebat hodie &c.

Secundum, In dubijs fidei ad Sacerdotes eſt confugiendum, exemplum Samaritanæ ad Chriſtum ibi, de adoratione.

Tertium, Animas noſtras maturare debemus confeſsionibus, quia dum ſunt in peccato ſunt acerbæ. Exemplum quæcunque feci.

Quartum, Si uolumus iſtam aquã, quæ ſitim extinguit (quæ interpretatiuè intelligitur pro Indulgentia) debemus cum Samaritana ire ad Chriſtum & dicere Domine da mihi hanc aquã. De qua aqua.ſ. Indulgentia modo uidebimus ſex puncta.

Primum punctum, quid ſit Indulgentia.

Secundum, An Papa poſsit dare Indulgentias, liberando animas peccatorum uiuentium à Purgatorio. id eſt ne labantur.

Tertium, Quantum valent Indulgentiæ.

Quartum, An proſint defunctis.

Quintum, Quot ſunt cauſæ, quæ cõcurrunt ad hoc, quòd ſint ueræ.

Sextum, Quot cõditiones debet habere Chriſtianus, ad hoc quòd poſsit accipere Indulgentias.

Ad primum reſpondeo. Indulgentia eſt pœnæ temporalis relaxatio, quam quis iuſtè pro peccatis proprijs facere debuiſſet, de theſauro eccleſiæ ad diuinam iuſtitiam perſoluendam ſumpta. Ad cuius declarationem.

Notandum quòd in peccato quatuor ſunt, primum actus peccati, ſecũdum habitus peccati, tertium reatus offenſæ, quartum reatus pœnæ. De primo dico, ꝙ ad actũ peccati mortalis,

Gen. 49.

Io. 10. Chry.

1. Cor. 9.

Franc. Mar.

tria concurrunt, ſcilicet cogitatio, concupiſcētia, & operatio per actum malum, exemplum afferes tuo modo. De ſecundo dico, quòd ille habitus peccati, eſt illa inclinatio ad malum (quo guſtato) natura appetit illud, & quanto magis guſtat, tanto magis appetit, & ſic generat habitum vel inclinationem. De tertio dico quòd ille reatus offenſæ, nil aliud eſt niſi ille reſpectus ad diuinam offenſam, qua Deus odio habet peccatores & propriè eſt perditio amicitiæ, & gratiæ diuinæ. De quarto dico, quòd reatus pœnæ eſt illa obligatio animæ ad pœnam Purgatorij, quæ remanet in pœnitente poſt confeſsionem, quæ à ſacerdote fuit commutata de pœna æterna ad pœnam purgatorij, quæ obligatio debet ſatisfieri, vel in hoc mundo vel in purgatorio. Ad propoſitum ego dico primò, quòd Indulgentia non remittit actum peccati, ſed confeſsio vel vera contritio remittit. ſecundò, dico, quòd Indulgentia non remittit habitum peccati, quia ille habitus, & pronitas remanet, quia natura humana prona eſt ad malum, licet ſit libera, tertiò, indulgentia non remittit reatum offenſæ quia remittitur per iuſtificationē. quartò, dico quòd Indulgentia remittit reatum ad pœnam tantum, Ideo Doctores benedicunt in definitione Indulgentiæ, quòd eſt pœnæ relaxatio, quam quis iuſtè pro peccatis proprijs ſuſtinere debuiſſet.

Si ergo Indulgentia remittit pœnam purgatorij tantū. quare eſt quod dicunt aliqui, quod Indulgentia à culpa, & à pena liberat? cōceditur quòd à pena purgatorij, ſed negatur à culpa, quia confeſsio vel vera contritio ſolum remittit culpam, ſcilicet peccatum, & ſi Indulgentia remitteret culpam, confeſsio eſſet vana, quod ſi aliquæ indulgentiæ, à pœna, & culpa liberare dicuntur, illud à culpa de legatiuè & inſtrumentaliter intelligendum eſt, quoniam in talibus indulgentijs datur facultas eligendi confeſſorem, qui poſsit abſoluere ab omnibus caſibus etiam ſedi apoſtolicæ reſeruatis,

Ad ſecundum, æmuli eccleſiæ triplici modo arguunt, quod non, primo ſic, nullus inferior poteſt abſoluere à pœna impoſita à ſuo ſuperiori, ſed Deus in confeſsione, abſoluendo à culpa obligat ad pœnam. Ergo Papa, qui eſt inferior Deo, non poteſt remittere illam pœnam, ſecundo ſic, ſi Indulgentia liberaret à pœnis, ſequeretur quod abſolutio daretur ſine ſatisfactione, quod non patitur diuina iuſtitia. Ergo per Indulgentiam non poſſumus liberari à pœna? tertio medio ſic, Simonia. eſt peccatum mortale, ſed Papa dat indulgentias pro re temporali, ſcilicet pro pecunia, quia datur ſpirituale pro tēporali ergo peccatum. Ad primum Reſpondeo, quod inferior poteſt abſoluere vnumquemque à pœna impoſita à ſuo ſuperiori non auctoritate propria, ſed auctoritate ſui ſuperioris, & ita eſt hic. Alia Reſponſio, ſicut ſacerdos in confeſſione pœnitentis commiſsiuè, & inſtrumentaliter, abſoluit à culpa, & obligat ad pœnam, & facta pœnitentia, ſoluit à pœna illa, ſic & à fortiori, Papa commiſsiuè ſuis Indulgentijs ſoluit à pœnis purgatorij, & relaxat illas pœnas. Hoc eſt, quod Chriſtus dicit quodcunque ligaueris ſuper terram &c. Mat. 1 8

Exemplum Dux ad feneſtram ſtans vidit rebellem, iubet illum carcerari à cuſtode carcerum, hinc ad aliquos dies ſi tu videas illum cuſtodem Ducis, qui aperiat carcerem, & liberet illum, & dicas, quæ nam temeritas eſt tua, liberare illum quem incarcerem trudi curauit Dux? Reſpondebit cuſtos, & bene, quicquid ego facio eſt de mandato, & auctoritate Ducis, Quòd autem hoc ſit verum, quòd à me minimè, ſed de ſua auctoritate, vide, is dedit mihi iſtas claues duas ad aperiendum, & liberandum. Sic Papa Simile

com-

commiſsiuè, & auctoritate Dei liberat animas noſtras ab illis carceribus purgatorij, quia habet duaas claues, ſcilicet ligandi, & ſoluendi, Ad ſecundum argumentum Reſpondeo, & dico, quod fit ſatisfactio de theſauro eccleſiæ (non dico de Theſauro temporali.) de quo nõ loquimur, ſed de Theſauro ſpirituali.

Si quæras quid eſt Theſaurus eccleſiæ ſpiritualis? Reſpondeo, quod ſit principaliter, & conſtat ex merito ſuper abundanti paſsionis Chriſti. Cum enim meritum illius pretioſi ſanguinis eſſet infiniti ſuppoſiti, ideo ſufficiẽs erat ad infinitos homines redimẽdos, immo ſola gutta ſanguinis erat ſufficiens, & dico etiam, ꝗ omnes actus Chriſti fuerunt meritorij, ut ieiunium orationes &c.

Anſel. in lib. cur. d. homo.

Secundo etiam cõſtat theſaurus eccleſiæ ex merito Virginis, Sanctorum Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, & virginum, Ideo ad propoſitum, dico, quod fit ſatisfactio de theſauro eccleſiæ: quia Chriſtus de meritis ſuæ paſsionis ſatisfecit in illis Indulgentijs pro nobis debitoribus.

Ad tertium argumentum Reſpondeo, quod dare temporalia pro ſpiritualibus poteſt intellig duplicitcr, primo per ſe, & [illegible]ctè tèp o [illegible] ritualibus, & iſto modo [illegible], quia eſſet ſimonia, ſecundo modo temporalia dantur per accidens tantum pro ſpiritualibus, puta pro reparatione eccleſiæ pro alendis ſacerdotibus, & ſic non eſt ſimonia, & hoc iuſtè fieri poteſt, ſicut pro celebratione vnius Miſſæ datur eleemoſina quædam, non pro Miſſa directe, & per ſe, quia hoc eſſet impoſsibile, ſed pro accidens, ſcilicet pro ſubſtentatione illius ſacerdotis, quia iuſtum eſt, vt qui ſeruit altari viuat ex altari. Quod autem Indulgentia non ſit Simonia, probatur ſic, quia principalis finis indulgentiarum eſt relaxatio p[illegible], & non eleemoſyna, ergo nõ eſt ſimonia.

Exemplum, quia ſæpe Pontifices dant indulgentias, & pœnitentes nihil ſoluunt, & tamen eadem eſt indulgentia ſoluendo, & non ſoluendo.

Ad tertium Reſpondet eccleſia, quod Papa habet plenitudinem poteſtatis, ideo quod remittitur à Papa vigore Indulgentiarum, illud à Deo cõfirmatur, & ſi indulgentiæ ſonant numerum annorum, dico quod tantum remittitur. Si partem, vel dimidiũ peccatorum, dico, quod ſimiliter remittitur, ſi verò totũ. i. plenarie dico quod ſi immediatè talis moreretur ad cœlũ euolare, etiam ſi fuiſſet peccatorum peſsimus, & innumera haberet peccata. Notandum ad abundantiorem huius rei doctrinam.

[illegible]

In indulgentijs tria ſunt conſideranda. Ex parte Dantis, ex parte Mouentis, & ex parte Recipientis. Ex parte dantis, dupliciter, & Dignitate, & Inuocatione. Primo, quod ſit electus pontifex inuocato ſpiritu ſancto, & canonicè, quod non ſit ſchiſmaticus, non ſimoniacus, non excommunicatus. &c. ſecundo Dei & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli auxilio inuocato.

Ex parte Mouentis dupliciter, primo ut Pontifex moueatur propter honorem Dei, ſecundo vt propter ſalutem animarum, ſcilicet viuorum, & mortuorum.

Ex parte Recipientis Quadrupliciter primo ut ſit catholicus, & etiam habeat fidem formatam, ſcilicet, quod credat omnibus articulis fidei, & eccleſiæ, ſecundo, quod teneat teneat poteſtatem Pontificis, tertio, quod ſit confeſſus, vel habeat propoſitum certum ſine fraude confitendi tempore debito, quarto quod obediat bullæ, quia bulla tantum valet, quantum ſonat, nec plus nec minus.

Sed hic oritur difficultas vtrũ plus ſuffragetur plus porrigentibus, puta

danti centum ducatos, quã danti vnũ denarium, ſi bulla diceret manum porrigentibus; & non explicat, plus uel minus, ſed in determinate loquitur. Reſpondeo, quòd hic eſt triplex reſpectus, vel quantum ad bullam, vel quantum ad munus, vel quantum ad voluntatem. Si primò dico quòd ita acquirit indulgentiam dans centum, quam dans denarium. Si ſecundò dico quòd magis meretur dans centum quam dans denarium. Si tertiò dico ꝙ ſi uoluntas dantis centum eſt promptior voluntate dantis vnum denariũ, plus meretur. Sed ſi voluntas dantis vnum denarium eſt promptior voluntate dantis centum denarios, vel ducatos; voluntas illa minus dantis, ſed hilariter plus meretur.

B. in 4 d. 20 q. 4. Ad quartum reſpondeo, ꝙ hoc poteſt eſſe duplex. ſ. directè, & indirectè, primo modo non, quia bulla dicit. ſi quis introierit vel manum porrexerit, ipſi autem mortui non poſſunt ingredi, nec manus adiutrices porrigere, ergo Indulgentia directè non proſunt defunctis. Si ſecundo modo. ſ. indirectè, hoc eſt per modum ſuffragij, vel adiutorij. Iſto modo dico, ꝙ ſi quis fecerit, vel uiſitauerit vel manus porrexerit adiutrices, pro aliquo defuncto, proſunt. Si autem dicas, nullus a non ſuo iudice ligari poteſt ſicut dicit eccleſia, ſed Papa non eſt Iudex defunctorum, ergo qui non poteſt ligare, non poteſt ſoluere, & ſic a primo ad ultimum, Papa non poteſt ligare animas defunctorum, quia Chriſtus locutus eſt de exiſtentibus ſuper terram, nec eas ſoluere. Reſpõdeo quòd hæc quæſtio poteſt intelligi tripliciter primo per modum iudicij, & ſic dico, ꝙ ex quo Papa nõ eſt Iudex defunctorum, Indulgentiæ non proſunt defunctis. Secundo modo, per modum voluntatis accipientis indulgentiam, & ſic dico, ꝙ non proſunt defunctis, quia voluntas defunctorum non patet, ſi ſit prompta, & deuota, tertio per modũ ſuffragij, & ſic proſunt defunctis. Ratio, quia ſicut eſt in libertate tua facere eleemoſynam, & illud meritum (mediante Deo) animabus defunctorum applicare, ſic potes applicare meritum Indulgentiarum animabus defunctorum tuorum.

24 q. 1. c. quodcunque liga.

Ad quintum reſpondeo, ꝙ quatuor cauſæ cõcurrunt, prima cauſa dicitur efficiens, & iſta eſt Deus, qui eſt cauſa prima & ſola, quia ſolus Deus remittit peccata in confeſsione, & pœnas purgatorij indulgendo, ideo quando Papa dat Indulgentias, dicit; auctoritate omnipotentis Dei, primò, & beatorum apoſtolorum Petri, & Pauli ſecũdò, vnde Propheta. Ecce Saluator tuus venit, & merces ſua cum illo, merces ſua fuit Paſsio. &c. Secunda cauſa eſt formalis. ſ. facere ſecundum quòd in bulla continetur, nec plus nec minus, tertia cauſa eſt materialis, ſcilicet meritum Chriſti, Mariæ & Sanctorum, de quo fit theſaurus eccleſiæ. Sed ſi quis dicat, ſi Sancti Apoſtoli, Confeſſores, & Martyres meruerunt in terra, ſunt præmiati in cœlo, ergo de ſuis meritis non fit theſaurus eccleſiæ. Reſpõdeo, ꝙ Deus præmiauit Sãctos in cœlo hoc modo, videlicet, præmiauit charitatẽ, quam habebant in terra, ſed non præmiauit bona opera eorum, quia præmium bonorum o[illegible] ſuorum, à Deo fuit reſeruatum [illegible] faciẽdum theſaurum eccleſiæ. Exemplum. Si Franciſcus habuit centum gradus charitatis in terra, habuit centum gradus beatitudinis in cœlo. Quarta cauſa eſt finalis, & hæc duplex temporalis, vt facere eleemoſynam, vt ſupra &c. Iſa. 62. Sancti.

Alia ſpiritualis, & hæc eſt remiſsio pœnarum pro gloria æterna. &c.

Ad ſextum reſpondeo, ꝙ ſunt ſeptẽ conditiones ad hoc ꝙ Chriſtiani accipiant Indulgentiam. Prima dicitur fides, ſine qua impoſsibile eſt placere Deo, & vltra hoc oportet credere omnia quæ tenẽtur à Sancta Dei eccleſia catholica, orthodoxa, Roman[illegible]

ecūda dicitur charitas, quia oportet dimittere offenſas, quia odium cōtrariatur Indulgentiæ, & ſi non remittatur offenſa non remittitur pœna.

Tertia dicitur confeſſio, quia peccatum contrariatur indulgentiæ. Vnde Bulla dicit confeſſis, & contritis, ſiue habentibus voluntatem confitendi.

Quarta dicitur cōmunio, quia excommunicati, non participant de bonis eccleſiæ.

Quinta dicitur eleemoſyna, ſi tamē bulla diceret manum porrigentibus.

Sexta dicitur oratio, quia bulla dicit, quòd dicentibus talem, vel tot orationes.

Septima dicitur propoſitum, quia oportet habere propoſitum non recidiuandi peccata.

Si autem quæras vnde eſt, ꝙ Pontifices concedunt tot indulgentias, & Deus eſt tam miſericors, & tamen in purgatorio ſunt tot ani mæ? Reſpōdeo quia in te non eſt fides, quia non credis in Trinitatem, nec in eccleſiā Chriſti, quia in te non eſt charitas, non parcis inimicis tuis, ſed odio habes, &c. Quia in te non eſt confeſſio, ſed blaſphemia, latrocinia, adulteria &c. quia es excommunicatus propter tuam obſtinationem, & incredulitatem, quia non facis eleemoſynam, ſed diſpenſas bona tua, luxurioſè viuendo &c. Quia in te non eſt oratio, ſed continuę murmurationes detractiones &c. Quia nō habes bonum propoſitum, ſed facta ſunt nouiſſima tua peiora priorib. &c. in ergo vis iſtam Indulgentiam & fructum eius vere oportet hebere iſtas ſeptem conditiones, quibus habitis accedere oportet cum Samaritana, & dicere Domine da mihi hanc aquā, vt non ſitiam, & vt habeam gratiam tuam in hoc mūdo, & gloriam in futuro. Amē.

ECCE ANCILLA DOMINI FIAT MIHI SECVNdum verbum tuum. Luc. 1.

HOdie vera Pax de cęlo in terrā deſcendit, hodie per vniuerſum mundum cęlum cognoſcimus melliſluum, hodie ſancti ſpiritus in cęlo cantant, gloria in axcelſis Deo & in terra pax; & ſi hodie omnia membra mei corporis commutarentur in tot linguas humanas, & ſi omnes actus mei corporis ſonarent ſono angelico, non ſufficerent ad exprimendum magnitudinem tanti myſterij Incarnationis inquam filij Dei in vtero Virginis, nec mirum ſi Aug. altitudinem huius myſterij conſiderās, dicit, ò miracula (Fratres cariſſimi) iura naturę mutantur, in homine Deus naſcitur, Virgo peperit ſine viro neſciens morem uiri, Hodie ergo conſiderans ſolennitatem eccleſię Dei, celebrando Annanciationem beata Marię, Ideo de tali materia cum eccleſia tractabimus. Aug.

INTRODVCTIO EVANGELII,

Ric. q.d.1.5. QVeritur, quomodo creatura debet petere gratias à ſuo creatore. Reſpondeo vel loqueris de gratijs temporalibus, vt petere ſanitatem, diuitias, filios &c. vel de gratijs ſpiritualibus, vt gratiam. Dei patientiam, fortitudinem &c. Si primum, de temporalibus dico, quòd ſunt petendę conditionabiliter. ſ. cum q.d.15.

bene-

beneplacito Dei, & ſi Deus cognoſcit
illas nobis neceſſarias ad ſalutẽ. Ideo
Chriſtus orando, docuit nos dicere,
Domine non ſicut ego volo, ſed ſicut
Luc. 22. tu uis. Si ſecundum dico, ꝙ ſunt abſo-
lutè petendæ, quia ſemper bonæ, nec
mirum ſi Maria petijt gratiam Virgini
tatis, vt facile Deo ſeruiret, quòd autẽ
hoc ſit verum videamus.

Volens hodie eccleſia Dei, cum ſuis
ſanctis Doctoribus tractare myſteriũ
Incarnationis filij Dei, dicit, quòd
multa ab æterno fuerunt determina-
ta. Primum, quòd crearetur natura
Angelica, & hoc propter communica-
tionem diuinæ bonitatis, quia bonum
eſt ſui ipſius communicatiuum, & ſic
Deus voluit habere creaturam ſpiri-
Dyo. 4. de Angelicis oræ tualem capacem ſecretorum ſuorum,
quæ eſſet ſecretaria. &c. Secũdum præ-
uidens Deus ab æterno (quia omnia
nuda, & aperta ſunt oculis eius) quòd
iſta natura Angelica deficeret, & non
Heb. 4. ſtaret ſtabilis, determinauit ꝙ natura
humana crearetur, ne ſedes paradiſi
vacuæ, per lapſum angelorum, rema-
nerent, hinc eſt, quòd aliqui dicunt,
quòd cœlum non minus eſt pro ho-
minibus quàm pro Angelis. Tertium,
Anſel. cur. Deus & homo. præuidens Deus ruinam naturę huma
næ determinauit, quòd iſta natura hu-
mana redimeretur, quia non decebat
diuinam ſapientiam nobiliſsimas crea
turas ſine ſuo vltimo fraudari. ſ. Deo.
Quartum, quòd talis redemptio fie-
ret per condignam ſatisfactionem, ſci
licet quòd in iſta redemptione cogno
ſceretur iuſtitia in ſatisfaciendo, & mi
ſericordia in redimendo. Quintum,
quòd ipſemet Deus redimeret, & ipſe
ſatisfaceret, quia ex quo peccatũ fuit
infinitũ, infinitus redimeret. Sextum,
quòd talis redemptor eſſet, nõ Pater,
Magiſter in 3. d. 1. non ſpiritus ſanctus, ſed Filius. Ra-
tio, vt, qui erat filius in cœlo, quò ad
patrem, eſſet etiam filius in terra, quò
ad matrem. Septimum ꝙ iſte filius in
redimendo aſſumeret carnem huma-
nam, & naſceretur ex vna Virgine. Ra

tio autem eſt, quia Deus voluit nobili Tho. 3. parte. q. 31. ar. 14.
tare naturam humanam in vtroque ſe
xu, primo in maſculino, quia factus eſt
homo, ſecundo in fœmineo, quia de
Virgine naſci uoluit. Sed quia Greg. di Grego.
cit, quòd ea quæ prædeſtinauit Deus,
ideo prædeſtinata ſunt, vt precibus ſan
ctorum obtinerentur, hinc eſt, quod
ſancti patres Deũ rogauerunt, ut Chri
ſtum prædeſtinatum venturum mitte-
ret. Et primo in lege naturę. Adam qui
vixit. 930. annis nunquam ceſſauit ſuis
orationibus Deum rogare, vt Chriſtũ
prædeſtinatũ ab æterno mitteret. Enos
qui vixit annis 905. ſimiliter. Enos, qui
vixit 305. annis. fecit ſimiliter. Matuſa
lem, qui vixit 969. Annis ſimiliter ora
uit. Lamech. qui vixit 777. Similiter
&c. Noè, qui vixit annis 950. Simili-
ter deprecatus eſt Deum, vt Chiſtum
mitteret. Secundò in lege ſcripturæ
rogauerunt Deum, Moyſes, Obſecro Exod. 4.
domine mitte quem miſſurus es, Iſa. Iſa. 16.
Emitte agnum domine dominatorem Iſa. 64.
terræ, & ſecunda vice dixit. ò vtinam Iſa. 45.
diſrumperes cęlos, & deſcenderes ad
nos. Et tertia vice, dixit Rorate cęli
deſuper, & nubes pluant iuſtum. Et
Dauid dixit, oſtẽde nobis domine mi-
ſericordiam tuã, & ſalutare tuum da
nobis, & tandem (multis dimmiſsis)
Deus Pater vocauit Angelum Gabrie-
lem dicens deſcende in prouinciã Ga-
lileæ, in ciuitatem Nazareth ad virginẽ
deſponſatam Ioſeph, & dices, quòd
ego eligo ipſam in ſponſam, Tunc fi-
lius, dices, & ego eligo eam in matrẽ,
& tunc Spiritus Sanctus, dices, & ego
eam in templum meum,) quibus audi
tis, Angelus intra ſe dixit. Si ſponſa pa-
tris, mater filij, & templum Spiritus Sã
cti eſt, ergo eſt plena gratiæ, & ſic de-
ſcendens ad eam dixit. Aue gratia ple- Luc. 1.
na &c. Hic oportet narrare breuiter,
& in ſubſtantia hiſtoriam Euangelij.
ſcilicet Miſſus eſt; vſque ibi, ecce an-
cilla Domini, fiat mihi ſecundum ver-
bum tuum. Quo dicto, eſt dicendum, Dec. / 3. d. 2.
Quòd in illo inſtanti, quinque mira-
bilia

bilia fuerunt. Primum, formatio corporis Chriſti in vtero Virginis. Secundum creatio animæ Chriſti. Tertium vnio animę Chriſti ad corpus ſuum organizatum in vtero matris. Quartum Deus factus eſt homo, ideſt fuit vnio diuinitatis ad animam & ad corpus. Quintum anima Chriſti fuit plenè dotata omni ſcientia creata poſsibili, & omni gratia & beatitudine, Quare autẽ decebat hoc magis filio, quàm patri, & Spiritui Sancto? Reſpondeo, quòd (non obſtante prima ratione, vt ſuprà) licèt tres perſonę Trinitatis ſint æquales in omnibus, & per omnia, tamen patri attribuitur omnipotentia, filio ſapientia, & ſpiritui Sancto clemẽtia. (his ſtantibus) lex vult, quòd offenſus remittat, & indulgeat. Sed quãdo Adam peccauit offendit principaliter filium, quia voluit ſibi vſurpare ſapientiam, ibi, ſcietis bonum, & malũ, ergo incumbit filio offenſo. Correllarium, ſi natura Angelica redimeretur incumberet patri, quia ipſi voluerunt rapere omnipotentiam, ibi, aſcendam in cęlum, & ero ſimilis altiſsimo. Si autem dicas, quę differentia eſt inter formationem corporis Chriſti, & corporis puri humani, quò ad tempus? Reſpondeo, quòd corpus puri hominis indiget. 45. diebus antequam ſit perfectè formatum, quia illa materia, de qua formantur corpora noſtra in primis ſex diebus habet ſimilitudinẽ quaſi lactis, (nouem verò ſequentibus diebus, conuertitur, quaſi in ſanguinem (duodecim deinde diebus ſequẽtibus, ſolidatur in carnem. Poſtea 18. reliquis vltimis diebus formatur vſque ad perfectam delineationem corporis humani.

[Gen. 3.] [Iſa. 14.]

Formatio autem corporis Chriſti fuit perfecta in primo inſtanti ſuæ cõceptionis, quantum ad omnia lineamẽta membrorum, tamen ad debitã corporis quantitatem perficiebatur ſucceſsiuè, ſicut corpora puerorum augumentantur vſque ad maturitatem partus. Sed videamus aliqua puncta. Primum. An fuerit verum matrimonium inter Mariam, & Ioſeph.

Secundum. De qua materia eſt formatum corpus Chriſti.

Tertium. Quomodo pater miſit filium in vterum Virginis.

Quartum. Quare Chriſtus factus eſt homo.

Quintum. An fuit congruum mittere Angelum.

Sextũ. De quo ordine fuit Angelus.

Septimum. in qua forma apparuit.

Octauum. An Maria meruerit eſſe mater Chriſti.

Ad primum. videndum eſt primum dubitum.

Tertij ſabbati, in quo ſabbato fit ſermo de Purificatione.

Ad Secundum Reſpondeo, ꝙ Virgo Maria, ſe habuit actiuè ad conceptionem filij, non per deciſionem ſeminis virilis ſicut in conceptione naturali, ſed fouendo, & tribuendo de ſubſtantia ſua nutritiua, & hoc virtute Spiritus Sancti; hanc autem materiam tractant Doctores, poſtquã probauerunt contra Ari. 15. de animalibus, qđ mr̃ ẽt actiuè, licet minus principaliter, cõcurrat ad gubernationẽ filij. Si aũt quæras, quæ ſubſtantia nutritiua eſt illa de qua formatũ eſt corpus; Reſpondeo, quod qñ Virgo dixit, ecce ancillã Domini a ſpiritu Sancto fuit circundata. i. totum corpus fuit circundatum, & in illo inſtanti puriſsimi ſanguines virginis, in loco generationis per ipſum ſpiritum ſanctum deducti fuerũt, de quibus ſanguinibus puriſsimis formatum fuit corpus Chriſti. [Ariſt.]

Si dicas hoc nõ vr̃ conſonũ, quia ſicut corpus Euæ fuit miraculoſe factũ de corpore Adæ, ſic corpus Chriſti debebat fieri de corpore Virginis, ſed corpus Euæ fuit factũ de oſsib. & carnibus Adę, ergo debebat Chriſtus ſimiliter &c. Rñdeo, ꝙ Adã, quia fuit principiũ naturæ humanæ, iõ habebat aliqd oſsis & carnis, vltra integritatẽ ſui [Tho 3 p. q. 32. ar. 2.]

corpo-

corporis;de quo ſine diminutione ſui corporis formatum eſt corpus Euang. Maria autem, quia non erat principiú naturę humanæ, ideo non habebat aliquid oſsis,& carnis vltra integritatem ſui corporis, de quo formaretur corpus Chriſti ſine corporis ſui diminutione,ideo ipſa dedit de puriſsimis ſanguinibus ſuis, qui ęquiualent oſsibus & carnibus &c.

Ad tertium, hic dicendum primò, ꝙ Pater per actum intellectus intelligit diuinam eſſentiam, & hoc modo intelligendo ſe,producit Filium,& ſic filius dicitur intelligentia Patris. Pater poſtea, & filius, per áctum voluntatis amant diuinam eſſentiam, & hoc modo amando,producunt Spiritum Sanctum, & ſic Spiritus Sanctus eſt amor ſpiratus à Patre.& filio,quo ſtante;dico, quòd nulla perſona mittitur, niſi habeat aliam, de qua ſit,ſed filius habet eſſe à patre ergo miſſus eſt à Patre ad Virginem, ideo Chriſtus dicit, qui miſi: me verax eſt, ideſt ſicut Deus eſt ſumma ueritas, ita verum eſt, quod ſum miſſus à Deo patre. Si dicas contra,Illud,quod mittitur,mutatur de loco ad locum, ſed Deus non mutatur de loco ad locum, quia eſt ubique vnde Dauid ſi aſcendero in cęlum, tu illic es,& ſi in infernum,ades ergo.

Mag. in p. d. 14. q p.

Io. 8.

Pſ. 51.

Secundo ſic, miſſus ſeparatur a mittente, ſed in diuinis non eſt ſeparatio, quia Aug.de Tri.dicit;ſunt inſeparabiles, ſic operantur. Ergo non &c.

Aug.

Tertio ſic,ſi indiuinis eſſet miſsio,ſequeretur,quòd ibi eſſet prælatio, quia ſcilicet mittens eſt nobilior miſſo, ſed in diuinis nulla eſt prælatio,quia ęqualis Pater, æqualis filius, æqualis Spiritus ſanctus.Ergo.

Ad primum dico,quòd ibi eſt mutatio ſecundum apparentiam, non autẽ ſecundum ueritatem.

Alia reſponſio ad primú quod creatura mutatur de loco ad locum,nõ autem creator,quia vbique eſt.De prima reſponſione datur hoc exemplum. s. De candella,quam accendis ab alia,& tamen remanet illemet ignis in vtraque vt dicebat Ennius. Qui committi erranti commiter, monſtrat viam qua ſi lumen de lumine accendat facit, vt nihilominus ſibi luceat cum illi accenderit.

Ennius.

Ad ſecundum dico, quòd ſeparantur perſonæ, non autem ſeparatur eſſentia, quia alia eſt perſona Patris &c. Sed non dicitur alia eſt eſſentia Patris, alia filij.&c.

Ad tertium dico, ꝙ licèt ad extra videatur prælatio, non tamen ad intra, quia ęqualis pater,æqualis filius &c.Ergo filius miſſus eſt a patre.

Gala.

Ad quartum Reſpõdeo, quod Chriſtus factus eſt homo, vt hominem redimeret. ſed Quæritur. Si Adam non peccaſſet, an Chriſtus fuiſſet incarnatus. Prima opinio, eſt quòd non;fundamentum vero iſtius opinionis eſt Aug. Gloſſantis,illud Mat. Venit filius hominis quærere dicit. Si Adam non peccaſſet Chriſtus non incarnatus fuiſſet, & alibi Gloſſantis. Illud primæ ad Chi. 1. Ieſus Chriſtus venit in hũc mũdum, dicit nulla cauſa fuit veniendi Chriſto domino, niſi peccatores ſaluos facere. Ergo ſi Adam non peccaſſet Chriſtus non incarnatus fuiſſet.

Tho.

Aug. Mat 18.

Thim. 1.

Secunda opinio dicit quòd ſi Adam non peccaſſet Chriſtus nihilominus fuiſſet in carnatus. Et probat ſic, illa anima quæ eſt primo prędeſtinata, antequam aliæ animę eſſent prædeſtinatę,debet primo eſſe beata, & ſine illis, & pręcedere omnes prędeſtinationes aliarum animarum. Sed anima Chriſti fuit primo prædeſtinata ad beatitudinem,& ante prædeſtinationem aliarum animarum, ergo ſine illis debet eſſe beata,& per conſequens debet incarnari. Ergo ſine peccato Adæ Chriſtus debebat incarnari; minor probatur, quia volens Deus ordinatè agere (ſicut ſemper fecit) debet prius velle finẽ, & poſtea propinquiora fini, ſed Deus eſt finis omnium, & Chriſtus

Sco in 3 d.7 q.3 & Bon 3 n 3 d.1

propin-

propinquior fini. Ergo poſt ſui volitionem debet velle filium, ergo volens Deus animas aliorum eſſe beatas, debuit prius, & voluit prius animam ſui filij eſſe beatam, & ſic præcedit alias. aīas, vel ſine alijs debebat eſſe beata.

Reſpondeo Chriſtum in carnari poteſt dupliciter intelligi, primo ut redēptor, paſsibilis, & mortalis, & ſic dico, quòd ſi prima opinio hoc modo intelligit, nulla erit differentia, ſecundo, vt glorificator, & caput eccleſiæ, & ſic dico, quòd ſi Adam non peccaſſet, Chriſtus nihilominus carnem aſſumpſiſſet, vt glorificator, & caput eccleſiæ, quia Deus prædeſtinauit animam Chriſti incarnari, vt ipſe nobis oſtenderet gloriam Dei in hoc mundo, antequā præuidiſſet peccatum Adæ, vnde dicendū. quòd Chriſtus propter peccatum Adę venit vt redemptor, paſsibilis, mortalis, & ſine peccato Adæ uenit, vt glorificator, & caput eccleſiæ, quia primo fuit prædeſtinatus vt glorificator, & caput eccleſiæ, ſecundo ut redemptor in eodem itinere, & ſic intelligit Aug. quòd non incarnatus fuiſſet, vt paſsibilis, mortalis. Aug.

Ad quintum Reſpondeo, quòd ſic, propter tres rationes; Prima, vt tale myſterium eſſet ſecretum; [illegible] da propter ordinem; tertia propter honorem Dei, & Virginis. De prima dico, quod debuit tale myſterium eſſe ſecretum, quia ſi diabolus clarè hanc incarnationem ſciuiſſet, omni conatu ſuo impediuiſſet paſsionem ſuam, ne natura humana eſſet redempta, Paul. ſi cognouiſſent nunquam regem gloriæ crucifixiſſent, Glo. di. ꝙ Paulus loquitur ibi de principibus tenebrarum. Exemplum, in paſsione Chriſti, quia Diabolus nolens redemptionem naturæ humanæ, fecit, quicquid potuit, ut impediret illam paſsionem, eundo ad vxorem Pilati, vt ipſa a ſententia in Chriſtum ferenda remoueret Pilatū &c. Secunda ratio eſt propter ordinē, quia eodem ordine, quo natura huma- 1. Cor 2.

na fuit faſcinata, eodem ordine debebat reſarciri, ſed Angelus malus hoc tractauit, cum muliere peccati auriga, ſiue auctrix, ergo Angelus bonus debebat hoc myſterium tractare cū muliere meriti auctrice & auriga. Sed notandum, ꝙ Angelus malus ad tria induxit Euam, primo ad dubium ibi, ne forte moriamur, ſecundo ad conſenſum, quando accepit pomum, tertio ad lapſum, quando guſtauit pomū. Angelus verò bonus primo induxit Mariā ad certitudinē circa modū concipiendi (ibi, ſpiritus ſanctus ſuperueniet &c.) ſecundo ad cōſenſum. (ibi, ecce ancilla domini) tertio ad conceptum, quia in eodem inſtanti formatū eſt corpus Chriſti in vtero eius, ſicut dictum eſt in principio, tertia ratio. fuit neceſſarium mittere Angelum primo propter honorem Dei mittentis, quia quando aliquis legatus mittitur, conſideratur dignitas mittentis; ſed Deus omnipotens, eſt ille qui mittit; ergo debebat mittere Angelum digniſsimum nuntium. ſecundo conſideratur dignitas illius cui mittitur; hæc autem fuit Virgo Maria digniſsima, primo quia de ſemine abrahæ, ſecundo quia ſine peccato originali, veniali, & mortali, tertio quia Virgo ante partum, in partu, & poſt partum, quarto quia corporaliter aſſumpta eſt in cœlum. Ergo fuit neceſſarium mittere Angelum doctum, ſcientem, & ſecretarium.

Ad Sextum. Reſpondeo. Cum ſtatus Angelorum diſtinguatur in tres hierarchias, ſcilicet. Mag. 2. d. 9.

Prima, in qua tres ſunt ſuperiores. s. Seraphini, Cherubini, & Throni & ſemper aſsiſtunt.

Secunda Media, in qua Dominationes, Principatus, & Poteſtates, & curant cœleſtia.

Tertia Infima, in qua Virtutes, Archangeli, & Angeli & mittuntur ad noſthis ſtantibus, Aliqui dicunt, ꝙ diuinæ reuelationes, vel inſpirationes ſiunt ſecūdum ordinem naturarum. ſ. Dioni. de Ange. Hierar.

gradatim, & ſic ſecundum opinionem iſtam, ultimus chorus, idest Angelus de ultimo choro, ueniſſet ad Mariam ad annunciandum.

Scot. 11. d. 10. Secunda opinio eſt, quòd cum ſecũdum ethimologiam Angelus ſit nuncius. Ideo ex quo omnes ſunt angeli, ideo omnes ſunt nunçij. Si omnes nuncij. ergo omnes poſſunt mitti, ergo nõ eſt dicendum, quòd Deus ad Mariam uirginem miſerit de infimo choro, Angelum, ſed potius de ſupremo, propter tres rationes, prima ut ſit differentia inter Mariam matrem Dei, & Abraam, Thobiam, Loth, quibus miſſi ſunt Angeli; ſecunda quia ſi hoc debebat eſſe ſecretum, ut ſupra dictum eſt, ideo de primis ſecretarijs, qui ſemper aſſiſtunt mittere debebat; tertia propter ſignificationem nominis Gabrielis, quòd interpretaт fortitudo, Quod angeli ſemper aſſiſtant, hoc confirmat Bern. Bernar. ſuper euang. Miſſus eſt dicens, Non arbitror hunc Angelum ex minoribus eſſe.

Tho. 3. p. q. 30. Ad ſeptimum Reſpondeo, quòd in forma humana corporali miſſus fuit, & hęc opinio eſt communis omnibus. Bon.

Ad abundantiorem doctrinam notandum; quod Deus tribus modis mittit Angelos, primo aliquando mittit eos ad intra, & hoc nil aliud eſt, niſi quædã illuminatio, uel inſpitatio mentis facta per Angelum, ut patet de tribus Magis, & de Ioſeph. &c. ſecundò aliquando mittit ad extra, & ibi eſt locutio, ſed non uidetur, ut Angelus qui loquebatur Moyſi, Abrahæ, Iacob, qui audiebant Angelum, ſed non uidebant eum. &c. tertio in forma corporali humana aliquando Deus mittit Angelos, ut Thobiæ, & ad Loth, & hoc modo Angelus fuit miſſus ad Mariam propter duas rationes.

Prima ut Angelus melius tale myſterium imprimeret Mariæ, loquẽdo, & informando eam, quomodo, & qualiter per Spiritum Sanctum hoc debebat fieri: ſecunda ne uirgo audiendo, & non uidendo forte ſe deluſam eſſe putaret. Notandum tamen, quòd Angelus non apparuit in ſua ſubſtantia, idest in ſpecię angeli, quia ſtatus mortalis non poteſt clarè cognoſcere eũ, in ſua ſubſtantia, ſicut nec beati perfectè cognoſcunt Deũ, licet illũ uideant.

Ad octauum Reſpondeo, quòd triplex eſt meritum, primum dicitur cõdigni; & eſt, quando operatio æquiualet pręmio, & ſic nec Virgo Maria, nec tota natura humana, meruit eſſe mater Christi, quia creati ad increatum nulla eſt conformitas & proportio. ſecundum meritum dicitur meritum digni, & eſt quando aliquis de ſe non eſt ſufficiens mereri, ſed habet iuuamen ad merendum ut cum uir iuſtus orat pro alio. Exemplum de Greg. qui uidens Traianum nõ poſſe mereri, quia non erat dignus, uoluit illi ſuccurrere; & de iſto merito Maria meruit eſſe mater Chriſti, quia licet ipſa in quantum pura creatura non mereretur eſſe mater Chriſti, tamen Deus per gratiã collatam, illam dignam fecit. Bon. i 3. d. 4. ar. 2. q. 3. & alibi. Greg.

Tertium meritum dicitur congrui, & eſt quando homo facit omne illud, quod i ſe eſt, & ſic Maria meruit, quia nunquam defecit in aliquo ſeruiens Deo, corde, ore, & opere. Et ſic cõcluditur, quòd ſicut Maria Virgo fuit ſpõſa Patris, Mater filii, & templum ſpiritus ſancti, ſic rogamus eam, ut pro nobis intercedat, ita ut Deus nobis gratiam in hoc mũdo, & gloriam in alio concedat Amen.

FACITE HOMINES DISCVMBERE.
Ioan. 6.

Sicut tempore hyemali, dum terra niue, & glacie cooperta eſt, non poteſt tali impedimento, fructus ſuos ſolitos germinare, & reddere, quia ſol propter talia impedimenta ſuper ipſam terram non poteſt ſe extendere: Sic ſpiritualiter, creatura rationalis (cooperta glacie, & niue peccati mortalis) non poteſt reddere fructum animæ ſuæ Deo, quia ſol diuinæ gratiæ ſupra peccatum minime ſe extendit, ſed ſtatim, quòd peccator uirtute ſanctæ confeſsionis, fit liber à peccato, anima illa eſt ſecura gratiæ Dei, ad quam cõfeſsionem Greg. nos hortans dicit, Peccatores Deus diu tollerat, ut confiteantur quod ſi non, durius damnat. De qua confeſsione conformiter cum Euangelio nonnulla ſunt à nobis hodie dicenda. Greg.

INTRODVCTIO EVANGELII.

Diſputatur an ubique, uel in loco determinato pęnitens poſsit pęnitentiam facere. Reſpondeo, quòd pęnitentia eſt duplex prima interior, ſcilicet habere dolorem de peccatis, & iſta poteſt fieri ubique, quia Deus parcit ubique, ſecunda eſt exterior, & iſta eſt duplex. Prima eſt Confeſsio, & iſta in eccleſia, quæ eſt domus Dei fit. nec alibi, niſi urgente cauſa, alia eſt, ut Ieiunium, Eleemoſynæ, orationes, & iſta facienda ſunt ubi cõſcientia dictat, fugiendo tamẽ ſemper gloriam mundi. Nec mirum eſt Chriſtus hodie docens nos, iuit in deſertũ locũ ſuper montẽ orando, ſed uideamus, ut ſolemus, textũ. Abijt Ieſus transmare Galileæ, qđ eſt Tiberiadis.

Chryſ. Quæritur ex quo loco receſsit: Reſpondet Chry. quòd ex Hieroſolymis, quia audito miraculo facto in ſabbato de ſanatione paralitici in piſcina, Iudæi eum tanquam tranſgreſſorem legis, propter uiolationem feſti, quærebant interficere, & licet Chriſtus potuiſſet ſtare Hieroſolymis, & non occidi ab ipſis, quia omnipotens erat, tamen ut nobis exemplum daret fugiendi inimicos, receſsit ex Hieroſolymis. Si dicas quomodo in Galilæa inuenitur mare. Reſpondet Alcuinus, ꝙ in Galilæa nullum erat mare, ſed bene unus lacus, & dicebatur mare, quia cõgregationes aquarum appellauit Maria. Quare autem dicit Tiberiadis. Reſpondeo, ꝙ in litore illius Lacus erat una ciuitas, quæ antiquitus dicebatur Geneſareth, quæ fuit deſtructa, ſed ab Herode Tetrarcha rege, ſub imperio Tiberij Ceſaris fuit reædificata, Ideo Tiberias, dicebatur. Alcui. Beu. Gen. 1.

Et ſequebatur eum multitudo magna, quia uidebant ſigna, quæ faciebat ſuper infirmos. Sequentes Chriſtum erant conuerſi, infirmi, ſanandi, ſanati, & deſiderantes doctrinã eius. Quare, cum ſigna Chriſti, ſm Chryſ. intelligant miracula, ſpecificat infirmos? Reſpõdeo, ut oſtẽderet illũ ſanitatẽ dare infirmis, nõ uirtute diabolica, (ut Iudæi dicebãt) ſed uirtute diuina, q̃a Xp̃s ſanãdo ĩfirmos, tria faciebat, primo ſanabat in inſtãti, ſecũdo ſanabat corpus & aĩam, tertio ægroti ſanati amplius non remanebant debiles & infirmi.

Subijt ergo Ieſus in montem, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis erat autem in proximum Paſcha Iudæorum.

Bedæ. Si quæras quid faciebat ſuper montẽ. Rñdet Beda: ꝙ illos docebat de cõſtantia, quia tunc Io. Bapt. fuit decollatus, ꝙ fuit per annũ ante Chriſti paſſionẽ. Si dicas, quare non iuit ad feſtũ Paſchatis? Rñdeo, quia habentes inimicitias capitales erãt excuſati. Cum ſubleuaſſet oculos, & uidiſſet uenientes dixit, vnde ememus panes, &c. Notandũ ſubleuauit oculos, quia, vt dicit Beda, quãdo Chriſtus prædicabat diſcipulis publicè ſtabat, ergo finitò ſermone leuauit oculos ſuper terrã. Quæritur, cũ Chriſtus eſſet Deus ſciens ſecreta hominũ, quare interrogauit Philipũ? Rñdeo, ꝙ hoc fecit, quia erat ſimplicior Apoſtolis cæteris, & illũ docere uoluit, Quod autẽ hoc ſit uerũ, patet in eius reſponſione, & cogitatione, quia non cogitauit de potẽtia Chriſti, vnde dixit.

Ducentorũ denariorum panes non ſufficiunt eis, ut unuſquiſque modicũ quid accipiat, quaſi dicat, Dñe pauperes ſumus, & nil habemus. & ſi haberemus ducẽtos denarios, nõ ſufficerent eis (melius dicturus erat). ſ. dñe ſicut oſtendis potentiã Dei in ſanando oſtẽde etiã nunc in ſaturãdo hos homines. Rñdens autẽ Andreas, vnus ex duodecim dixit. Dñe eſt unus puer hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos piſces, ſed quid inter tãtos? Quæritur vnde Andreas motus eſt, ut ſic diceret. Rñdet Chryſ. q̃a audierat ſignũ factũ per Heliſæũ, qui de 20. panibus ordeaceis pauit centũ homines, Verũ tamẽ dixit, quid inter tantos? quia ut dicit Chryſ. Aſcẽdit mente in aliquod excelſum, ſed ad ſummũ nõ potuit puenire, quod patet per hoc, quod ſubdit, ſed hæc q̃d ſunt inter tãtos? Aeſtimabat n. quod de paucioribus pauciora & de pluribus plura facturus eſſet, qui miracula faciebat, ſed hoc, non erat uerum.

Chryſ. 4 reg. 4.

Chryſ.

Si quæras, de puero? Reſpondeo, quòd erat vnus ex Diſcipulis Ieſu.

Tunc Chriſtus dixit, facite homines diſcumbere (erat enim fœnũ multũ in loco.) Et diſcubuerunt uiri quinquè millia. Si quæris de fœno illo. Reſpondet Ioſeph. quod erat illa herba matura, quæ nata erat ſuper montem. Sed notandum ꝙ de maſculis tantum facit mentionẽ, quia ut dicit Theoph. ſecundum modum hebraicum, quando numerabant populos, vt patet in lege numerabantur tantum uiri a 20. annis, & ſupra, demptis mulieribus, & pueris, & ſic erant plus quam quinquè millia. Theoph. Theoph. num 1.

Accepit ergo Ieſus panes, & cum gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus &c. Quare autem acceperit panes in ſuis manibus; Reſpondeo, ut populi uiderent in eius manibus illos panes multiplicari, & ſic non poſſent negare miraculum. Si dicas, ſi Chriſtus erat Deus quare ergo egit grãs Deo? Reſpondeo, propter duo, primo, ut doceret nos referre gratias Deo de beneficijs acceptis, Secundo ut oſtenderet, quòd multis modis miracula faciebat. Primo Imperando ut in Socru Simonis, quando imperauit febri. Secundo tangendo, quando ſingulis manus imponens &c. Tertio orando, ſicut hodie. Luc. 4.

Vt ergo impleti fuiſſent dixit diſcipulis colligite, quæ ſuperfuerunt fragmenta ne pereant, collegerunt ergo, & impleuerunt, duodecim cophinos. Quare autem hoc Chriſtus dixit? Reſpondet Chryſ. propter tria, primo ne charitas Dei periret ſecundo ne uideretur res phantaſtica, tertio ut præſentes portarent abſentibus de fragmentis, in ſignum miraculi. Chry.

Si quæras de cophinis. Reſpondet Rabanus, ꝙ eſt vas uimineum, ꝙ eſt credendum, quia uenientes, ſequentes Chriſtum illos ſecum portauerunt, cũ cibis neceſſarijs ad comedendum &c. Cum ergo uidiſſent homines ſignum, dixerunt, quia hic eſt uerè Propheta, qui uenturus eſt &c. Si dicas, quare vocauerunt illum Prophetam? Reſpõdeo, Raban. Deu. 18.

deo, quia in lege ſcriptum eſt, Propheta ſuſcitabit Deus de fratribus veſtris, & quia Chriſtus fuit promiſſus in lege, ut Propheta, quaſi uellent inferre, hic eſt ille Procheta, qui promiſſus eſt in lege. &c. Notandum moraliter, ꝙ illi quinque panes, & duo piſces habet ſignificationem.

Ma. 6. Primus panis eſt corporalis, quo nutriti ſumus, ibi, panem noſtrum quotidianum &c.

Pſ. 41. Secundus eſt panis pœnitentialis, ſcilicet confeſsio, Dauid, fuerunt mihi lacrymæ, panes. &c.

Io. 6. Tertius panis, eſt ſacramentalis, ſcilicet corpus Chriſti hic eſt panis, qui qui de cœlo &c.

Quartus panis, eſt doctrinalis, ſcilicet verbum Dei, non in ſolo pane uiuit homo.

Ma. 4. Lu. 14. Quintus panis, eſt cœleſtis Beatus uir qui manducat panem in regno cęlorum. Duo piſces ſunt intellectus, & voluntas, primus, ſcilicet ad intelligendum illos quinque panes, & ſecundus ad uolendum illos. Puer ille, quaſi purus ſine peccato, & hic eſt Chriſtus in monte, ſcilicet caluariæ, habens quinque panes, ſcilicet quinq; plagas aſperas, duos piſces habebat, ſcilicet duas naturas, diuinam, ſcilicet & humanã ſatiauit omnes, ideſt pro omnibus ſatisfecit. Impleruni duodecim cophinos, hoc eſt, quod Apoſtoli duodecim fuerunt pleni Spiritu ſancto.

Primum documẽtum. Pericula ſpiritualia, & temporalia quaſi à facie colubri ſunt fugienda, exemplo Chriſti, qui ex Hieroſolymis (locum dando inimicis) verſus Galileam.

Secundum documẽtum ſequi Chriſtum bona fide debemus, & non inimicis eccleſiæ credere, cariſsimi, nolite omni Spiritui credere, quoniam multi pſeudo prophetæ exierunt in mundũ, ibi, ſequebatur.

Tertium. Debemus, benedicere mẽſam, & gratias Deo agere. Exemplo Chriſti. ꝯtra ingratos Chriſtianos. &c.

Quartum. ſicut Chriſtus, hodie præcepit diſcipulis vt facerent homines diſcumbere, ſic hodie figuratiuè præcipit curatoribus animarum, ut faciant diſcumbere pœnitentes ad confeſsionem. De qua (ut promiſsimus.) tractabimus puinque nuncta.

Primum punctum, eſt quid ſit Confeſsio.

Secundum. An pœnitens debeat quamcunque pęnitentiam acceptare.

Tertium. An pœnitentia recidiuantis ſit ſatis factoria.

Quartum. An non uolens abſtinere à peccato, ſatisfaciat.

Quintum. Quare confeſsio debeat citò fieri.

Ad primum ſicethimologicè dicamus, quòd confeſsio dicitur à con, ꝙ eſt ſimul, & faſsio, à faris uel fare fatur, quaſi ſimul manifeſtatio, ſcilicet vnius alter &c.

Si definitiuè? Reſpondeo, eccleſia dicit, confeſsio eſt coram ſacerdote iuriſdictionem habente omnium peccatorum ſuorum legitima manifeſtatio. Prima particula dicitur, coram ſacerdote, quia ſolus ſacerdos debet audire peccata pęnitentium in confeſsione ſacramentali &c. Secunda dicitur iuriſdictionem habente, quod non ſchiſmaticus, nec excõmunicatus ſit. Tertia dicitur legitima, propter legẽ Chriſti

Alia definitio, Confeſsio eſt propalatio, per quam morbus latens ſpe ueniæ aperitur.

De morbo latente dicendum, quod ſicut corpus habet peſtem materialẽ, ita anima habet peſtem ſpiritualem, ideſt peccatum. Dicitur, ſpe ueniæ, quia quacũque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum ſuarum non recordabor. Eze. 6. 18.

Sed notandum, quòd confeſsio habet ſex ramos, ſcilicet. Quis, Quid, Quod cui, Quando, Qualiter, de primo quis debet confiteri? Reſpondeo adultus, ſcilicet habens vſum rationis, & cognoſcitur, quando diſcernit bonũ S. e. diſt

à ma-

a malo, ꝙ autē teneatur, probatur duplici rone, prima rō Philoſoph. i lib. de propriet. cauſ. dicit, qñcūq; ſunt duæ vel plures cāæ, neceſſariò côcurrētes ad vnū effectū, deficiēte vna cā, deficit & effectus. Exēplū de gñatiōe filii, qa ibi Deus, Pater, & mater concurrūt ad eē filij Sed ad gratiā Dei acqrēda tria côcurrunt. ſ. Deus q eſt cā efficiēs ſola, Paſsio Chriſti ſatisfactoria, & pcōr côtritus de peccatis, q̄ cōtritio exprimitur i côfeſſione, primæ duæ ſp ſūt paratæ, tertia verò reſtat, ergo ſi adultus vult Dei gratiā, dēt exprimere côtritionē i côfeſsione. Alia rō ex ſcriptura, p q̄ peccauerit hō, p hæc punietur ſed hō offendit Deum, corde, ore, & ope. Ergo ad illa tria tenetur. ſ. in corde p côtritionē, i ore, p côfeſsionē, i ope p ſatisfactionē. Vñ Paulus. n. creditur ad iuſtitiam, ore autē fit confeſsio ad ſalutē. Vñ eccleſia p côciliū Lateran. dicit. Oīs vtriuſque ſexus cū ad ānos diſcretiōis puenerit, tenetur ſaltē ſemel i āno ꝓprio ſacerdoti côteri pcā ſua; & in iūctam ſibi pęnitētiā totis virib. ſtudeat adimplere, ergo adultus tenetur, ſi vuult ſaluari Scd's ramus ē, qd dēt confiteri adultus. Rñdeo ꝓpria pcā, & nō aliena, vt ſolēt aliqui, q ſp incipiūt a peccato aliorū, &c Si dicas qd agēdū qñ nō pôt côfiteri ſine diffamatione alterius, puta qa frater, cū ſorore &c. Reſpôdeo, ꝙ oportet eligere côfeſſorē q ſi cognoſcat illos, niſi ſit i articulo mortis, qa magis ꝓpriā aiam, q̄ famā alteri' diligere, & magnificare dēm'.

Si qras an venialia dēnt côfiteri, dico ꝙ licet aliq dicāt, qñ nō ſunt mortalia oportet confiteri venialia, tñ dicendū eſt, ꝙ nō de neceſsitate, qa venialia ſtāt cū charitate. Itē cū aqua ſācta, vel bñone Sacerdotis, vel ſigno crucis lauātur. Ideo dr̄ veniale pcm̄, qa cito venit, & cito vadit, vel qa dignū ē venia. Si tertio qras, an nō hñs pcā teneatur ad côfeſsionē, prima opinio dicit ꝙ tenetur ſe pñtare pp p̄ceptū eccleſiæ, ſcd'a opinio dicit, qd nō, qa eccleſia nō obligat niſi pcōrē. Imo dico, ꝙ ſi Virgo Maria eēt i hoc mūdo, & pñtaret ſe côfeſſori male faceret, qa ſcādalū eēt vidētib. tertia opinio, q côiter tenetur, eſt ꝙ in tali cāſu dēt ſe pñtari eccleſia, & ſacerdoti, & dicere pr̄ nō credo me peccaſſe tñ pp reuerētiam eccleſiæ pñto me tibi &c. Sed qs eſt hic, & laudabim' illū? Tertius Ramus, ꝙ pcm̄ dēt confiteri? Rñdeo oē pcm̄, ꝙ hēt in memoria, p̄miſſo diligēti examine, ſ. ſi cognouit ſe obſeruaſſe decē præcepta, erraſſe in duodecim articulis fidei, & in ſeptē peccatis mortalib. in quinq; ſenſibus corporis. &c. Exemplū de Procuratore & villico, qui redditurus rōnē adminiſtrationis die, noctuq; tātis vigiliis libros examinat, bis, terq; quaterq; &c. Ergo a fortiori debet examinare anima de tantis blaſphemiis, furtis, adulteriis. &c.

Quartus ramus, cui dēt côfiteri? Sacerdoti auctoritatem hñti. Notandū. ad iuriſdōnē ſacerdotis facit, ꝙ character i aia ſit impreſsus p ſuſceptionem ordinis, qui dat Sacerdoti triplicem ptātem Primā ligādi, & abſoluēdi a peccato, & hęc vocatur clauis auctoritatis, dūmmō ſit catholicus, & nō excōicatus. Scd'a dat ptātē ſciēdi, & diſcernēdi inter leprā, & leprā, & hæc vocatur clauis ſcientiæ, & diſcretionis, & hāc etiā ignorātes recipiunt. licet posſint errare in uſu. Has duas claues Chriſtus Deus promiſit Petro, qñ dixit illi, Tibi dabo claues regni cęlorum: quas poſtea dedit ei, qñ dixit; Accipite Spm̄ Sāctū, quorū remiſeritis pcā &c. Tertia dat poteſtatem conficiendi verū corpus Chriſti. Accipite, & comedite hoc eſt corpus meū. Ad poteſtatē ligandi, vel ſoluendi oportet, ꝙ ſacerdos hēat iuriſdōnem in ſubditum, & e contra, quia eccleſia dicit quod ſnia a non ſuo iudice lata, nulla eſt, hāc auctoritatem confitendi, primo Papa habet, ſecundo Epiſcopus i ſua dioceſi, tertio Parochialis ſeu curiō in ſua parochia, quarto Mēdicātes ex priuilegiis Apſicis, dūmodo admittatur prius ab ordina-

Marginal notes: Aris. — Sap 11. — Ro. 10 — De pe & re. ca. omnis vtriuſque ſex. — Bona. in 4. — Sco. 12 d. 21. — S o. in c. d. 17. — In clem. de ſepul. c. dudū.

dinario,& ibi etiam habetur, ꝙ oues debent petere licentiam a ſuo paſtore, & ſi nõ obtẽta,& ex indulto Apoſtolico olim poterant confiteri vnde pp hoc conſueuerant curatores in principio Quadrageſimæ publicè ſuis ouibus licentiã dare, ſed per cõciliũ Seſſ. 23. c.13. Tridentinum decretum eſt; vt mendicantes non poſsint abſoluere niſi ab ordinariis admiſsi fuerint.

Quintò, Ad poteſtatem diſcernẽdi inter leprã,& lepram,fortaſsis aliqs quæreret, an ſacerdos ignarus abſoluat?R̃ſideo;aut eſt ignorãtia craſsa, orta ex negligẽtia, cuius cã tẽtat ſoluere quod non poteſt & ſic dico q̃d nõ:quia Auguſtinus Iniuſta vincula ſoluit diuina iuſtitia, aut ignorãtia ẽ eſt inuincibilis qa ſacerdos ſufficiẽs fecit oẽm diligentiã,& ſm ſuam conſcientiã iudicat,& ſic abſoluit. Vnde Archid. notãdũ, ꝙ ſacerdos ignarus in tribus caſib. poteſt audire confeſsionẽ. Primò in articulo mortis, in abſentia tñ ſufficientis,ſecũdò pueros.tertiò põt audire cõfeſsionẽm uiri docti (in caſu tamẽ) ꝙ ſciat illũ inſtruere de pęnitentia, ſed ſi doctus meliorẽ confeſſorẽ inueniat,non debet ignarus.&c.

Bo in 4. Quintus ramus, qñ debet cõfiteri? R̃ndeo ordinariè oi anno,ut ſupra dictum eſt. Extra ordinariæ uerò,in omni periculo infirmitatis, peregrinationis,& huiuſmodi.

Sextus Ramus, qualiter dẽat cõfiteri? R̃ndeo trib⁹ circũſtãtijs. ſ. dolore ꝓpoſito,& obediẽtia (qb⁹ bñ declaratis,)q̃ritur an cõfitẽs peccata ſua ſine dolore ſit abſolutus?R̃ndeo ꝙ nõ,qa dolor eſt principalis in pnia. Et ſi dicas nõ hẽo dolorẽ de peccatis meis. R̃ndeo,ꝙ oportet te dolere ꝙ nõ doleas. Exẽplũ de matre illorũ triũ filiorũ.S.Pe.Lõbardi,Gratiani,& Magiſtri hiſtoriarũ ſcolaſticarũ qui dictus fuit Comeſtor eo quod eſſet librorũ helluo,qui fuerunt omnes ſpurij &c.

Quę dolebat nõ poſſe ſe dolere de eo crimine,cuius occaſione,tãti uiri, Alex. 4 par. tam utiles eccleſiæ Dei, prodierint.

Ad ſecundũ aliq dixerũt,ꝙ ex quo Xp̃ianus uel pęnitens eſt membrũ eccleſiæ, iõ debet acceptare quãcunq; pęnitentiã, etiã ſi eſset pluſquã mereretur,dummodo poſsibilis ſactu.

Aliqui autẽ dixerunt, aut eſt rõnabilis,aut non,ſi primum,debet acceptare Si ſecundum non debet.&c. Ric. 11. d. 18 q. 3 ar 1. Sco in 4. d 14.

Aliqui aũt cõfirmantes ut ſupra de rõnabili pnia,addũt corolariũ.Quòd ſi qs pęnitens nullo mõ uellet illa facere pniam in hoc mundo,ſed in Purgatorio,ꝙ talis nil minus eſt abſoluẽdus.Nec peccat mortaliter, qa eccleſia obligat ad pniam,ſed nõ magis in hoc mundo,q̃ in Purgatorio, ueruntamen confeſſor debet prius admonere pœnitentem declarando ei pœnas purgatorij, tñ ſi ſic vult,ſic heat. Sco.

Si q̃ras, an faciẽs pniam in hoc mũdo impoſitã à cõfeſsore nunquid iterũ eã faciat i purgatorio?R̃ndeo, aut facit illã pniam in hoc mũdo tepidè, & nõ multũ cõtritè, aut maxima charitate,ſi primũ dico, ꝙ aliqualiter ſatisfecit in hoc mũdo;reſiduũ uerò reſeruatur in purgatorio. Si aũt ſecũdũ Sco. ſicut Magdalena,dico,ꝙ adeò ſatisfacit in hoc mũdo, ꝙ nõ in alio. Rõ qa pęna debita non relaxatur, niſi æqualẽs ſoluatur. Ad confirmationẽ cuius rõnis,pono caſũ, ꝙ aia pœnitentis ꝑ pniam ſibi à ſuo cofeſsore iniũctã ſit obligata i purgatorio in 100.gradib⁹ pęnæ pp grauitatẽ ſuorũ peccatorũ. Certũ eſt,ꝙ ſi peccator vult ſatisfacere & liberare aiam ſuã,oportet, ꝙ in ſua pnia faciat, uel acqrat centũ gradus meriti ſatisfactorij ad hoc ut poſſit expiare illos centũ gradus pęnæ.Si aũt in pnia nõ æquiualẽt:dico, ꝙ partim ſatiſfacit,& reſiduũ reſeruatur in purgatorio,ſed quia pęnitentes (generaliter loquendo) ſunt pigri in ſatiſfaciẽdo.Igitur nec mirũ ſi purgatorio ſunt tot aiæ obligatæ tã mortuorum,q̃ uiuentiũ. Nec uideo remediũ illas liberandi, niſi uno ẽ tribus iſtis modis, uidelicet, aut ꝙ (Deo inſpirante) pęnitentes habeant æquiualẽtem contritionem,& faciant dignam pęnitentiam, ad ſoluendas animas, dum ſunt in hoc mundo, ſicut Magdalena,quæ adeo hic ſatiſfecit, ꝙ nihil reman-

remanſit dignum purgatione. Aut, ꝙ poſt mortem animæ maneant tanto tempore in purgatorio, quòd ſatiſfaciant: aut quòd liberentur uirtute Indulgentiarum, quia indulgentia, eſt pęnæ relaxatio; uirtute ſacrificij altaris & aliorum ſuffragiorum uiuentiũ.

Ad tertium Reſpondeo, aut recidiuãs in confeſsione ſua facta habet propoſitum recidiuandi, aut non, ſi primum neque confeſsio, neque abſolutio, nec pœnitentia ualet, quia ibi non eſt principalis pars poſt pęnitentiæ .ſ. dolor, & contritio. Si ſecundum, ſcilicet ſi nõ habet propoſitum reciuiuandi, tunc, ſi propter fragilitatẽ poſtea cadit in peccatum, dico quod illa pęnitentia fuit ſatisfactoria, pro illo tunc, quando illã fecit, ſcilicet antequam recidiuaret, & iſta ſunt bona mortificata, quæ reuiuiſcunt per nouam pęnitentiam.

Ad Quartum Reſpondeo, aut peccator non eſt attritus, & dolens de illis peccatis, in quibus inuenitur quando facit pęnitentiam, aut eſt attritus. Si primum, dico quod non ſatisfecit, ſed dãnatus eſt, quia ſine contritione & dolore. Si ſecundum dico, quod ille dolor, illa contritio, uel illæ lachrymæ extinguunt mortalitatem peccati, & non eſt amplius mortale, & ſic ſatisfacit. Si dicas, quare contritio extinguit mortem peccati? Reſpondeo, quòd licet peccatum mortale conſiſtat in tribus, ſcilicet cogitatione, delectatione, & operatione mala, tamen mortalitas, & grauitas peccati conſiſtit in delectatione. Si ergo uis extinguere illam mortalitatem peccati, oportet accipere oppoſitum illius delectationis, ſcilicet dolorem, vel contritionẽ, & ſic extincta eſt mortalitas peccati. Si autem dicas, ſi non ſum in peccato mortali, nolo confiteri. Reſpondeo, quod illa mortalitas peccati extinguitur per contritionem, & dolorem præſuppoſita uera totali pęnitentia in peccatore, quæ conſiſtit in contritione, confeſsione ſatisfactione.

Si ultimo quæras, quare iſtæ tres dicantur partes ueræ pęnitentiæ. Reſpõdeo, quia contritio extinguit mortalitatem peccati; confeſsio abſoluit à peccato; ſatisfactio liberat pœnitentem à pęna purgatorij &c.

Corrolarium, omnes uerè pęnitentes, & contriti; ſunt ſine peccato mortali, præſuppoſita totali pęna quæ ei remanet ſoluenda. Et ſic opera ſpiritualia facta, ſunt meritoria.

Ad quintum Reſpondeo, quia peccator eſt aggrauatus ſeptem febribus, & male torquetur.

Prima febris continua, & quæ nunquam ceſſat, eſt peccatum auaritiæ, quæ habet ſimoniam ſpiritualium, rapinam, calumniam aduocatorum, uſuram ciuium, & fraudes uendentium, in ſua ſocietate. Diſcurre &c.

Secunda febris eſt quotidiana, quæ quotidie uadit, & quotidie uenit, & hæc eſt peccatum gulæ, & hic dicendũ eſt cõtra guloſos, qui ſemper dapibus uentrem implere ſtudent.

Tertia febris eſt tertiana, quæ ſcilicet impedit tertiam partem pęnitentiæ, & vocatur Accidia, quia peccator eſt piger in ſatisfaciendo. &c.

Quarta dicitur quartana febris, quę eſt ſuperbia, & eſt peſsima, quia initiũ omnis peccati, eſt ſuperbia &c. Eccl. 10.

Quinta eſt, uel dicitur effimera, à piſce, qui eodem die quo naſcitur, moritur, hoc eſt peccatum ire, quæ deberet immediatè mori, dic contra Iracũdos partiales. Diſcurre.

Sexta eſt erratica, quę non ſeruat ordinem, hoc eſt peccatum luxuriæ, & hic multa dicenda ſunt.

Septima eſt ethica, & iſta conſiſtit in oſsibus, hoc eſt peccatum Inuidiæ. &c. Ergo quia peccatores ſunt infirmi debent ire ad cõfeſsiones, nec mirum. Si Chriſtus exclamat ò Domini ſacerdotes facite homines diſcumbere, ut gratiam in hoc mundo, & gloriam in alio conſequantur. Hic diſcurrendum eſt repræhendendo. Amen.

Eiecit

EIECIT OMNES EMENTES, ET VENDENTES de templo Ioan. 2.

Conſueuit ille qui inimicum ſuum fugare vult, habitaculum ſui inimici deſtruere, quo deſtructo, & carente inimico habitaculo, hinc inde uagando, recedit tandem.

Spiritualiter. Volens Chriſtianus fugare dæmonem inimicum ſuum, debet deſtruere (mediante confeſsione) habitaculum dæmonis, quæ expulſio dæmonis, figurata eſt apud Danielem quando prius deſtruxit idolum, & poſtea draconem latentem ſub idolo, ſic debet Chriſtianus deſtruere peccatum per confeſsionem, & ſerpentem, ſcilicet Diabolum fugare. De qua confeſsione erit hodie quoque ſermo noſter conformiter cum Euang. Dan. 14.

INTRODVCTIO EVANGELII.

Diſputatur an beneficiatus ingratus ſuo benefactori, ſit ſemper in peccato mortali. Reſpondeo, quod talis ingratitudo, uel oritur per obliuionem, uel per malam voluntatem. Si primo diſtinguo, uel obliuio eſt ſimplex, ſcilicet propter extranea impedimenta, & ſic eſt ueniale, uel eſt malitioſa, & ſic eſt mortale.

Si ſecundo, ſcilicet quando non ſolum beneficium non recognoſcitur, ſed beneficiatus agit contra uoluntatem benefactoris, qui dedit ſibi beneficium, & hoc eſt mortale. Exemplum eſt hodie de ingratis ſacerdotibus templi, quia Deum non recognoſcebant. Vnde uideamus textum.

Propè erat paſcha Iudæorũ, & aſcẽdit Ieſus Hieroſolymã. Propter duo Chriſtus iuit in Hieruſalem, primo ne apud Iudæos putaretur tranſgreſſor legis, ſecundo ut ex hoc confunderẽtur Manichei dicentes, quod uetus teſtamentum fuit ordinatum à Diabolo, quod eſt falſum, quia Chriſtus illud non obſeruaſſet. Si dicas heri habuimus quòd non iuit ad feſtum paſchæ, ſed cum diſcipulis in montem ſe ſe contulit. Reſpondeo quod Chriſtus poſt baptiſmum uixit tres annos, & ſic fuerunt tria paſchata, primo paſchati ipſe interfuit, ſicut hodie, ſecundo paſchati non interfuit, ſicut heri habuimus, propter inimicitias capitales. tertio autem ſic, ubi mortuus eſt.

Inuenit in templo oues, & boues, & columbas, & nummularios ſedẽtes.

Cum templũ eſſet in quatuor partes diſtinctum. ſ. Sanctum Sanctorum, ubi erat archa teſtamenti, & duo Cherubim. Sanctum, ubi erat altare ad offerendum ſacrificia. Atrium templi, in quo leuitæ ſtabant, & Platea templi. Quæritur in quam partem tẽpli Chriſtus ingreſſus eſt? Reſpondeo non in Sancta ſanctorum ubi erat altare Thymiamatis, & candelabrũ, nec in atriũ ſacerdotum in quo erat altare holocauſtorum; ſed in atrium templi, ubi homines orabãt, & doctores docebãt ubi etiam uendebantur ea, quę in templo offerebantur. Lyranus ſuper Io.

Quæritur quare in tẽplo erant iſta animalia, & nummularij? Reſpondeo, ut dictum eſt alias, quod tanta erat auaritia ſacerdotum, quod omnibus modis ſtudebant excoriare populos; Ideo permittebant animalia uendi a ſuis famulis, terque quaterque, & ultra hoc, ne populus ſe excuſaret ſibi pecuniam deeſſe, nummularij aderant, eam mutuo

religi non ſolum quantum ad ſcientiã diuinam, Sed etiam quantum ad ſciẽtiam eius animæ, quã habet in verbo.

Primum documentum ; Non debemus pati iniuriam fieri Deo exemplum dat nobis Chriſtus hodie, nolẽs, quòd templũ Dei ſit ſtabulum aĩaliũ.

Secundum documentum, Paſsionẽ Chriſti, & reſurrectionem ipſe ſæpe nobis commemorat, ut cognoſcamus quanta difficultate redempti ſumus, ibi ſoluite templum. &c.

Tertiũ documẽtũ. Dẽmus cautiores eſſe q̃a Deus eſt vbiq; & videt ſecreta (tam ad intra, quàm ad extra) hominum, ibi ſciebat.n.q̃d eſſet in homine.

Quartum documentum. Sicut Chriſtus eiecit à templò illa animalia, ſic & nos confeſsionibus noſtris debemus eijcere animabus noſtris peccata de qua cõfeſsione nonnulla dicemus.

Primò. An confitentes in lege naturæ, & ſcripturæ eſſent ſalui.

Secundò. Quare confeſsio in lege gratiæ eſt neceſſaria.

Tertiò. An confeſsio ſit neceſſaria immediatè poſt peccatum.

Quartò. An cõfitentes ſint ad charitate. An primum. Reſp. ꝙ confeſsio eſt duplex. ſ. mentalis, & uocalis, de prima dico, ꝙ erat neceſſaria in lege naturæ, & ſcripta, & ſine illa non erant ſalui, nam i prima lege. ſ. naturę habetur Adã vbi es? ò Caim ubi eſt frater tuus Abel? &c. Secundo in lege ſcripturæ Propter peccata affligentur, donec cõfiteantur, ait dominus, loquens de populis peccantibus contra legem, & ipſum Moyſem.

Sco in 4. di. 17. q. 7.

Gen. 3.

Leuit. 26

Secunda confeſsio dicitur Vocalis, & iſta non fiebat in lege naturæ, nec in lege ſcripta, ſed in lege gratiæ, & ſi dicas ubi apparet Chriſtum eam inſtituiſſe? Reſpondeo. Non ſub illo verbo, tibi dabo claues regni cęlorum, ut quidam dicunt. Sed in duobus locis inuenitur fundamentum confeſsionis ordinatum à Chriſto, primo Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata remiſſa ſint, & quorum retinueritis, retenta ſint. Secundò Dilige dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima &c.

Sco. Mat 16.

Ioan. 20.

Quod autem hoc ſit verum probatur. Quotieſcunq; omiſeris gratiã Dei, teneris illam recuperare ſub pęna peccati mortalis : probatur, quia phariſæi ad Chriſtum dicentibus Magiſter quod eſt maius præceptum in lege? Reſpondit Math. Dilige dominum Deum tuum &c. Sed iſtam gratiam non potes habere niſi mediante Sacerdote, probatur, quia Chriſtus dixit. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, &c.

Mat 22

Ioan. 20

Ergo oportet ire ad Sacerdotẽ. Modo iſte Sacerdos, quia non eſt Deus, non iudicat de ignotis, ſed ſolum de manifeſtis, & cognitis ergo oportet, quod tu dicas ipſi Sacerdoti, quomodo perdidiſti illam gratiam, quam quęris recuperare, ut inde ipſe autoritate Chriſti te ab ſoluat, & coram eccleſia & ea q̃ ſibi a Chriſto tradita e ſt poteſtate declaret te abſolutum, & reintegratum in gratiam.

Sed iſta narratio nil aliud eſt niſi cõfeſsio, ergo confeſsio hæc vocalis, eſt eſt neceſſaria.

Si dicas concedo, quòd, Chriſtus dedit auctoritatem remittendi peccata Apoſtolis, ſed non inuenio confeſsionem Vocalem ordinatam à Chriſto? Reſpondeo, quòd ille Sacerdos non poteſt remittere peccatum tibi, niſi loquaris, & niſi dicas, quomodo perdidiſti gratiam, & vt cognoſcat anſis in gratia an non, an ſit peccatum mortale, quo perditur gratia Dei, an ſit veniale, quo nõ perditur gratia Dei, quæ locutio eſt confeſsio Vocalis neceſſaria. Ideo Pau. ore aũt fit confeſsio &c. Ro. 10.

Si dicas Chriſtus dixit Magdalenæ, Vade, & noli amplius peccare ergo ſimiliter Sacerdos, ſinè alia confeſsione Vocali, & diſtincta, deberet dicere. Reſpõdeo dupliciter, primò Chriſt⁹ erat deus, & cognouit peccata Magdalenę Luc. 7.

ſacerdos autem non, ſecundo ante reſurrectionem Chriſti ſacramentum cõfeſsionis non erat inſtitutũ. Ergo Magdalena non debebat confiteri.

Ad ſecundum R̃ndeo, propter tres rõnes rõne iuſtitiæ, ratione humilitatis, ratione cognitionis; ratione iuſtitiæ, confeſsio eſt neceſſaria, quòd exẽ-
Sco in 4. d. 17. q. 3. plo declaratur, certum eſt quòd quilibet reus debet iudicari, ſed nullus debet eſſe iudex in cauſa propria; ergo reus debet iudicari ab alio, ſed iſte alius, qui habet iudicare non poteſt iudicare reum, niſi reus accuſetur, & iſta accuſatio non poteſt fieri, niſi per reũ, quia peccatum eſt occultũ; ergo oportet, quod reus accuſet ſe ipſum, & hoc ſecretè propter conſeruationem famę. Sed iſta accuſatio ſecreta propter conſeruationem famæ, & propter puniſtionem peccati, nil aliud eſt, niſi confeſsio Vocalis. Ergo eſt neceſſaria. Si dicas. Petrus peccauit negando Chriſtum, fleuit tantum, nec confeſſus eſt, & tamen ſaluus eſt; & ſimiliter de Magdalena poſſumus ita dicere. Reſpondeo, quòd Petrus quando negauit Chriſtũ, tunc ſacramentum confeſsionis non dum erat inſtitutum, ſed inſtitutio fuit
Io. 20. poſt reſurrectionem Chriſti, ibi Accipite. Spiritum Sanctum &c. Ideo Petrus non debuit confiteri peccata ſua; ſimiliter dicendum de Magdalena, & ſi dicas debebant confiteri poſt inſtitutionẽ confeſsionis. Negatur; quia Chriſtus in paſsione ſua, nõ ſolum pro peccatis Petri, ſed pro omnibus ſatisfecit. Ratione humilitatis; quia ſuperbis
Iac 4. Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiã Volens, ergo Chriſtus Chriſtianos ſuos hr̃e grãm Dei, uoluit illos humi-
1 Pe. 5. les fieri, & ꝙ ſe humiliarẽt Sacerdotib. Vñ Apoſtolus dixit humiliamini ſub manu potenti Dei. Si aũt quæras, quod officium habet Chriſtus in confeſsione, & quod ſacerdos; Reſpondeo Chriſtus, primo abſoluit, & dat gratiam; ſacerdos verò inſtrumentaliter & miniſtratiuè abſoluit & declarat te coram eccleſia abſolutum, & in gratiam reintegratum. Ideo in confeſsione dicit. Confiteor Deo, ſcilicet primo & tibi patri, ſcilicet ſecundo, & ſacerdos dicit, Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego eius uicarius, & inſtrumentaliter abſoluo & declaro te abſolutum, & in gratiam reintegratum. Exẽ- Sancte.
plum de pictore, nam Pictor eſt ille, qui principaliter facit figuram, nõ autem penicillus; & ſi dicas etiam penicillus. Reſpondeo verum eſt inſtrumentaliter, non autem principaliter, Ideo bene dicit Apoſtolus, *Humiliamini ſub potenti &c. De Re. in.

Ratione cognitionis. Nam venia nõ datur, niſi correcto, & niſi illi, qui ſuũ agnouit peccatũ, ergo ſi peccator vult veniam, oportet, quòd agnoſcat per confeſsionem peccatã ſua, hoc autem Mat 8
docet Chriſtus de leproſo procurante ſalutem, cui Chriſtus, vade, & oſtende te ſacerdoti.

Ad Tertium, aliqui dicunt, ꝙ quo- Arch de pe. d. 3 c. ille Rex.
tieſcunque peccator peccauerit tenetur ſtatim recuperare gratiam Dei, & dant exemplum de infirmo, qui ſtatim pro ſalute corporis procurat ſanitatẽ, vocat medicum. Ergo à fortiori, ſanitas ſpiritualis eſt procuranda. Aliqui autem dicunt, quòd Chriſtianorum ſunt tres ſtatus. Primi ſunt Clerici ſecula- Bona. in 4. d. 17.
res, de quibus dicunt; quia ſunt adminiſtratores ſacramentorum, animarum curati, debent confiteri immediatè. i. cum ſacramenta adminiſtrare habent Secundi ſunt Religioſi clauſtrales, & quia tota uita eorum eſt pœnitentia, ideo dicunt, quòd ſine aliqua repugnãtia etiam ſi celebrare non habent Tertij ſunt Laici, & hoc dupliciter, ſi ordinariè intelligitur, dico, ꝙ ſat eſt, ſemel in anno, & ſi extra ordinariè, dico ꝙ toties. quoties fuerit neceſſe, ut ſupra &c.

Aliqui diſtingunt de Confeſsione, Sco. ut ſupra.
vel in actu, uel in propoſito, prima non ſemper, propter extranea impedimenta, ſecunda uerò ſemper, quia cõtinuè debet peccator propoſitũ cõfitẽdi hr̃e.

Et

Et ſi quæras an cõfeſsio ſit reiterãdi Reſpondeo, q; ſic in quatuor caſibus. Primò ſi pęnitens cognouit confeſſorẽ ignarum, ita vt abſoluerit de quibus non poterat ob ignorantiam, ſecundo ſi confeſſor eſſet excommunicatus. Ex parte uero pęnitentis, primo ſi oblitus eſt peccata per malitiam ſecundo ſi oblitus eſt pęnitentiam, ideſt eam non egerit.

Greg. Ad quartum Reſpondet Grego. In Homilia. Nihil uiriditatis habet ille ramus boni operis, niſi manſerit in radice Charitatis. Sed confeſsio eſt opus bonum. Ergo cum charitate. Si dicas, quomodo in charitate ſum, quia non ſum abſolutus? Reſpondeo, quòd antequam peccator vadat ad confeſsionem, debet habere dolorem, & animi angorem. Quibus habitis, ſequitur charitas, & gratia. Si dicas ſi ſum in gratia,
S.. in 4. d. 17. nolo confiteri? Reſpondeo, quod illa gratia, & charitas datur, præſuppoſita totali pęnitentia in voto, ſcilicet contritione, confeſsione, & ſatisfactione.

Quæritur vltimo; Vnde eſt, quod peccatores adeo ſunt negligentes ad confeſsionem? Reſpondeo, quia in eis non eſt contritio, quæ eſt principalis pars pœnitentiæ. Quia in eis non eſt gratia Dei. Quia propter peccata confederati ſunt cum Diabolo. Quia in eis non eſt charitas, non amantes Deum, nec propriam ſalutem. Et quia ingrati ſunt Deo qui dedit illis animas, & eas magis Diabolo, quàm Deo reddere volunt, & volunt facere, ſicut ſacerdotes Hieruſalem ingrati de beneficio templi, & cura ſpirituali. Sicut ergo Chriſtus liberauit templum ab illis animalibus; ſic & vos ſanctis confeſsionibus exuere animas veſtras peccatis debetis, vt gratiã in iſto, & gloriam in alio ſeculo vobis tribuat Deus. Amen.

NOLITE IVDICARE SECVNDVM faciem Io c. 7.

POſtquàm infelix natura humana inuoluta eſt in miſerabili peccatorum ſeruitute, & poſt quam ſenſualitas rationi repugnat ob defectum primorum parentum. anima rationalis non poteſt habere cognitionem unius rei Philoſo.
ſine ſenſibus exterioribus. Vnde Philoſophus omnis noſtra cognitio habet poſt. 2
ortum à ſenſu, & nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu, & ideo & 2. de anima
non eſt mirum ſi creatura rationalis uolens cognoſcere, rem ſine illis ſenſibus, iudicat temerariè, contra quos temerariè iudicãtes Chriſtus hodie exclamat. De quo Iudicio temerario cum Euangelio uerba faciemus.

INTRODVCTIO EVANGELII.

DIſputatur inter Doctores ad quid teneatur homicida. Reſpõdeo, quòd in foro cõſcientiæ tenetur in quatuor, primo exponere vitam corporalem pro defuncto, ſi eſſet neceſſe, ſecundo adimplere omnia vota defuncti, ſicut ipſe, ſi uixiſſet, adimpleuiſſet, tertio vel uirtute Peregrinationum, vel Indulgentiarum liberare animam illius defuncti, Quarto tenetur ſubuenire familiæ defuncti in ſuis neceſsitatibus arbitrio boni uiri. Ideo Chriſtus hodie dicit, quid me quæritis interficere? quaſi dicat, uos neſcitis

ſcitis pœnam tanti peccati, Quod autem hoc ſit verum videamus (more noſtro) textum. Iam die feſto mediãte aſcendit Ieſus in templum, & docebat, eos. &c. Quæritur, quòd feſtũ erat iſtud? Reſpondeo, quod erat feſtũ ſcenophegiæ, ideſt tabernaculorum, à ſcenos, quòd eſt vmbraculum, & fag
Lev.23. in, quòd eſt comedere, quia comededebant ſeptem diebus in vmbraculis; & hoc feſtum. 18. Septembris celebrabant, Chriſtus non in principio feſti, quod durabat per ſepte dies, ſed i me
Aug. dio iuit, & (vt dicit Auguſt.) docebat eos. i. adducebat omnes Prophetias, & ſcripturas probans ſe eſſe verum Meſſiam. Quæritur quare Chriſtus potius in templo prædicabat, quam alibi, hic ſane Reſpondetur, quia templum eſt locus aptior ad verbum Dei, tum etiam, quia populi ibi conueniebant. Vnde eccleſia, in tribus locis tantum concedit verbum dei prædicari, primò in eccleſijs, ſecundò in plateis, tertiò in loco publico, non clauſis ianuis, propter ſuſpitionem hæreſum. Videntes autem hoc Iudæi dicebant. Quomodo hic literas ſcit cũ non didicerit? Quomodo ſciebant non di
Aug. dicisse? Reſpondet Aug. quia ſciebãt illum nutritum in Nazaret, per Mariam, & Ioſeph, & nunquam viderant illum ire ad Scholas in eius pueritia. Ideo dicunt ſuam doctrinam eſſe diabolicam, quod audiens Chriſtus exclamando dixit.

Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me, ſi quis voluerit facere voluntatem patris mei, cognoſcet de doctrinã mea. &c. Quomodo intelligitur iſta apparens contradictio, mea doctrina, non eſt mea? Reſpondeo ꝙ Chriſtus, quia Deus & homo; ideo duas habebat ſcientias, in quantum Deus, habebat eandem ſcientiam increatam cum Patre, & de iſta non loquitur; in quantum verò homo, habuit ſcientiam creatam, (non tamen per exercitium acquiſitam,) quia ab inſtanti ſuæ conceptionis anima eius fuit dotata omni ſcientia creata poſſibili, Chriſtus ergo loquitur dicẽs; mea doctrina. ſ. creata, nõ eſt mea, per exercitium acquiſita, ſed infuſa ab illo, qui miſit me. Facere autem voluntatem Dei, & per conſequens cognoſcere doctrinam Chriſti dicit Chry. Quòd nil aliud eſt niſi deponere iram, odium, & inimicitiam, quam Iudæi habebãt contra Chriſtum, & a qua inimicitia erãt excæcati, ita ut non cognoſcerent doctrinam eius. Chry.

Qui loquitur à ſemet ipſo, gloriam propriam quærit, ſed, qui quærit gloriam eius, qui miſit me, hic verax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt. Quomodo autem intelligatur hoc? Reſpondeo quòd qui attribuit ſibi in hoc mundo, quòd illud quod habet, habeat ex ſe & à ſemetipſo, dicit falſum, & gloriã mundi quærit, vſurpando ſibi illud, quod Deo conuenit, quia omnia nobis data ſunt à Deo, & non ex noſtris meritis unde Pau. quid habes quòd non accepiſti? Si autẽ accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Sed qui quærit gloriam Dei attribuendo Deo, omnia acquiſita (ſicut ego facio) hic verax eſt, ſicut verax Deus ſum. Et iniuſtitia non eſt in illo, ſicut nec in me, quaſi dicat non ſum malus ſicut vos, quod probatur. 1.Cor.4.

Nonne Moyſes dedit vobis legem? & nemo ex vobis facit legem? ideſt, obſeruat legem Cur Chriſtus talia ipſis dicit? Reſpondet Chryſ. quia Iudæi de duobus accuſabant Chriſtum in tẽplo. Primò de uiolatione ſabbati ob ægrotum ſanatum in piſcina. Secundo quia patrem ſuum dicebat Deum; Ideo Chriſtus loquens de primo, voluit eis oſtendere, quod non uiolauit ſabbatum. Sed ipſi uiolauerunt, Ideo dicit, nemo ex vobis ſeruat legem. Iudæi autem negauerunt ſe frangere legem, ut Chriſtus dixit, probans, Quid me quæritis interficere? Quaſi dicat lex veſtra, & lex Dei non vult homi- Chry.

cidium

cidiſi, ergo mali eſtis vos omnes &c. Reſponderunt ipſi dicentes.

Dæmonium habes, quis te quærit interficere? Quarè tulit iniuriam?
Aug. Reſpondet Augu. vt doceret nos ferre & eſſe patientes. Tunc Chriſtus probat. Vnum opus feci, & omnes miramini, quaſi dicat dicentes me eſſe trãgreſſorem legis, quòd autem hoc opus bonum factum ſit, & quod lex nõ ſit deſtructa, probatur ſic, Moyſes dedit vobis circuncisionem, non quia ex Moyſe ſit, ſed ex patribus; quare autẽ dixit ex patribus?

Reſpondeo, quia circuncisio (vt patet in ſcriptura) prius fuit data A-
Gen. 17. brahæ, quia fuit primus pater populi; tamen Moyſes poſtea docendo decem præcepta, inducebat ſimiliter populũ ad circuncisionem, & Ideo hæc dicit Chriſtus, quaſi dicat, primò Abrahæ data eſt, & ſecundariò circuncisio declarata eſt à Moyſe. & ſequitur Chriſtus dicens. Et ſi in ſabbato circunciditis hominem, ut non ſoluitur lex Moyſi, quare & mihi indignamini ſi totum hominem ſanum feci in ſabbato? Si dicas cur Chriſtus hoc dicit? Reſpondeo, quia circuncisio ſolum à peccato originali ſanabat, ſed ſanans Chriſtus corpus, & animam ſanat & iſta ſanatio, nil aliud erat, quàm publicatio virtutis diuinæ in Chriſto filio Dei, & reprendit eos iteram dicens. Nolite iudicare ſecundũ faciem, ſed rectum iudicium iudicate, quaſi dicat. Nolite iudicare falſitatem ſcilicet me eſſe tranſgreſſorem legis, & doctrinam meam eſſe diabolicam, ſed rectum iudicium iudicate, tenendo, & credendo me verũ eſſe Meſsiam: tum propter ſigna diuina per me facta, tũ etiam propter ſcripturam, quæ locuta eſt de me. Dicebant quidam ex Hieroſolymis, nonne hic eſt, quærebant Iudæi interficere? ecce palã loquitur eis, & nihil ei dicunt, nunquid principes cognouerunt illum eſſe Chriſtum?

Quæritur qui erãt iſti? Reſpondeo, quod erant de illis, qui manebant Hieroſolymis, & cognoſcebant malitias ſacerdotem, & gaudebant, quod Chriſtus reprehendebat ipſos Sacerdotes. Exclamabant autem Iudæi dicentes. Hũc ſcimus unde ſit, Chriſtus autem cum venerit, nemo ſcit, unde ſit. Quare dicebant, nemo ſcit unde ſit? Reſpondeò propter duas prophetias, quæ loquuntur de Chriſto, prima
Generationem eius, quis enarrabit? Iſa. 53.
quaſi dicat, nullus.

Secunda. Verè tu es Deus abſcondi Iſa. 45.
tus ſaluator Iſrael. videns Chriſtus Iudæos negantes eum, dicit textus, Clamabat ergo Ieſus in templo dicens, & me ſcitis, & vnde ſim ſcitis, & qui miſit me verax eſt & ſcio eum, & ſi dixero quia neſcio eum. &c.

Dixit, me ſcitis, quia loquebat̃ ſcribis & legis peritis, qui ſciebant ſcripturas. Dixit. Vnde ſim, ſcitis, quia ſciebant, quòd Meſsias à Deo mittendus erat. Dixit ſcio eum, quaſi dicat nõ poſſum mentiri, quia æqualis ſum patri, qui eſt veritas.

Dixit, ego eſſem ſimilis vobis mendax quia Iudæi ſemper erant mendaces primo negãdo Chriſtum, eſſe Meſſiam, ſecũdò dicentes doctrinam Chriſti eſſe diabolicam, tertiò negando miracula eius, & voluerunt apprehendere eum, ſed adhuc non erat hora eius.

Primum documentum: Doctrina Chriſti omni diligentia, & ſolicitudine eſt deſideranda, quia vtilior eſt humana, & quia à Deo eſt, ideo Chriſtus ait, mea Dotrina non eſt mea.

Secundum documentum; Quilibet peccator interficit Chriſtum, quando non implet voluntatẽ eius, nec mirum ſi Chriſtus peccatoribus dicit, Quid me quæritis interficere? Tertium documentum. Peccatum murmurationis fugere debemus, quia damnoſum eſt proximo. Vnde Chriſtus hodie ibi, & oẽs murmuramini. Quartũ documentũ Iudicium temerariũ, inter alia peccata, eſt peſsimum. Hic diſcurrẽdũ eſt.

eſt. Nec mirum ſi Chriſtus dixit. Nolite iudicare ſecundum faciem.i. temerariè. De quo iudicio temrrario nonnulla dicere decreuimus.

Primò. Quid eſt iudicium temerarium.

Secundò. Cur eſt peccatū mortale.

Tertiò. Quot modis eſt mortale.

Quarto. Vnde oritur Iudicium temerarium.

Ad primum dico. Quòd Iudicium eſt duplex, ſcilicet diuinum, & humanum, De primo iam dictum eſt. De ſecundo diſtinguo, aliud eſt iuſtū, aliud iniuſtum. De iudicio humano iuſto; dico quòd eſt actus iuſtitiæ, quando habet iſta tria, primo ex inclinatione iuſtitiæ, poſt ponendo, ſcilicet cupiditatem, & amicitiam. Sed iudicando ſecū dum allegata, & probata, ſecundo ex auctoritate, quia eccleſia inquit ſententia à non ſuo Iudice lata, nulla eſt, tertio ex recta prudentia, ſecundo de iudicio humano iniuſtò, dico quòd eſt triplex, primo quādo quis iudicat in quo non habet auctoritatem, ut Laicus in. Sacerdotem & dicitur vſurpatiuum, quia oritur ex temeritate, contra quos Greg. & eccleſia, Multi ſecularium hominum, cum plus ſacerdotum uitam, quam ſuam diſcutiunt, magnum crimen contemptionis diuinorum Sacramentorum incurrunt. Secundum dicitur falſum, quando homo habet quidē auctoritatem iudicandi, ſed non rectè iudicat iuxta illud. Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. Exemplum de Prælato, qui (muneribus placatus) falſam dat ſententiam, tertium dicitur temerarium, de quo Chriſtus hodie loquitur Iudęis, & iſtud oritur ex leuibus ſignis, non ſufficientibus ad cognitionem veritatis & definitur ſic.

Ex d ſen ten. cap. cum cle-ricis. — *Greg. l. 4 r. c. multi.* — *Sap. 1.*

Iudicium temerarium, eſt falſa determinatio rationis, de malitia proximi, procedens ex leuibus ſignis. vnde notandum ſecundum doctrinā Theologorum. Quod triplex eſt ſuſpicio, qua quis de proximo malum præſumit. Prima dicitur violenta, quādo omnia ſigna ſunt mala, & nulla bona, vt concubinarius cum concubina, luſor cum luſore, latro in nocte cum inſtrumentis ſuſpectis, & ſic iudicare malū lum non eſt peccatum. Sicut tenet eccleſia. Exemplum quando Salomon iudicauit filium illius meretricis dicens, afferte mihi gladium. &c. hoc non dixit definitiua ſententia, ſed vt inueniret ſuſpicionem violentam. Corolariū, Licet iudex non debeat ex ardeſcere contra illos, quos putat malos eſſe, tamen vbi inuenit ſuſpicionem violentam, ideſt ſigna mala, debet procedere de iure. Secunda dicitur leuis, quando ſigna ſunt nec mala, nec bona, ſed potius bona, quàm mala, puta ſi mulier vadit ad eccleſiā, vel ad hoſpitale iudicare hoc, quòd ſit malum, eſt peccatū. Sed notandum, quod aliud eſt dubitare de malo proximi, & aliud affirmare, primo modo eſt peccatum veniale, quia humanum eſt peccare, vnde Pau. Tentatio vos non apræhendat, niſi humana, ſecundo modo eſt peccatū mortale Augu. & ſi ſuſpiciones vitare non poſſumus, quia homines ſumus, iudicia tamen, ideſt definitiuas ſententias dare non debemus. Vnde eccleſia. De dubijs non definies, ſed ſuſpenſam tene ſententiam, tertia ſuſpicio dicitur temeraria, quādo omnia ſigna ſunt bona, & nulla mala, ut mulier ante confeſſorem. Et ſic eſt mortale Vnde eccleſia dicit in rebus ambiguis abſolutum non debet eſſe iudicium. Et alibi dicit, graue quidem ſatis eſt, vt in re dubia certa, detur ſententia. Et alibi dicit. Incerta nullatenus iudicemus quouſque veniat Dominus, qui latentia prouocet ad lucem.

The 22. q. 60. ar. 21. — *Ric. in 4 d. 9. q. 4. ar. 1.* — *11. q. 1. c. di. de.* — *3. Reb. 3.* — *The 22. q. 96 & Alex. 2. parte de di. ui. pecc.* — *1. Cor.* — *Aug.* — *d. 33. c. buiuſſi.* — *11. q 3. c. graue.* — *30. q 5. c. in certa.*

Ad ſecundum reſpondeo, quia eſt contra ordinem charitatis, nam ordo charitatis eſt, quòd diligas Deum, te ipſum, & proximum, iſtud autem iūdicium temerarium, primo eſt contra Deum, quia iudicando temerariè, vis vſurpare illud, quod Deo conuenit, ſecundò

cundò eſt contra te ipſum, quia iudicando temerariè reprobaris à Deo, tertio contra proximum, iudicando eſſe in proximo tuo aliquod crimen, in quo tamen non eſt,id quod iudicas & ſic iniuria afficis, & offendis illum, quod hoc ſit uerum, probatur primò de Deo. Quando aliquis vſurpat ſibi illud, quod eſt proprium Deo, tunc peccat mortaliter, ſed iudicare ſecreta, eſt Dei.tu ſolus noſti cor omnium filiorum hominum, & Paulus tu qu is es,qui alienum iudicas? hoc unius eſt Dei. Ergo eſt peccatum mortale;quia creatura vſurpat ſibi quod conuenit creatori,ſecundo eſt contra te ipſum, & probatur ſic, Nullus reprobatus eſt à Deo, niſi pro peccato mortali, ſed per iudicium temerarium, homo reprobatur à Deo, ergo.'hinc Chriſtus in quo enim iudicio iudicaueritis', à Deo iudicabimini, tertio eſt contra proximum, quia inferre iniuriam proximo.eſt peccatũ mortale,quia Chriſtus præcepit,dilige proximum tuum, ſed iudicium temerarium eſt huiuſmodi. Ergo hinc Pau. In excuſabilis es homo omnis quicunq; iudicas ſcilicet à peccato mortali. Exemplum de iniuria cum iudicio temerario, habes apud Arrianum Hiſtoricum libro 4. & Q. Curtium lib.8. cum Alexander Magnus conuiuium celebraſſet, in quo Rex cum multo incaluiſſet mero immodicus æſtimator ſui celebrare quæ geſſerat cępit, & deinde Philippi patris res obterrere. Tunc Clitus Helanices Alexandri nutricis frater paulatim maiore uoce Philippi actabellaque in Græcia geſta commemorat, omnia præſentibus ægre ferens,tandem meo & ira percitus,Clyti de conuiuio exerutis latus haſta transfixit

3.R. 8.8 Ro.14. Ma.7. Rom. 2.

Ad tertium Reſpondeo, quod iudicium temerarium,primo dicitur Deo contrarium, & hoc eſt quando quis paſſione ſeductus, iudicat Deum acceptatorem hominum non exaltare niſi malos, & punire bonos.

Secundò eſt identiticum, ut dicunt ſcolaſtici noſtri, & eſt quando homo iudicat ſe neceſſariò damnandum, non poſſe benefacere, ſimiliter filios ſuos, & hic multum diſcurrendum eſt tertiò dicitur peruerſiuum, & eſt quando quis conuertit virtutes in uitia,ut ſi vadit q.s ad eccleſiã, iudicare eũtes illuc ſine malo ,pfectos eſſe, &c.

Quartò eſt ſententiatiuum, & eſt quando iudex ſola ſuſpitione, & non ſecundum formam iuris iudicat, nec ſecundum allegata.

Quintò eſt ſignatiuum, & eſt quando quis iudicat hominem ſignatum eſſe malum,dicentes cauete à ſignatis quia a corpore ad animam non ualet conſequentia. Hic multa reprehendenda &c.

Sextò eſt generatiuum, & eſt quando quia pater fuit malus, etiam filij iudicantur mali.

Septimò eſt viſiuum & eſt, quando omnia quæ uidentur accipiuntur in malam partem.

Exemplum hodie de Iudæis contra Chriſtum,& iſtis ſeptem modis ſemper eſt peccatum mortale.

Ad quartum reſpondeo quod principaliter à duobus, primò ab inimicitia, ſecundo à propria nequitia, de primo, exemplum hodie patet in Euangelio, & etiam de duobus inimicis, quorum uterique vtrumque infamem reddere ſtudet.

De ſecundo Ph. qualis enim vnuſquiſque eſt, ita dicit, ita uiuit, & ita operatur, & Stultus ambulans in uia cum ipſe inſipiens ſit, omnes alios in inſipientes exiſtimat.

Exemplum, Naas Rege Syriorum, ſucceſſit Hanon filius eius, cui Dauid voluit referre gratiam & miſericordiam, quas Naas in ſua creatione feceratipſi Dauid, miſitque legatos duos Dauid ad Hanon, vt dolerent de morte patris, & gratularentur de eius creatione, & dum legati loquebantur cum Hanõ rege, conſiliarii ſui

Ti. 22. q. 60. ar.1. Ariſt. Salomon Eci. 10. 2.Re.10

V (iu-

(iudicando temerariè,) dixerunt ſecretò ipſi, Hanon, putas, quòd propter honorem patris tui miſerit Dauid ad te conſolatores, & non ideo vt in ueſtigaret, & exploraret ciuitatem, & euerteret eam miſit Dauid ſeruos ſuos ad te? Tulit itaque Hanon ſeruos Dauid, raſitque dimidiam partem barbe eorum & præſcidit veſtes eorum uſque ad nates, & dimiſit eos. Quod cum nunciatum eſſet Dauid miſit in occurſum eorum, erant enim viri confuſi turpiter valde, & mandauit eis Dauid.

Manete in Hierico donec creſcat barba veſtra, & tunc reuertimini, propter quod Dauid coacto & inſtructo exercitu occidit tot millia hominum, vt tota terra Syriorum eſſet operta ſanguine. Ecce quid ſucceſſerit ob iudicium temerarium. Nec mirum ſi Chriſtus hodie dicat. Nolitè iudicare ſecundum faciem &c.

Exemplum de Iudicio Deo contrario in principio tertij puncti, de Senecharib rege Syriorum qui deum blaſphemauit, & illum iniuſtum, & partialem appellauit, & cum paraſſet prælium vt caperet Iudæam, fecit edictum militibus ſuis dicens. Nolite confidere in Deo, ſed in me, & nocte ſequẽti ab Angelo occiſa ſunt 185. millia. &c. 2 Par. 32.

Et reuerſus in Niniue à proprijs filijs occiſus eſt.

ET LENIVIT OCVLOS CAECI nati. Ioannem. VIII.

Sapientiſsimi Salomonis ſententiam habemus, quòd ſapiens homo poſſet vocari, cum tempore fertilitatis futuram penuriam cogitat, In cuius rei exemplo dico, quòd formica tempore æſtatis, pro hyeme de victu ſibi conſulit. Spiritualiter; ſapiens ille Chriſtianus uocatur, qui per abundantiam bonorum temporalium cum eleemoſinis erit liberalis erga pauperes indigentes, quòd figuratum eſt quando Pharao in ſomno ſeptem ſpicas pulcherrimas, & plenas uidit, quæ ſpiritualiter ſeptem opera miſericordiæ denotant. Ideo Moyſes. Ego precipio tibi, vt aperias manum tuam fratri tuo egeno, & pauperi &c. Ideo hodie conformiter cum Euangelio de Eleemoſyna erit ſermo noſter. Gen. 41. Deu. 15

INTRODVCTIO EVANGELII.

Mag. l. 4 Diſputatur quare pęna purgatorij eſt grauior quacunque pęna temporali. Reſpodeo propter quinqs.

Primò, quia ignis ille eſt infernalis, vt dicit Greg.

Greg. Secundò, quia ibi pęnę ſunt diuerſæ ſecundũ diuerſitatem peccatorum.

Tertiò, quia quandiu anima eſt in illa pęna caret gloria Dei, qua carentia, eſt pęna maxima.

Quartò, quia illa pęna purgatorij non eſt meritora, ſed ſatisfactoria.

Quintò quia illa pena non eſt volũtaria, nec mirum ſi Chriſtus hodie dicit, quòd debemus bene operari donec dies eſt, quia veniet nox ſcilicet

in alio mundo in purgatorio, quando nemo poteſt operari, quòd autẽ Chriſtus hoc dicat, videamus textum more ſolito.

Præteriens Ieſus uidit hominem cęcum à natiuitate, & dixerunt diſcipuli, Magiſter, quis peccauit, hic, aut parentes eius; Videamus in ſubſtantia, & breuiter, textum. Veniens Ieſus de templo, in quo prædicauit & diſputauit cum ſcribis, ſicut heri viſum eſt, in exitu templi vidit cæcum à natiuitate mendicantem ad hoſtium templi, quẽ cum Chriſtus inconniuentibus oculis intueretur, dixerunt diſcipuli. Magiſter quis peccauit, hic, aut parentes eius? Quare, diſcipuli interrogant Chriſtum? Reſpondet Chryſ. quia ſanato paralitico in piſcina Chriſtus poſtea dixit, vade, & noli amplius peccare: quaſi dicat propter peccata tua habuiſti hanc infirmitatem; ſic, etiam credebant diſcipuli, hunc cæcum eſſe propter peccata. Si dicas quare dixerunt parentes? nunquid filij debent pati pro peccatis parentum ſuorum? Reſpondeo, quod pati poteſt duplici ter capi, vel temporaliter capi, vel temporaliter, uel ſpiritualiter.

Chryſ.

Primò modo filij pro peccatis parentum aliquando patiuntur. Deus viſitat iniquitates patrum in filios &c.

Exo. 20.

Secundò modo non filius non portabit iniquitatem patris ſcilicet in alio mundo, nec pater iniquitatem filij, ſcilicet unuſquiſque onus ſuum portabit, quibus, diſcipulis Reſpondet Chriſtus.

Ezech. 18.

Neque hic peccauit, neque parentes eius, ſed ut manifeſtentur opera Dei in illo, ſcilicet quia ſanando, & illuminãdo oculos cęci, hæc opera manifeſtabunt potentiam Dei.

Me oportet operari donec dies eſt, venit nox, quando nemo poteſt operari. Quæritur quare Chriſtus ſic dicit, quia ſequitur ex verbis ſuis quod poſt mortem ſuam non poſſit operari. Reſpondet Aug. quòd Chriſtum operari,

Aug.

poteſt intelligi dupliciter, potentialiter, primo dum erat ſuper terram ſecundo poſt reſurrectionem.

Hæc cum dixiſſet expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit oculos cęci nati, & dixit vade. & lauare in natatoria Siloe. Quæritur quare non requiſitus à cęco, illum ſanauit?

Reſpondet Chryſ. Primo quia Iudæi in templo non crediderunt ei, ſicut uiſum eſt, ideo uoluit oſtendere eis ſuam diuinitatem; ſecundo ut doceret nos benefacere pauperibus quãuis à nobis opem non implorent. Quęritur de ſputo. Reſpõdeo, ſaliua enim fluit à capite, & hoc, eſt per ſimilitudinem quia Chriſtus à patre, qui eſt caput. Quare ex luto liniuit oculos? &c. Chryſ.

Reſpondeo, ut oſtenderet ſe primũ hominem ex luto etiam formaſſe. Si dicas quid eſt Siloe? Reſpõdeo, quod erat fons prope radicem montis Sion, quæ aqua certis horis ebullit ideo natatoria vocabitur.

Ille autem abijt, & lauit, & vidit, & rediens per ciuitatem, uicini dicebant ad inuicem. Nonne hic eſt qui mendicabat ad hoſtium templi? quidam dicebant, hic eſt, quidam autem nõ, ſed eſt illi ſimilis, ipſe verò dicebat quia ego ſum, ille, de quo inter vos ſit diſceptatio an ſin ille, nec ne. Mag. Hyſt. Sco.

Quæritur quare Reſpondet, quòd ipſe eſſet, non interrogatus? Reſpondet Chryſ. quaſi diceret, hoc eſt miraculum maximum in me de ſuper, oſtẽ ſum à patre luminum. Chryſ.

Dicebant ergo ei, quomodo aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit, Ille homo, qui dicitur Ieſus lutum fecit, & liniuit oculos meos & dixit. Vade, & lauare, & videbis; abij, & laui, & uidi. Si dicas quare nominauit Ieſum fuiſſe, cum nunquam uidiſſet illum. Dico quod, licet non vidiſſet, tamẽ dum erat ad hoſtium templi mendicando, audiuerat eum nominari & quod ille, qui infirmos ſanabat, erat in templo, declarando ſcripturas. &c. quòd Iu-

dei audientes miraculum, ipſum iudi cauerunt fuiſſe illius effectorem. Adducunt illum ad Phariſæos, quoniam ut dicit Beda, Phariſæi habebant officium approbandi, & reprobandi opera ſpiritualia, erat autem ſabbatũ quando ſanauit cæcũ. Et interrogauerunt eum Phariſæi, quomodo vidiſſet. Quibus reſpondens, dixit. Lutum poſuit mihi ſuper oculos meos, laui, & vidi. Quare autem non reſpondit abunde ſicut ante? Reſpondeo quia audiuerat quòd Phariſæi perſequebãtur Chriſtum propter ſanationem paralytici in ſabbato, ideo timebat ſcandalum contra Chriſtum ſuum bene factorem.

Beda

Clamauerunt ergo Iudæi dicentes; non eſt hic homo à Deo, qui ſabbatum non cuſtodit, quaſi dicerent, ille, qui frangit ſabbatum, eſt peccator. Quidam autem dicebant, quomodo ſi peccator eſt, poteſt hæc ſigna facere? nam ſigna ſunt diuina, ergo iſte homo eſt miſſus à Deo, & ſic Schiſma erat inter eos. Dicunt iterum ergo, cœco: tu quid dicis de eo, qui aperuit tibi oculos? Reſpondet, Quia Propheta eſt Quæ reſponſio non placuit Phariſæis. nec voluerunt ei credere, ſed vocauerunt eius parentes qui interrogati an eſſet filius eorum? Reſponderunt Phariſæis: Scimus quia hic filius noſter eſt, & quòd cęcus natus eſt, quomodo autem nunc uideat, neſcimus, ætatem habet, loquatur a ſemetipſo, ipſum interrogate. Notandum, quòd parentes timebant, quia Phariſæi conſpirauerant contra confitentes eum eſſe Chriſtum, ut extra ſynagogam lapidarentur, & ideo parentes timebant reſpondere eis.

Videntes autem Phariſæi ſe iurgii non habere intentum, voluerunt bonis verbis inducere cęcũ ſanatum ad confitendum Chriſtum eſſe peccatorem, ut inde haberent occaſionẽ procedendi contra Chriſtum, & ideo iterum uocauerunt illum dicentes. Veni fili, da gloriam Deo, ſcimus, quia hic homo peccator eſt, cæcus autem non ingratus tanti beneficii à Chriſto recepti noluit confiteri illum eſſe peccatorem. Sed Reſpondit eis. Si peccator eſt neſcio, unum ſcio, cum cœcus eſſem, nunc uideo. Et iterum dixerunt ei, quid fecit tibi, quæſo, dic quomodo aperuit tibi oculos? Reſpondet Cęcus, Iam dixi uobis, & audiſtis, quid vultis amplius audire? Quare autem ita audacter cęcus R[e]ſdet? quia videbat ſchiſma inter illos & cognoſcebat quod multi de illis, qui dixerant, quomodo ſi peccator eſt, poteſt hæc ſigna facere, credebant; Ideo confidẽs dedit illam reſponſionem audacter & dixit. Nunquid diſcipuli eius fieri vultis? quod audientes Phariſæi indignati alta uoce maledicentes ei dixerunt, Tu diſcipulus eius ſis, nos ſumus diſcipulis Moyſi, & ſcimus, quia Deus locutus eſt Moyſi, hunc autem neſcimus vnde ſit; Tunc cęcus ſapienter uoluit probare Phariſæis, quòd Chriſtus erat Deus, & fecit tale argumentum.

Scimus quia peccatores Deus non exaudi, à ſeculo non eſt auditum, quòd quis aperiat oculos cœci nati, niſi ſit Deus, uel miſſus à Deo; ergo vel eſt Deus, vel miſſus à Deo.

Audientes Phariſæi argumentum inſolubile clamauerunt, in peccatis natus es totus, & tu doces nos? & eiecerunt illum extra ſcilicet intentione lapidandi eum. Ieſus autem inuenit illum foras, cui dixit. Credis in filium Dei? & Reſpondit, quis eſt, domine, vt eredam in eum? Ieſus autem dixit, vidiſti eum ideſt uidiſti propter eum; & qui loquitur tecum ipſe eſt.

At ille procidens adorauit eum, dicens, credo domine.

Et ſic Phariſæi remanſerunt confuſi, intentione dira non ceſſandi Chriſtum perſequi, donec eum ad mortem ducerent.

Sed notandum, ſuper verba cæci nati ſcilicet dicentes, Deus peccatores

tores non exaudit; quod mali non ſolum merentur bona temporalia, ſed etiam remiſionē peccatorum, nam.

Aug. De Primò Auguſt. nullum bonum inremuneratum &c.

De. Secundo ſcilicet de remiſsione peccatorum, dico: quòd peccator quandoque meretur remiſsionem peccatorum, occaſionaliter; unde dicitur ò fęlix culpa, quæ talem meruit habere ſaluatorem.

Aug. Si dicas iterum, quare Deus non exaudit peccatores? Reſpondet Augu. quod illa ſunt verba cœci nati, & quòd Deus non exaudit peccatores obſtinatos, ſed contritos, quia non venit uocare iuſtos, ſed peccatores contritos.

Primum documentum; Quilibet peccator dum eſt in peccato, dicitur cęcus in hoc mundo; quia anima ſua adeo eſt cæca, quòd non uidet gratiam Dei, Ideo oportet linire oculos terra confeſsionis.

Secundum documentum. Dum uiuimus debemus bene operari, & non expectare mortem, quod docet nos Chriſtus hodie dicens, venit nox, quā do nemo poteſt operari.

Tertium documentum. Debemus ire ad Natatoria Siloe, & aqua lachrymarum lauare oculos ideſt conſcientias noſtras, ut poſsimus videre gloriam Dei.

Quartum documentum. Non debemus expectare quòd pauperes poſtulent eleemoſinas, ſed videntes eos indigentes, ſtatim debemus illis ſuccurrere; hoc docet Chriſtus hodie, faciens eleemoſynam cœco indigenti. De qua eleemoſyna ut pollicitus ſum ſtatui quædam narrare.

Primò. Quid ſit eleemoſina.

Secundò. Quis poſsit facere eleemoſynam.

Tertiò. An liceat de male ablato facere eleemoſynam.

Quartò. Quomodo debet eſſe eleemoſyna.

Ad. Primum reſpondeo Eleemoſyna eſt opus pium, quo datur aliquid indigenti ex compasſione propter Deum. Et dicitur opus pium, quia per quatuor leges commendatur. Tho. 2a 2ae q. 32. ar. 1.

Prima diuina ego precipio tibi, vt aperias manum tuam fratri tuo egeno ideſt pauperi, qui tecum uerſatur in terra. Deu. 15.

Secunda naturalis lex, quæ naturalis lex duplex eſt, affirmatiua ſcilicet & negatiua, prima. Quod tibi vis fieri, alteri facias, ſecunda verò, e conuerſo. Id. loc.

Tertia, euangelica qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſsitatem habentem, & clauſerit viſcera ſua, quomodo charitas Dei erit in illo? 1 Ioan. 3

Quarta exemplaris De Iob. Tobia, Abrahaam, & hodie habetis exemplum Chriſti cęcum natum vltro ſanantis &c.

Secunda particula dicitur in digenti ad differentiam diuitis, & concubinæ.

Tertia dicitur ex compasſione; quia illa charitas, qua homo tenetur proximum diligere, debet eum mouere.

Quarta dicitur propter Deum, ad differentiam gloriæ huius mūdi. Ideo Chriſtus cum facis eleemoſynam noli tuba canere. Ad abundantiorem Doctrinam hic tria quæruntur. Matt. 6

Primò- An bona uoluntas faciendi eleemoſynam ſine actuali eleemoſyna, ſufficiat. Ad quòd reſpondeo. Aut homo habet, facultatem faciendi eleemoſynam, aut non. Ric. in 4 d. 15.

Si primum, non ſufficit. Si Secundum, ſufficit, nunquam enim eſt uacua manus à munere cum arca cordis fuerit repleta bona voluntatem. Tho. 2a 2ae q. 32. ar. 10.

Secundò quæritur quanta eleemoſyna debet dari? Ad quòd Reſpondeo vel ex parte dantis, uel ex parte recipientis.

Si Primò debet dari elemoſyna, ſecundum facultatem. Vnde Tobi. Teſtando docuit filium dicens.

Si

Si multum tibi fuerit, multum tribue, & ſi parum, impartiri ſtude. Si ſecundo, dico, vel, ut ſuppleat indigentiam morientis fame, & ſic benè, vel ut indigens ſuperabũdet & hoc modo nõ. Vnde notandum, ſecundum aliquos, quòd eleemoſyna aliquando eſt opus meritorium, aliquando opus ſatisfactorium. Primo eſt quando eleemoſyna intentione ſubleuandi neceſsitatem pauperis, datur.

Fr. de 1 ac in 4. d. 15.

Secundò eſt, quando datur intentione recuperandi animam ſuam pro debito diuinæ offenſæ, quia tũc eſt opus Iuſtitiæ. Exemplũ de illo, qui tenetur alicui centum aureos nummos, pro debito antiquo, non meretur numerans creditori quando reſtituit, quia iuſtitia ſic iubet.

Tho. in 4 d. 15. q. 2 ar. 6. Tertiò Quæritur quibus principaliter facienda eſt eleemoſyna? Reſpondeo quòd eleemoſina.

Primo debet dari parentibus indigentibus ſecũdo dantibus ſpiritualia, pro eorum uictu.

Tho. 22. q. 32. Tertio cæteris pauperibus magis indigentibus, dummodo indigeant. Immo addo, quòd tempore neceſsitatis, omnia ſunt communia quantum ad vſum, non quantum ad dominium. vnde, in veteri lege quis tranſiens per uineam, poterat comedere vuam ad ſufficientiã nulla venia a dño impetrata.

Tho. 22. q. 32. ar. 8. Ad ſecundum dico quòd ſolus poſſeſſor facultatis, & quæritur, primo de Religioſis, ſecundo de muliere nupta, tertio de filijs, quarto de ſeruis. Quantum ad primum Reſpondeo, diſtinguendo. Aut intelligis de Clericis ſecularibus, aut de Religioſis clauſtralib.

Alex. 4. par. 10 tract. de ele.

De primis dico, quod tria debant facere ſcilicet diuidere in tres partes, quarum prima ſit pro ſe aliendo, ſecunda pro reparatione eccleſiæ ſuæ, tertia pauperibus ſibi ſubiectis erogare debet. Et hic multa dicenda contra beneficiatos qui nec in reſtaurationibus eccleſiarum, nec in ſubſidio pauperũ aliquid erogant.

Secundò ſi de Religioſis clauſtralibus, diſtinguendum, vel de beneficiatis ſcilicet de illis, qui habent abbatias & de iſtis dico, ut dictum eſt de clericis ſecularibus. Vel de mendicantibus, & rurſus diſtinguo. aut de adminiſtratoribus bonorum connentus, aut de alijs puris fratribus, qui nõ adminiſtrãt bona conuentus. Si de primis, dico, qđ ſuper eſt fratribus in menſa, debent pauperibus diſpenſare. Si de ſecundis non tenentur, quia nihil habent proprij. Bona. in 4. d. 15.

Secundò de mulieribus nuptis, & ſic diſtinguo, vel de dote, vel de ſupra dote, vel de ſuis laboribus, vel de bonis mariti. Si primo, dico quod nõ poſſunt facere eleemoſynam, quia dos eſt obligata uiro. Si ſecundo, dico qđ poteſt facere eleemoſynam quia in ea re non eſt obligata viro. Si tertio, aut maritus & filij (qui proximiores ſunt propter conſanguinitatem) ſunt indigentes, aut non. Si primo, debet magis viro & liberis quam alijs. Si ſecundo, ad beneplacitum poteſt. Si autem quarto ſcilicet de bonis mariti. Reſpõdeo vel de pretioſis eleemoſynis, vel de paruis ſi primo, non poſſunt ſine licentia mariti. Si de tenuibus, uel paruis eleemoſinis, dico, quod poſſunt facere eleemoſynas, quia quando conuenerunt in coniugium, donauerunt, & & corpora, & ſe ad inuicem.

Tertiò de filijs. Reſpondeo, uel filius non habitat cum patre & ſic, poteſt facere eleemoſynam, de ſuo ſudore, &c. Si habitat, dico, uel habet artem lucrãdi, vel de eleemoſinis magnis, uel de minimis, ſi primo, dico quod non (ſicut de uoto ſine licentia patris) ſi ſecũdo, dico, quod poteſt facere eleemoſynam, ſicut de vno denario, & de uno pane. &c. Ibi.

Quarto de ſeruis. Reſpõdeo ad hoc quod eleemoſyna ſit vera oportet ꝙ faciens eleemoſynam habeat directũ dominium ſuper illa bona; ſed ſeruus non habet huiuſmodi dominium. Ergo. Alex 4. par.

ſo.&c. Si dicas filius, viuente patre, nõ habet directum dominium, tamen te nues facit eleemoſynas? Reſpondeo, quòd ſi filius non habet dominium actu, habet tamen potentia ſcilicet poſt patrem. cum quæris ſi ſeruus de ſuis laboribus poteſt. &c.

Dico, quod ſic, quia eſt verus poſſeſſor laborum ſuorum.

Tob. 12 9.37. 44.7. Ad tertium diſtinguo, vel de male acquiſitis à Chriſtianis, vel à Iudæis. Si primò dico, quòd aliquid dicitur malè acquiſitum tripliciter.

Primò quando malè acquiſitum immediate debetur illi, à quo eſt acquiſitum, vt de vſura, de furto. &c.

Et ſic non poteſt fieri eleemoſina, ſed debet reſtituere illi, cui &c.

Secundò aliquid dicitur male acquiſitum, quando non debetur illi, à quo acquiſitum eſt, nec illi, qui acquirit, ut ſimonia. Et de iſtis dico ſcilicet de bonis malè acquiſitis per ſimoniã. quòd pauperibus eroganda ſunt, quia propter peccatum ipſorum ſcilicet dantis, & recipientis debent priuari illis bonis malè acquiſitis.

Tertiò aliquid dicitur malè acquiſitum, quando eſt turpè lucrum. vt lucrum meretricis. Et ſic dico quod ipſa meretrix poteſt facere eleemoſynam, non tamen in eccleſia, ſed extra eccleſiam, & hoc quia turpe lucrum propter reuerentiam ſacramentorum diuinorum, non debet ingredi in eccleſiam. Vel de male acquiſitis Iudæorum & diſtinguo, vel Iudęus quicquid habet, eſt de vſura, vel non. Si primò, aut eleemoſynam facit cauſa reſtituendi male acquiſitum, aut non. Si primò poteſt & debet facere, & pauper poteſt accipere eleemoſynam, quia talia male acquiſita (ignorando dominum rei.) debent dari pauperibus.

Si ſecundò dico, quòd pauper ſciẽs hoc, non poteſt accipere illam eleemoſynam, quia eſt bonum furto habitum ſimiliter vendentes, & ſeruientes eis propter lucrum malè acquiſitum, peccãt. Aut Iudæus eſt diues ex ſua arte, & labore, & ſic poteſt facere eleemoſynã, & pauper illam acipere.

Ad quartum. Reſpondeo quod eleemoſyna debet habere quatuor conditiones, prima debet eſſe gratioſa. Hilarem enim datorem diligit Deus. Hic 2. Cor. 9. exclamandum eſt contra negantes eleemoſynas pauperibus, & expellentes eos in nomine diaboli, ſecunda cõditio debet eſſe libera ideſt non obligata, ad differentiam laborum pauperum ſeruientium, quia illa dicitur merces & non eleemoſyna, tertia conditio debet eſſe propria non de vſura, non de fraude, vel furto, quia talia ſũt reſtituenda, & non eccleſiæ. Vnde Zac Luc. 9. cheus docet, dicens, ecce domine dimidium bonorũ meorum do pauperibus, ubi notanda ſeptem primo libere ſecundo propter Deum, tertio mediã partem, quarto de bonis, quinto de ſuis, ſexto pauperibus, ſeptimo dat, non promittit, quarta conditio debet eſſe deuota ſcilicet propter Deum. Vn Hyero. de Hiero. quotieſcunque extendis manum tuam ad pauperem, cogita Chriſtum quia ſi hominem cogitaueris, mercedem operis tui diſperdes.

Sed heu bona temporalia hodie cõſummuntur ludendo, luxuriando, crapulando & in pompis. &c.

Audi Proph. 25. diuitias tuas & theſauros tuos dabo inimicis tuis, & educam illos de terra, quam neſcis. Facienda eſt ergo eleemoſyna, vt Deus in hoc mundo gratiam, & in alio gloriã nobis concedat Amen. Hier. 25

miſericordia motus?Reſpõdeo,primo quia uidua, ſecundo quia filius unicus erat, tertiò quia omnes flebant, quarto quia eſt opus miſericordiæ conſolari tribulatos. Quarè autem dixit noli flere ? Reſpondeo propter duo, primo quia mortui non ſunt flendi , niſi cum modo ſecundo quaſi diceret cito conſolabor te,&videbis gloriam Dei.

Et acceſsit, & tetigit loculum,hi autem qui portabant ſteterunt. Quæritur quid ſit loculus? Reſpondet Beda. quòd duo ſignificat, primò pheretrũ, in quo deferuntur mortui ſicut hodie , ſecundò ſignificat marſupium. Iudas autem loculos habens , & ea que mittebantur , portabat.

Beda.

Ioan. 12

Si dicas quarè ſteterunt ? Reſpondeo , quaſi admirantes de eius aduentu cum tanta turba,ſecundo ſteterunt propter Chriſti iam publicatam famam,quaſi cogitantes,Nũquid Chriſtus ueniſſet ad iuuenem ſuſcitandum? & congregatis ibi omnibus , Chriſtus dicit Adoleſces , tibi dico ſurge, & reſedit , qui mortuus fuerat, & cœpit loqui , & dedit illum matri ſuæ.

Quarè reſedit ? reſpondet , Titus, quia agens creatum agit cum tempore,ſed agens in creatum (ut Chriſtus, qui erat(ut Deus increatus) agit in inſtanti. Ideo in illo inſtanti reſedit.Quare autem cępit loqui? Reſpondeo , ut non appareret ; ſed verè cognoſceretur eſſe reſuſcitatus.

Cur dedit illum matri ſuæ? Reſpondeo, ut cognoſceret,quod præſtitiſſet quòd pollicitus fuerat per verba ſua ſcilicet noli flere , quibus promiſit ſe eam conſolari.Sed ad abundantiorem doctrinam.Quæritur. Vtrum liceat ab aliquo moriente quærere , ut reuelet ei ſtatum ſuum poſt mortem?Reſpondeo. Aut requirit propter naturalem appetitum ſciendi & ſic , non eſt peccatum quia omnis homo naturaliter ſcire deſiderat. Aut quærit propter hoc , quia vellet orare pro illo quando orationibus ſuis indigeret , & ſic poteſt eſſe peccatum, non virtute boni operi ſcilicet orationis , ſed virtute temeritatis, quia Deus non vult nobis talia ſecreta manifeſtari,ut patet.Quãdo diues in inferno rogabat, Abrahã, vt mitteret Lazarũ ad ſuos fratres &c.

Tho. quo li. 3 ar. 22.

Ric. in 4 d. 17.

Luc. 16.

Quod noluit Deus. Aut requirit dubitans non eſſe infernum,purgatoriũ, nec paradiſum. Et ſic eſt peccatum in Spiritum Sanctum.

Accepit autem omnes timor idelt omnes admirati ſunt de tanto miraculo , Quarè iſta reſurrectio uere dicatur miraculum ? Reſpondeo,quòd ad rationem miraculi tria exiguntur.

Primum quod illud , quod fit, à ſolo Deo fieri poſsit.

Secundum quod illud,quod fit , ſit rarum,& inſolitum.

Tertium quòd in natura,nulla ſit diſpoſitio propinqua , uel inclinatio ad ſuſceptionem illius formæ . Iſta tria fuerunt in tali reſurrectione.Ergo iſta reſurectio eſt miraculum & magnificabant Deum dicentes , quia Propheta magnus ſurrexit in nobis, quia De⁹ viſitauit plebem ſuam.

Quare dicatur Propheta , iam dictum eſt. De qua autem uiſitatione loquatur populus , Reſpondeo , quod de præterita, quia incarnatus eſt.Non de ſecunda ſcilicet de præſenti in ſacramento altaris,nec de futura .

Notandum moraliter . Quòd ciuitas Naim interpretatur fides Chriſtiana, Defunctus , eſt peccator , qui mortuus eſt in peccato mortali, & portator extra fidem in infernum,Mater plorans , eſt eccleſia , quæ triſtatur de damnatione animæ , Primus portator peccatoris ad infernum eſt mala conſuetudo , ſecundus eſt mala ſocietas , tertius eſt confidentia diu viuendi , quartus eſt confidentia in miſericordia Dei.

Manus retines pheretrum eſt manus Sacerdotis abſoluentis, qui nõ permittit eum damnari.

Primum Documentum; Ocium fugere debemus quia Diabolus, caro, & mundus nos aſsidue impugnant.

Exemplum dat nobis hodie Chriſtus, quia ſemper in exercitio ſpirituali &c.

Secundum. Non debemus facere matrem noſtram uiduam ſcilicet eccleſia dicitur uidua, quando non eſt viſitata, confesſionibus, orationibus, eleemoſynis, &c.

Tertium documentum. Mortui nõ ſunt flendi, quia naturale eſt iter, ſed fili aborſi, & non baptizati negligentia parentum, ſunt flendi quia clamãt vindictam apud Deum, ideo dicit noli flere.

Quartum documentum. Sicut Chriſtus ſuſcitauit iuuenem, ſic Chriſtiani debent ſuſcitare animas parentum, & amicorum exiſtentium in purgatorio ſuffragiis, & medio bonorum operũ. De quibus ſuffragiis aliqua dicemus.

Primum. quomodo eccleſia probat purgatorium contra negantes illud.

Secundum. An oblatio facta pro vno tantum, illi vni tantum proſit vel omnibus qui in purgatorio ſunt.

Tertium. Quot modis poſsumus opem ferre animabus in purgatorio exiſtentibus.

Quartum. De quibus conqueruntur animæ exiſtentes in purgatorio.

Ad primum dico, Quòd cum ſint tres ſectæ negantes purgatorium ſcilicet hæbrei, græci, & Valdenſes, & nũc Luthærani, ideo primò contra Iudæos & conſequenter contra alios probabimus eſſe purgatorium.

2. Mach. 12. Primò ſcriptura. Quando Iudas Machabæus (pugnando contra Gorgiam) ipſum debellauit, aliqui ex ſuis militibus mortui ſunt, pro quibus Iudas miſit Hyeroſolymam duodecim millia drachmas argẽti, offeri pro peccatis eorum militum, quia acceperant de danaris idolorum, tex. dicit. Iuſtè, & religioſe de reſurrectione cogitans. ſancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis ſoluantur ideſt à poenis peccatorum. Si dicas Iudæi negant Machabæos, & Machabæorum libros dico, quod falsè negãt quia Machabæi, fuerunt Duces Hierusalem, & habuerunt dominium ante aduentum Chriſti, Item Chriſtus iuit ad feſtum dedicationis, & hoc feſtum fuit poſt illos Machabæos. Ergo Iudæi non poſſunt negare Machabæos, unde Hier. & Aug. vocant ſpurios filios eccleſiæ, negãtes libros Machabeorum. Io. 10. Hyeron. Aug.

Secundo in libro Regum habetur, Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit ab inferis. Hic duo conſiderantur, primum quia loquitur in plurali, ergo plura loca. contra Iudæos, qui ſolum infernum tenent, dicentes quòd anima exiens, à corpore, vel in paradiſum, vel in infernum uadit. ſecundum quòd conſideratur eſt, quia textus dicit reducit ab inferis, ergo eſt locus in inferis, à quo animæ egrediuntur & iſte nõ eſt redemptio, ergo. 1. Reg. 2.

Tertio ſic contra Iudęos apud Reges habetur, quòd mortuo Abſalon pater eius Dauid flendo quatuor vicibus uocauit Abſalonem filium dicens, Abſalon fili mi, fili mi Abſalon &c. 2. Reg. 18.

Gloſa autem habræa dicit, ut à quo libet loco infernorum Abſalon liberaretur, & ad paradiſum euolaret ergo.

Secundò Probatur purgatorium eſſe, contra Græcos antiquos tenentes, ſicut Iudæi, quod anima vel in paradiſum tendit, vel in infernum, contra quos Aug. dicit, quòd ſemper fuerũt inuoluti in erroribus, ideo ſemper perſecutus eſt eos Deus, qui tali ratione confunduntur. Ad iuſtum iudicẽ pertinet punire malos, & exaltare bonos, quoniam hæc eſt uera iuſtitia diſtributiua, punitiua, & præmiatiua, quo fundamento ſuppoſito, pono duos homines, quorum unus ſemper bonus fuerit, alter verò ſemper quidem malus, ſed quem in ſuo tranſitum peccatorum poenituit ambo mortui ſunt. Aug. Tho. in 4 ſ. 21.

Quæritur

Quæritur vbi eſt bonus. Iuſtitia Reſpondet quòd beatus eſt in cęlo, ſecũdus autem, non dicitur damnatus, quia in tranſitu pęnituit eum non in cęlo, (Apo. ult.) quia. Nullum coinquinatum intrabit in regnum cœlorum.

Secundò quia ſequeretur, quod Deus æqualiter præmiaret bonos, & malos (quod eſt falſum) ergo datur locus vbi purgantur peccata, quæ non poſſunt (Aug.) purgari in hoc mundo, quia Auguſt. de libero arbitrio, nullum bonum in remuneratũ, ergo contra Græcos &c.

Tertiò probatur contra Lutheranos qui accipiunt tanquam authenticam ſcripturam nouum teſtamentum, & negant purgatorium, & ideo auctoritate noui teſtamenti confunduntur.

Prima ratio contra iſtos eſt Grego. (Mat. 12) ſuper illud Chriſti. Qui peccauerit in ſpiritum ſanctum nõ remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro, De hoc ſeculo nulli dubium, de alio ſeculo autem, Quęritur quale ſit, in quo remittantur peccata, non in paradiſo, quia (vt dictum eſt) nullum coinquinatum intrat in regnum Dei. Non in infernum, quia ibi nulla eſt redemptio. Ergo datur locus in alio mundo, in quo remittuntur peccata, & ſic negare non poſſumus locũ purgatorij. &c.

Secundò, ſic. Ponuntur tria genera (Apo. 5) laudantium Deum ſedentem in trono ſcilicet in cœlo, ſuper terram, & ſubtus terram, primi quidem ſunt beati, ſecundi, ſunt iuſti in hoc mundo, tertij non damnati, quia non laudant Deum, immo oppoſitum faciunt nõ exiſtentes in limbo, quia erãt uacuus ab eo tempore quo Chriſtus ibi detentos liberauit, ergo datur locus Purgatorij.

(Phili. 2) Tertiò ſic Augu. In nomine Ieſu, omne genu flectatur cęleſtium, terreſtrium, & infernorum. Quæritur qui ſunt iſti, qui in nomine Ieſu flectant genua, non damnati, quia inimici dei, ergo debemus dicere, quòd ſunt exiſtentes in Purgatorio.

Quarto, ſic. Vniuſcuiuſq; opus quale ſit ignis probabit idest purgabit. Hic (1 Cor. 3) quatuor Doctores eccleſię dicunt, quod Paulo loquitur de purgatorio ibi, & ſi Lutherani, uel Valdẽſes dicant ſe non credere quatuor Doctoribus eccleſiæ Reſpondeo, quod ipſi quatuor Doctores fuerunt ſanctæ uitæ, & ſunt in patria, Lutherani verò vel valdenſes ſũt equi ac ſues, luxui, ſummopere ſtudẽtes, & ideo non creditur ipſis, quia ſũt damnati.

Quintò aut credis in vnam ſanctã catholicam, & Apoſtolicam eccleſiã, aut non, ſi non Iudæus aut Græcus, & Lutheranus, ſi ſic eccleſia tenet Purgatorium, & ordinauit ſuffragia pro illis, qui ſunt in Purgatorio, ergo datur locus Purgatorij.

Sextò ad confuſionem negantium Purgatorium. Plato gentilis, in Timęo dicit. Spiritus humanus hinc abſcedes, vbi purgatus eſt, habitat cum Deo. ergo. &c.

Si modo quæras vbi eſt locus Purgatorij? Reſpondeo vel loqueris de (Th. in 4. d. 45.) communi, vel de particulari, ſi de cõmuni dico, quod ſunt quatuor loca ſub alternata ſubtus terram ſcilicet Infernus damnatorum. Locus puerorum, qui baptizati non fuerunt. Purgatorium, Limbus patrum; ſi autem de particulari? Reſpondeo vbi Deo placuit ibi eſt, vel in aere uel in aqua, vel in igne, in quibus locis, vel cum quibus animabus ſemper ſunt dęmones ad miniſtratores diuinæ iuſtitiæ, Quare autem Deus aſſignet purgatorium particularẽm? Reſpondeo aliquando, ut qui magna comiſerunt peccata, ibi puniantur, aliquando, vt poſſint petere ſuffragia à ſuis amicis, aliquando ad noſtram doctrinam ut doceant. Exemplum Grog. in Dialogo, qui ponit de illa anima exiſtentes in glacie, quæ fuit liberata ſuffragiis triginta Miſſarum. Ad ſecundum aliqui dicunt, quod (Propoſitum.) omnibus proſit æqualiter, ratio autẽ eſt vbi eſt charitas communis ibi omnia

nia ſunt communia, ſed in Purgatorio charitas eſt communis, ergo &c.

Exemplum licet ſacerdos habuerit ab uno eleemoſynam pro Miſſa dicenda, tamen multi illam audiũt. Et ſi dicas eccleſia ordinauit, quòd filiis propatribus & amicus pro amico. &c.

Reſpondent iſti, quòd eccleſia hoc fecit, ut feruentius moueantur, quia ſi ſcirent omnia eſſe communia, nil facerent. Quæ opinio non tenetur à Theologis.

Fra. Bona. & Thom. Aliqui autem diſtinguentes de oblationibus diuinis; aut de illis, quæ factæ ſunt in diebus generalibus, aut de illis, quæ factæ ſunt in diebus ſpecialibus.

Si primo, ut in die mortuorum, vel diebus feſtiuis &c. dico, quod qui eſt in maiori charitate, magis participat, & è contra, hoc confirmat Augu. in lib. de cura pro mortuis dicens, ſuffragia proſunt defunctis, ſecũdum quòd vnuſquiſq; magis meruerit ĩ hac uita, & ſic forte prima opinio loquitur de iſtis bonis generalibus. *Aug.*

Si ſecundò ut in diebus ſpecialibus quando filius pro patre, & amicus pro amico orat, ſic dico quod magis illi, pro quo oratur, quàm alteri prodeſt.

Exemplum, ſoluo centum coronatos pro illo qui eſt in carcere, illum ſolum libero, tamen dicendum eſt, ꝙ quia in Purgatorio eſt charitas communis, ideo omnes gaudent de ſuffragiis particularibus alterius. Si autem dicas, quomodo debeam orare pro amico, quia neſcio ubi ſit? Reſpondeo, aut eſt mortuus, aut eſt uiuus, ſi eſt mortuus, aut eſt in cęlo, aut in inferno, aut in purgatorio; ſi in cęlo, prodeſt ad gloriam accidentalẽ, quia licet illud bonum non poſſit illis prodeſſe, quia non indigent, tamen gaudent, & illud bonum ad te reuertitur, & ille ardentius pro te orat, altius dici poteſt ꝙ orationes quæ fiunt pro his qui ſunt in cęlo ſunt gratiarum actiones, & non ſuffragium. Si in inferno ad te reuertitur illud bonum, quia illis non poteſt prodeſſe. Si in purgatorio. Reſpondeo, aut indiget toto illo ſuffragio, aut non. Si primum, illi confert & prodeſt, ſi autem ſupereſt, diſtribuitur aliis animabus exiſtentibus in Purgatorio, & illæ animæ, quæ ſunt in maiori charitatis gradu magis participant.

Si autem eſt uiuus, dico, quòd ſuffragia proſunt in uita ſicuti in morte.

Exemplum dat Greg. 4. dialogorũ de illa, quæ fecit celebrare Miſſas ſancti Gregorii pro marito exiſtente in carceribus credente ipſum eſſe mortuum, quibus finitis liberatus eſt, & veniens domum cognouerunt liberationem ab illa cauſa &c. *Greg. Exemplum pulcrum.*

Ad tertium. Reſpondet Greg. & hæc reſponſio confirmatur ab eccleſia, quòd animabus defunctorum quatuor modis poſſumus ſuffragari. *3.q.2.c. Animæ defunctorum.*

Primò oblationibus ſacerdotum, & hic eſt notandum quòd Miſſa habet virtutem à quatuor primo à Chriſto, & eius paſſione, quia fuit primus, & ſummus ſacerdos, in perſona cuius, ſacerdotes nunc accedunt ad altare. hoc facite in meam commemorationem, ſecundò Miſſa habet virtutem ab eccleſia, quæ ſemper eſt à Spiritu Sancto recta, & in gratia Dei, ego uobiſcum ſum uſque ad conſumationẽ ſeculi, tertio Miſſa habet meritum ratione maioris dignitatis offerentis ſcilicet ſacerdotis. Reſpexit Deus ad Abelem & poſtea ad munera eius. quartò Miſſa habet uirtutem ratione maioris charitatis facientis illam offerre. Ratio iſtorum eſt, quia in Miſſa duo ſunt, ſacramentum, & ſacrificium, primum, eſt æqualiter in omnibus Miſſis, Secũdum vero plus vel minus ſecundum charitatem offerentis, & facientis offerre. Et ſi quæratur, quantum de pęna tollit oblatio Miſſæ? Reſpondeo, quòd hic ſunt duæ opiniones. *Greg. — Luc. 22. — Math. — Gen. 4. — Dur. in 4. di. 12.*

Prima, quòd non omnis Miſſa tollit totam pęnam animæ, quia ſi ſic, cito

to euacuaretur purgatorium. Sed plus & minus ſecundum diſpoſitionem of ſerentium.

Auiſſo-da. Alia opinio eſt talis, quod una Miſſa multas animas liberat ſi offerentes ſunt bene diſpoſiti ſcilicet in gratia. O ſanctum ergo ſacrificium; ò mirabile ſacramentum.

Sco. quo-li.q. Secundò precibus ſanctorum, quia inter omnia opera meritoria, oratio, de ratione ſui, eſt placans, & reconcilians Deo, & ideo eccleſia Dei ordinauit tot ſacerdotes, ut ſuis orationibus pro peccatis populi orarent.

Tertio, aut Eleemoſynis carorum, quia eleemoſyna ſoluit debitum, & habet rationem ſolutionis debiti. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum, vel pœnam peccati exemplum de Iuda Macha. qui 12. millia drachmas. &c.

Mach. 2 12. Quartò aut Ieiuniis cognatorum ideſt amicorum, quia ieiunium conſumit uitia carnis, mentem eleuat ad ſuperna, dat uirtutes contra dæmones, dimittit peccata.

Exemplum Dauid. Ezech. & ſic concludunt Sancti Doctores, Ideo nos dare debemus eleemoſynas, orare, ieiunare, ut ſancti omnes gaudeant nobis bene operantibus, & gaudentes orent Deum pro nobis.

Quintò etiam animabus defunctorum ſuffragantur Sanctæ Indulgentiæ (ſicut iam dictum eſt alias, &c.)

Ad quartum Reſpondeo quòd animæ conqueruntur exiſtentes in purgatorio, primò de falſis religioſis, qui ha buerũt eleemoſynas, & obliti ſunt. &c. contra quos impleti ſunt, & ſaturati ſunt, & obliti ſunt mei.

Secundò lamentantur de falſis executoribus, vel commiſſariis, qui luxurioſe uiuendo, & in ſuis mercibus exponunt pecunias defunctorum tenentes concubinas, & non tradunt executioni, quæ exequenda ſunt &c.

Tertiò lamentantur de falſis notarijs, qui pecunia ſeducti, uel teſtamenta falſo condiderunt, vel occultarunt contra uoluntatem illorum, qui teſtati ſunt &c.

Quarto lamentantur de falſis Iudicibus, qui ſententias tulerunt contra voluntatem teſtatorum, cum euidenti damno eccleſiarum, & pupillorũ. &c.

Quintò lamentantur de falſis hæredibus, qui in hoc mundo, bona temporalia derelicta in luxurijs, in ludis ĩ põpis, & in crapulis diſsipant, ſine memoria miſerorum parentum in grauiſ- Oſee 13
ſimis pœnis purgatorij exiſtentium, qui cõtinue clamant uindictam apud Deum Diſcurre. Eia ingrati filii audite, & ſuccurrite patribus, & matribus veſtris, ut Deus det vobis gratiam in hoc mundo, & gloriam in alio. Amen.

LAZARVS MORTVVS EST
Ioann. XI.

SI mens humana obcęcata in peccato, mortis diem cogitaret, omnino vitia, mundiq; vanitates deponeret. Vnde Augu. nil eſt, quòd tam re
Augu. Greg. *nocet à peccato, quam frequens cogitatio mortis. Et Greg ad domanda carnalia deſideria neceſſaria eſt cogitatio mortis, & tanto magis, quia mors hac in machina mundi nobis eſt obſcura, tres enim dies habemus ſcilicet diem noſtri ortus, diem vitæ & diem noſtrę mortis. Ideo Apoſtolus*
Rom. 1. *Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere ſcilicet de peccato, & cogitare diem*
Mat. 25. *mortis & Vigilate, & orate, quia neſcitis diem, neque horam. Ideo conformiter cum euanglio de morte aliqua pertractabimus.*

INTRODVCTIO EVANGELII.

DIſputatur. Vtrum quilibet Chriſtianus ſub pęna peccati mortalis teneat bonum exemplum præbere aliis, ut accipientes, & ipſi dent exemplum aliis? Reſpondeo ꝙ Chriſtiani ſunt in duplici ſtatu, Quidam ſunt Laici, & iſti tenen-
Mat. 18. tur ex verbo Chriſti: Quicunq; ſcandalizauerit vnum de puſillis, iſtis, qui in me credunt, expedit ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Quidā ſunt clerici Deo pęnitus dediti, & iſti tenentur magis, quàm Laici, & grauius peccant, quia Chriſtus. Sic Luceat
Math. 5 Lux veſtra coram hominibus, ut videant veſtra bona opera. &c. Nec mirum ſi Iudæi laudauerunt Deum, quia viderant bonum opus, & Sanctum à Chriſto factum ſcilicet reſurrectionē Lazari. Sed videamus textum.

Erat quidam languens Lazarus à Bethania, de caſtello Marthæ, & Mariæ ſororum &c. Conſuetudo præliātis cum hoſte eſt, quòd uolens illum ſuperari ponit enſem ſuum in loco, adeò periculoſo corpori ſui inimici, vt de duobus alterum ſequatur, vt aut inimicus moriatur, aut ſe ſeruum reddat victori &c. Sic Chriſtus, hodie prędiando in hoc mundo cum Diabolo fecit miraculum, adeò mirabile, quòd confudit dęmonem, & Iudæos. Et quia textus præſentis euangelij eſt nimis prolixus. Ideo tantum hiſtoriam dicemus.

Erant duæ ſorores ſcilicet Martha, Simile.
& Maria, & licet aliæ eſſent Mariæ, tamen iſta fuit, quæ lauit pedes domini, quæ erant de Bethania, in qua habebant caſtrum, habentes fratrem Lazarum nomine; & languens erat. Dicitur languens, quia uirtute naturali erat incurabilis, & quia Chriſtus amicus eis erat propter hoſpitium, quo ibi multoties ſuſceptus fuerat cum matre, & diſcipulis, Ideo ad illum nuntium narrantem infirmitatem Lazari miſerunt. Qui dicunt.

Domine ecce, quem amas infirmatur, Quare autem non dixit ueni? Reſpondeo, quia inter veros amicos non eſt opus verbis, quia ſciunt quia agendum.

Hęc infirmitas (ait Chriſtus) nō eſt ad mortem. Quare ſi mortuus eſt, Chriſtus dicit, non eſt ad mortem? Reſpondeo, quia voluit inferre, ꝙ

ſi erat moriturus, non tamen in morte permanſurus. Vt ergo audiuit, quia infirmabatur manſit in illo loco duobus diebus ſcilicet trans iordanem, vbi Ioannes Baptiſta fuit baptizans. Si dicas quare non iuit ſcito more boni amici? Reſpondeo, quia volebat expectare ipſum ſepultum eſſe etiam quoniam Lazari infirmitas erat letargiæ. quæ ſpatio dierum 40. dormire facit. ad illud vſque tempus, differre addentum voluit. Poſt hæc dixit diſcipulis. Eamus iterum in Iudæam, hoc autem dicebat ſciens Lazarum eſſe mortuū. Reſponderunt diſcipuli.

Nunc quærebant te Iudæi interficere, & tu vadis illuc? qui eis dixit. Nonne ſunt duodecim horæ diei? Quaſi dicat homo non ſemper in eodem propoſito permanet. Si quis ambulauerit in die, non offendit. Si autem in nocte, offendit quia lucem &c.

Notandum eſt quod Chriſtus loquitur per exemplum, ſicut enim ambulans de die poteſt ſe defendere à ſuis inimicis illos videndo ſic per oppoſitū ambulans in tenebris non poteſt ſe defendere. Cum ergo Chriſtus ſit lux mundi uoluit in ferre, quòd ſi diſcipuli irent ſecum, non paterentur. Videns autem Chriſtus, quòd diſcipuli recuſabant ire ſecum in Iudæam, dixit.

Lazarus amicus noſter dormit. Sed vado ut excitum eum à ſomno. Quæritur ſi Lazarus mortuus erat quomodo dormiebat? Reſpondet Auguſt. ꝙ apud nos erat mortuus, ſed apud omnipotentem Deum dormiebat, quaſi dicat ſicut nos à ſomno facile excitamus aliquem, ita Chriſtus facile à morte ſuſcitat. Aug.

Reſponderunt diſcipuli recuſantes & non intelligentes parabolam mortis, dicentes. Si dormit ſaluus erit, quaſi dicant, eſt bonum ſignum, ideo non oportet nos ire in Iudæam.

Tunc Chriſtus aperte uidens, quòd diſcipuli recuſabant dixit, Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter uos, quoniam non eram ibi, ſed eamus ad eum. Quare cum ſit peccatū de malo proximi gaudere Chriſtus gauiſus eſt de morte Lazari? Reſpondeo, ꝙ non eſt gauiſus de morte Lazari malo fine, ſicut faciunt inimici, ſed bono, propter miraculum, quod futurum erat.

Reſpondit Thomas Didimus id eſt dubius, dicens eamus & nos & moriamur cum illo, primus ſenſus eſt quaſi dicat, noſter præceptor uult mori, & occidi à Iudæis, eamus & nos, ut cognoſcat nos morituros ſecum, ſi oportet. Secundus eſt Chry. Eamus & nos, quaſi dicat, melius eſt mori cum illo, quàm viuere ſine ipſo. Chry.

Venerunt itaque propè portam Bethaniæ, & inuenerunt Lazarum ſepultum, iam quatuor dies habentē, erat autem Bethania iuxta Hieruſalem, quaſi 15. ſtadiis id eſt quaſi duob' milliaribus. Ideo multi ex Iudæis de Hieruſalem venerunt ad Martham, & Mariā, vt eas conſolarentur. Martha autem, vt audiuit quia dominus venit, occurrit illi lachrymando dicens. Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus, ſed ſcio quòd quæcunque popoſceris à Deo dabit id eſt dediſſet tibi Deus.

Notandum quòd aliqui dicunt, ꝙ non rectè Martha locuta eſt, quia oſtendit ſuis verbis, Chriſtum non poſſe ſanare Lazarum in abſentia (ibi ſi fuiſſes hic) ergo melius dixiſſet, ſi, dixiſſet potuiſti ſanare Lazarum ~~& non ſanare Lazarum~~ & non ſanaſti, Chry. tamen ſaluat eam, dicens quod locuta eſt non plenè edocta de eius diuinite, & quòd non fuit parum, quòd Martha crederet, quòd ſi Chriſtus, citò veniſſet, potuiſſet ſanare Lazarum. Chry.

Cui Chriſtus. Ego ſum reſurrectio, & vita (ſcilicet cauſa) qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit, uiuet, credis hoc? At illa, ego credo, credidi, & credam ſemper, quia tu es Chriſtus filius Dei viui ſcilicet naturalis, & per

conſe-

conſequens, æqualis & in potentia, qui in hunc mundum veniſti (ſcilicet ad oſtendendum potentiam Dei) in quibus verbis placet pro doctoribus notare quòd hæc mulier octo confeſſa eſt de meſsia in quibus tota conſiſtit fides.

1. Quod ipſe eſt ſecunda perſona in trinitate per illud verbum tu, nam de patre ſcriptura loquitur in prima per ſona, ego, & de Spiritu Sancto in tertia ille de filio vero in ſecunda.

2. Quod ſit de ſubſtantia, & eſſentia patris. per illud verbum es. quòd eſt verbum ſubſtantiuum.

3. Quod duas naturas habet in ſe diuinam, & humanam. per illud verbum Chriſtus. quòd ſignificat duo. Deum & hominem.

4. Quod ſit genitus ab æterno à patre per illud verbum filius, qui relatiue ad patrem intelligitur.

5. Quod. pater eius non fuit Ioſeph, vt male dicunt hæretici. ſed Deus. per illud verbum Dei.

6. Quod Deus pater domini noſtri non eſt deus falſus. mendax, & mortuus, ſed verus, & ſemper uiuens, per illud verbum uiui.

7. Quod Chriſtus & meſsia non eſt filius Dei adoptiuus ſicut nos. ſed naturalis & de ſubſtantia eius, per illud verbum filius dei uiui.

8. Quod in mundum venerit incarnari & ſaluare, per illud verbum qui in hunc mundum veniſti.

Poſt hæc Martha uocauit Mariam ſororem, quæ domi erat cum Iudæis de Hieruſalem, at ipſa, relictis illis, cucurrit ad Domini pedes, quem ut uidit dixit ha domine, ſi fuiſſes hic non eſſet mortuus frater meus.

Notandum, quòd Maria habuit tres dolores.

Primum de morte fratris.

Secundum de abſcentia tanti temporis Chriſti.

Tertium de tradítate eius aduētus. Interea venientes Iudæi ſequentes Mariam, & putantes illam ad monumentum ire, inuenerunt illam plorantem ante Chriſtum. Chriſtus, autem videns Lachrymas Magdalenæ, Marthæ, & Iudæorum infremuit ſpiritu & lachrymatus eſt, dicens. Vbi poſuiſtis eum, & eundo ad monumentum dicebant illi videntes Chriſtum lacrymari. Ecce quomodo amabat illum; aliqui autem dicebant, nonne hic eſt, qui aperuit oculos cœci nati? Nonne hic poterat facere, quòd non moreretur? Et cum iam perueniſſent ad monumentum, erat autem ſpelunca ibi. adeò diſpoſita, quòd clarè cognoſcebatur, quòd lapis non erat motus, dixit.

Tollite lapidem (quo ſublato) Martha amore languens ſtatim poſuit caput ſuper monumentum, & ſenſit fœtorem, & lachrymans vertens ſe Chriſto, dixit. Ah domine iam fetet quatriduanus eſt, quaſi dicat, apud te omnia ſunt poſsibilia, ſed quia fœtet, diffido. Tunc Chriſtus nonne dixi tibi, ſi crediders in me, videbis gloriā Dei? & leuatis oculis, & facta oratione ad Deum, dixit. Lazare veni foras, & quia ligatus erat ſubintulit, ſoluite eum, & ſinite abire, & ſtatim prodiit qui fuerat mortuus, & Chriſtus dixit palpate, vt credidatis, & multi crediderunt in eum. &c.

Primum documentum. In noſtris infirmitatibus ad Chriſtum primum medicum currere debemus, & non ad incantationes diabolicas. Exemplū, hodie, quia mulieres ad Chriſtū. &c.

Secundum documentum. Amici veri tempore neceſsitatis cognoſcuntur, quia non verbis, ſed factis, veri amici ſuccurrunt (ſed oppoſitum fit, hodie, exemplum Chriſtus Lazarum factis, non verbis ſolum iuuit, &c.

Tertium documentū. Dum ſumus in hoc mundo, in peccatis ligati ſumus, manibus, & pedibus, quia non eleemoſynę fiūt. Ergo Chriſtus diſſoluite ſcilicet à peccatis.

Quartum

Quartum documentum. Debemus ſemper cogitare mortem, vt à uanitatibus huius mundi diſtrahamur, hoc Chriſtus commemorat nobis hodie dicens, Lazarus mortuus eſt. De qua morte nonnulla duxi eſſe a nobis dicenda. &c.

Primò. Videbimus quid ſit mors.

Secundò. Si mors ſit pœna peccati primorum parentum.

Tertiò. Vnde oritur mors.

Quartò. Quare mortui non ſunt flendi.

Quinto. Quare homines tantum timent mortem.

Ad primum dico ꝙ mors eſt multiplex, prima dicitur Secularis, de qua Chriſtus dicit, qui reliquerit patrem, aut matrem aut, fratres &c.

Mat. 19 Et hoc eſt ingredi religionē, de qua non loquimur hodie, ſecunda dicitur Criminalis, & hoc eſt peccare mortaliter,
Luc. 16. mortuus eſt diues, & ſepultus eſt
Pſ. 33. in inferno, tertia dicitur Infernalis, & hoc eſt mori in damnatione ſine gratia, & gloria Dei: mors peccatorū peſſima, quarta dicitur Corporalis, & hęc remedio caret qui, eſt Homo qui viuit & non videbit mortem Vnde vulgo dicitur, ad omnia, remedia inueniuntur, niſi ad mortem. Vnde autem dicatur mors, aliqui dicunt a Mero ꝙ græce eſt diuido, ſcilicet animā a corpore. Aliqui autem a mordeo des, quia mordet cor hominis ſeparando animam a corpore. Aliqui autem a morſu conſcientiæ, quia ſcilicet hominē conſiderantē pœnam futuram in alio mundo, conſcientia mordet, & ſic a multis peccatis ſe abſtinet. Aliqui autem, & bene, dixerunt, quia mors dicitur a morſu primorum parētum quia
Gen. 2. Deus quacunque hora comederis de ligno vitæ, morte morieris.

Ad abundantiorem doctrinam diſtinguitur de ſtatu hominis quantum ad mortalitatem.

Mag. in 2. Sen. Primo in ſtatu Innocentiæ, dico, ꝙ licet homo habuiſset potentiam moriendi, tamen nunquam illa potentia eſſet reducta ad actum, quia quilibet fuiſſet translatus a Deo in paradiſum, antequam fuiſſet alteratus alteratione improportionata eius naturæ. Vnde notandum faciliori modo, ꝙ creato Adam, Deus dedit illi liberum arbitrium, & dixit ei, uel nis mihi obedire uel non. Si uis mihi obedire nunquam morieris actualiter, bene uolo, quòd habeas potentiam moriendi, & hoc propter maiorem tuum honorem.

Nolo tamen, quod potentia reducatur ad actum, & quando uidebo, ꝙ non poteris te ipſum regere, ſed moriendum ſit. Ego tunc transferam te in Paradiſum, Antequam venias ad mortem. Si autem non uis mihi obedire hoc vnum certo ſcias, quod morieris.

Aliqui autem dicunt, quod Deus dixit Adæ. vel uis obedire mihi, uel non. Si primo es immortalis, Si ſecundo es mortalis, conueniunt tamen ambo in uolito, quod peccatum primorum parentum fuit cauſa noſtræ mortalitatis.

Eccleſia autem hoc confirmat dicens, ſiquis dixerit Adam primum hominem mortalem factum, ut ſiue peccaret, ſiue non, moreretur in corpore, anathema ſit. de con. 4. c. pla.

Secundo in ſtatu naturæ lapſæ ſcilicet poſt peccatū, & ſic dico quod homo non poteſt non mori, quia habet neceſsitatem moriendi.

Sed quæreret aliquis, Cur Deus nō donauit immortalitatem hominibus, Beda. Reſpondet Beda (ſuper epiſtolā Pau. quia niſi mortalitatem homo guſtaſſet, fœlicitas carnis augmentata eſſet, & fortitudo fidei diminuta quia ſcilicet aliam fœlicitatem in alio mundo homines non credidiſſent, & fidem in deum ſe ſaluandi in patria, nō habuiſſent, ſicut modo habent ueri fideles. Ita ut homo, uel ſero, uel cito, opere pretium eſt ut moriatur. Vnde ille poeta canebat.

Dicite qui ſapitis, quid prodeſt tem pore longo
Viuere? quid multos conſenuiſſe dies?
Serius, aut citius, tumulis includimur atris
Omne ſemel natum mors violenta rapit.

Tertio conſideratur ſtatus hominis in die iudicij & ſic dico, quod homo poterit non mori. (loquendo tamen de morte ſpirituali) quia ſcilicet homo ſi bene fecerit uiuit in cęlo.

Innocen. Vnde Innocentius de vilitate conditionis humanæ dicit, valete amici mei & pro me ſemper orate iter enim pergo in quod nunquam ambulaui, ad aliam patriam, quam nunquam vidi, ad aliud ſeculum, unde nullus reuerſus eſt, ad iudicium terribilæ, in quo quid mihi contingat neſcio.

Ad ſecundum, dico, videlicet an mors ſit pęna peccati dico quod aliqui duobus medijs voluerunt probare, quod non, dicentes, ſic, quia mors & alii defectus corporis, ut infirmitas, perſecutio, &c. Inueniuntur tam in hominibus, qua in brutis, unus eſt hominis interitus, & iumentorum, & æqua utriuſque conditio. Sed mors brutorũ non eſt pęna peccati, quia non peccant, ergo non eſt pęna pro peccato hominis. Eccl. 3.

Secundo medio ſic, omnis pœna eſt afflictiua, hoc patet in ieiunantibus qui affliguntur. Sed mors nõ eſt afflictiua, quia homo mortuus non ſentit afflictionem ergo mors non eſt pœna peccati.

Ad hanc difficultatem & argumenta, Reſpondeo quòd mors eſt pęna peccati primorum parentum, & hoc probatur ratione, & auctoritate, primò ratione. Creato Adam, Deus dixit quod ſi bonum eligeret ſcilicet obediẽtiam, bonum eſſet ſibi, & poſteris; & ſi malum ſcilicet inobedientiam, ipſe cum poſteris ſuis puniretur. Sed quia Adam elegit in obedientiam, ideo nõ ſolum ipſe punitus eſt mortalitate, qa pro rata ſua ſatisfecit moriendo, ſed etiam fecit nos omnes debitores morti, quia unuſquiſque moriendo, pro rata ſatisfacit, ſecundò probatur auctoritate, apoſtolus per vnũ hominem peccatum intrauit in mũdum, & per peccatum mors. Augu. de ciui. Dei, fatendum eſt primos homines ita fuiſſe inſtitutos, vt ſi non peccaſſent nullum genus mortis reperiretur, & Idem. Rom. 5. Aug.

Tertio de ciui. Dei. Deus de lege naturæ, nullam mortem fecit ergo Adã peccando illam fecit, Ergo eſt pęna peccati.

Ad primam ergo rationem, quæ probat, quòd non, reſpondeo, quòd il la ſimilitudo hominis ad bruta, tenet quo ad corpus, non autem quò ad animam, quia anima hominis immortalis eſt.

Ad ſecundam dico quòd mors poteſt capi dupliciter, primo in quantũ eſt priuatio corporis. ideſt præſuppoſita anima ſeparata, & ſic non eſt afflictiua, quia homo mortuus non ſentit, nec affligitur corporaliter, ſecũdo modo mors capitur pro illa pœna, quam homo ſentit, quando incipit priuari, & ſic eſt afflictiua, & illa afflictio eſt ſatisfactio pro peccato primorum parentum, quia quilibet ſatisfacit pro rata (vt dicitur) & pro parte ut ſupra dictum eſt: Tamen hic duo quæruntur.

Primò ſi corpus ſatisfacit pro peccato primorum parentum, ferendo pœnam mortis, Quare etiam anima non debet ſatisfacere, cum Adam, & Eua peccauerint corporibus, & animabus? Reſpondeo, quòd licet anima noſtra non ſatisfaciat moriendo, ſicut corpus, quia immortalis eſt ad differentiã animarum brutorum, tamen ſatisfacit duabus pęnis.

Prima dicitur rebellio ſcilicet corporis ad animam, quia anima perdidit dominium corporis, ibi, repugnat caro

caro aduerſus ſpiritum, &c.

Secunda dicitur commemoratio ſcilicet mortis, quia anima conſiderã do ſeparationem à corpore. Semper aſſligitur. Exemplum, quando aliquis recordatur ſe moriturum ſuſpirat. &c.

De prima pœna dicit ſcriptura ſub te ſcilicet ratione erit appetitus tuus & dominaberis illius. De ſecunda pœna. Memento homo quia puluis es & in puluerem reuerteris. Ideo Deus fecit illis tunicas pelliceas in ſignũ mortalitatis.

Gen. 3.
Gen. 3.

Quæritur ſi Lazarus, & alij, qui reſurrexerunt ſatisfecerũt in prima morte, quid ergo fecerunt in ſecunda? Reſpondet Aug. 15. de ciuitate Dei ciuitate Dei, quod prima mors fuit ſatisfactoria pro peccato, ſecunda verò meritoria quia tanto plus meruerunt.

Aug.

Ad tertium Reſpondeo aſſignando quatuor cauſas mortis videlicet duas intrinſecas, & duas extrinſecas.

Bo. in 2. di. 19.

Prima intrinſeca dicitur ſuperatio, pro quo notandum, quod uita hominis conſiſtit in duobus æqualiter ſcilicet in humido radicali, & in calore naturali, ita ut unus non ſuperet alium, & dum ſtant in æquali proportione homo eſt ſanus, in alteratione verò unius iſtorum, homo infirmatur, ſecundum magis & minus.

Secunda cauſa intrinſeca dicitur abſtractio. ſ. cibi corporalis, ſine quo, homo moritur, quia omne animal quãdiù uiuit, indiget commeſtione conuenienti.

Prima cauſa extrinſeca dicitur violenta, ut interficere hominem, aliquẽ præcipitare &c.

Secunda extrinſeca dicitur contraria & hoc tripliciter primò quando continens corrumpit contentum directè, ut ignis hominem, ſecundo quando continens corrumpit contentum indirectè, vt aqua, prohibendo homini, ea, quæ ſibi ſunt neceſſaria ſcilicet hanelitum, ut quando quis mergitur, tertio quando contentum corrumpit continentem, ſed non ita cito, vt aer infectus, locus humidus.

Ad quæſitum ergo Reſpondeo, quod homo eſt mortalis per illas quatuor cauſas, vel per vnam illarum cauſarum, uel intrinſecarum, vel extrinſecarum. Ex qua declaratione ſequitur altercatio inter doctores, quia aliqui tenent, quod uita hominis, & per conſequens mors conſiſtit in quatuor elementis: dico quod iſta quatuor ſunt in corpore, & quod alteratio vnius iſtorum elementorum generat mortem in corpore. Aliqui autem tenent ut ſupra dictum eſt in prima cauſa intrinſeca, & demõſtratiuè oſtẽdunt, illa duo eſſe in corpore formaliter.

Tho.

Quatuor autem elementa non ſunt formaliter in corpore, ſicut humidũ radicale, & calor naturalis, ſed bene iſta quatuor elementa ſunt virtualiter in corpore.

Bo. & Sim.

Exemplum: Iſte calor meus naturalis non eſt ignis, ſed virtus, iſta caro, non eſt terra, ſed uirtus ipſius terræ; Sed humidum radicale, & calor naturalis ſunt formaliter in corpore.

Ad quartum. Reſpondeo propter quatuor rationes.

Primò, propter diſtinctionem ſcilicet quia vnuſquiſque habet quicquid meruit.

Nam quidam moriuntur contra Chriſtum ſcilicet in peccato mortali, De quibus Dauid, Mors peccatorum peſſima & iſti in inferno habent pęnam damni, & ſenſus. Aliqui moriuntur ſine Chriſto ſcilicet ſine baptiſmo. Augu. firmiſſime teneo, paruulos ſine ſacramento babtiſmi e vita decedẽtes æterno ſupplicio puniendos, & iſti habent pęnam damni tantum, & ſemper. Aliqui moriuntur cum Chriſto. ideſt cum omnibus neceſſarijs ad fidem.

Pſ. 33.
Augu.

Vnde eccleſia ſi mortui ſumus cum Chriſto viuemus cum eo, & iſti in

Purgatorio habent pœnam damni,& ſenſus,ſed vſque ad tempus.

Ps. 115. Aliqui moriuntur propter Christũ, vt Sancti.&c. pretioſa in conſpectu domini, mors ſanctorum eius, & iſti in paradiſo ſunt.

Si ergo unuſquiſque habuit quòd meruit, ideo non ſunt flendi mortui.

Sed dices ſi mortui non ſunt, flendi, quare Chriſtus fleuit ſuper Lazarũ vt diximus, & videmus in textu?

Beda. Reſpondet Beda, quòd non flebat mortuum, quem ipſe ſuſcitauit, ſed mortem, quam ſibi homo peccando comparauit, Si enim peccatum non præceſſiſſet, ſine dubio mors non ſecuta eſſet, quia mors animæ præceſſit deſerendo Deum, & mors corporis ſecuta eſt deſerente anima, prima deſeruit volens, ſecunda coacta eſt deſerere, nolens.

Secundò quia leuius fit patientia, quiquid corrigere non licet, quia lachrimæ non ſuſcitant mortuos, nec adiuuant. Vnde notandum, quòd neque pompa, quæ his temporibus fieri ſolet. Nam inquit Beda, quòd pompa funebris eſt, uiuorum parentum morantium conſolamen, non tamen mortuorum ſubleuamen. Beda.

Tertiò propter diuinam uoluntatem quia ſi uitam habemus à Deo, mutuo dat, & accepit animam, quando ſibi placuit. Ideo. Iob. Dominus dedit dominus abſtulit &c. Iob. 1.

Seneca. Quartò propter legem communem. Seneca, morieris, quid ultra? nec primus, nec vltimus, ad hanc legem cũcta gignuntur. Item Solon Phi. moriẽs & audiens aſtantes plorantes reprehẽdit eos dicens, non eſt dolendum, de eo, quòd eſt commune & naturale; Si dicas non poſſum, non dolere. Reſpõdeo quòd debes dolore de tribus, primo de tempore, quia neſcis quando? Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces hamo, & aues laqueo, ſic homo morte capitur, ſecundo de loco. Seneca ad Lucillum. Incertum eſt quo in loco te expectat mors. Solon. Eccle. 9. Seneca.

Exemplum illorum, qui faciunt ſibi domos dicendo, hic moriar. &c. tertiò dolendum eſt de modo, quia quidam non confeſſi, quidam deſperati &c. Ideo eſtote parati, quia neſcitis: Vnde quidam conſiderans hæc tria, ingemuit dicens.

Pergite perpetui fletus, ſæuique dolores
In lachrymas tria me delituiſſe iubent
Quòd nequeam uitare necem, aut tẽpora mortis.
Ignoro aut animæ, quæ loca danda meæ.

Ad quintum Reſpondeo, quia non ſunt pęnitentes, neque eos de peccatis ſuis piget, probatur primo ex veteri teſtamento; Iob, peccantem me quotidie, & non me pœnitentẽ timor mortis conturbat me, ſecundo ex nouo teſtamento Pau. ſtimulus autem mortis peccatum eſt. Vnde Pau. cum in gratia Dei eſſet, dixit cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Quare quidam frater conſiderans quòd in hoc mundo nil boni eſt Moriens dicebat. Iob 1. 1. Co. 15 Auctor huius operis i ſuo ſepulcro Ferraria

Flens veni in terras, & flens diſcedo, fuitq;
Dum uixi, fletus, uita, dolor gemitus.

Itaque & nos gratiam Dei quærere debemus cupientes diſſolui, & eſſe cũ Chriſto, ut unà cum ipſo ſine fine gaudere valeamus. Amen.

VERBVM CARO FACTVM EST *Ioan. I.*

Tamet ſi plurimę, diuerſęq; ſint prophetię loquentes de filij Dei aduentu, tamen tres principales inuenio, prima verè tu es Deus abſconditus ſaluator Iſrael, ſecunda Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel ideſt nobiſcum Deus, tertia Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & vocabitur magnus conſiliarius, princeps pacis, & pater futuri ſeculi. De quo aduentu in vtero Virginis Marię pauca dicemus. *Iſa. 45.* *Iſa 7.* *Iſa. 9.*

PRimum. Quomodo Trinitas miſit filium Dei in uterum Virginis.

Secundũ. Quomodo poteſt probari poſſibilitas incarnationis in vterum Virginis.

Tertium. An per iſtam incarnationem homo debuerit ſaluari.

Quartum. Quarè per iſtam incarnationem natura humana, & non Angelica liberata eſt.

Quintum. Quarè nomẽ Mariæ Virginis conſiſtat in quinq; literis.

Ad primum vide tertium punctum in ſabbato dé Annunciatione Virginis Mariæ.

Ad, ſecundum dico, quòd Incarnatio filij Dei in vtero Virginis tribus modis probaẽ. Et primo rõne omnipotẽtiæ, ſic. Deus eſt omnipotẽs, & põt omnia facere, & tanto magis, quanto dicimus Deũ facere aliquid, qđ nõ dicat defectũ & imperfectionẽ, qa nil aliud eſt, niſi, quòd illa perſona æterna ſit unita carni. Ergo ſi dicas duæ naturæ in uno ſuppoſito non poſſunt ſtare. Reſpondeo, quòd hoc eſt falſum, nam videmus corpus obſeſſum a Diabolo habere duas naturas, ſimiliter videmus in una planta amigdalum & perſicum, ergo &c. ſecundo ratione excellentiæ probatur poſſibilias Incarnationis ſic. Potentia Dei eſt excellentisſima, quia plus poteſt Deus, facere, quàm homo dicere, & cogitare, ſed Sancti patres ante incarnationem Chriſti non ſolum cogitauerunt incarnationem eius, ſed illam uocauerunt, & tot ſupplicationibus, ut haberent Chriſtum in carne Deum rogauerunt. *Hylar. dum.*

Ergo à fortiori Deus potuit hoc & & voluit facere, &c.

Tertiò ratione conuenientiæ, nam eorum eſt facilis vnio, quæ habent ſimilitudinem ad in uicem, ſed Deus fecit hominem ad ſuam imaginem, & ſimilitudinem. Ergo Chriſtus, potuit incarnari in vtero Virginis.

Contra contraria non poſſunt ſimul ſtare, ſed natura diuina & humana ſunt huiuſmodi, ergo non potuit ſe incarnari. Minor probatur, quia Deus eſt infinitus, immortalis, impaſſibilis; homo verò eſt oppoſitum. Ergo. &c. *Phil. 4. Math.*

Secundò etiam probatur ſic; Deus eſt immutabilis, ibi, ego Deus & hon mutor, ſi ergo Deus eſſet incarnatus, ſequeretur quòd eſſet mutatus, quia prius erat Deus, poſt verò incarnationem Deus & homo. Ergo Chriſtus non potuit incarnari, quia in Deo nihil poteſt innouari. *Mag. in 1. d. 1.*

Tertiò ſic, ſi filius eſſet incarnatus in utero Virginis, ergo tota trinitas eſſet incarnata, quia illæ tres perſonæ

ſunt

ſunt idem eſſentialiter. Ideo Augu. de *Aug.* tri. Dei. Sicut inſeparabiles ſunt, ſic operantur.

Ad primum dico, quòd duo contraria non poſſunt ſimul ſtare reſpectu eiuſdem, ſicut intendit Ph. ſed bene poſſunt ſtare reſpectu diuerſarum partium, vt clypeus albus ad intra, & niger ad extra. Et ſic idē dico de Chriſto, quòd inquantum Deus eſt immortalis, infinitus, impaſſibilis, & inquantū homo eſt oppoſitum.

Ad ſecundum argumentum dico, quòd Deus non eſt mutatus, nec in Deo cadit innouatio; ſed homo eſt ille, qui eſt mutatus, quia factus eſt nobilior, & dignior.

Exemplum de Rege donante caſtrum ſeruo. Rex non mutatur per illam donationem, ſed benè ſeruus mutatur, quia de paupere factus eſt diues.

Ad tertium argumentum. Reſpondeo, licet illæ tres perſonæ trinitatis ſint idem eſſentialiter, tamen diſtinguntur perſonaliter, quia alia eſt perſona Patris, alia filii, alia Spiritus ſancti. *Athana.* Ergo fuit poſſibile Chriſtum de Virgine carnem ſumere.

Quæritur an Chriſtus incarnatus in vtero Virginis habuerit Angelnm cuſtodem, ſicut cæteri homines? Ad quod quæſitum, aliqui ignari dicunt, quod ſic ratione, auctoritate exēplo.

Ratione, Chriſtus inquantum homo, minoratus eſt ab Angelis quia natura humana eſt debilior Angelica, ergo Chriſtus, in quantum homo habuit angelum cuſtodem, ut alii habent. *Luc 22.* Auctoritate apparuit ei Angelus confortans eum ſcilicet in paſſione. Ergo habuit Angelum.

Tertio exemplo, quia ordo eſt, ꝙ contra malum ſit bonum, & è contra ſed Chriſtus habuit Angelum malum ergo & bonum.

Alex. 2. parte & Ric. in 2. d. 2. & Bona. in Reſpondeo, quod Chriſtus non ex parte corporis uniti Deo, in peccabilis habuit cuſtodem, nec ex parte animę, quia beata.

Ad rationem dico ꝙ minoratus eſt quantum ad paſſibilitatem non tamē quantum ad poteſtatem. *1. di 2. ar. 1. q. 1.*

Ad auctoritatem dico, quòd Angelus non ut cuſtos, ſed ut ſeruus confortauit eum.

Ad exemplum dico, quòd illa tentatio fuit ad noſtram inſtructionem, non quia Chriſtus poſſet peccare, go non habuit angelum cuſtodem.

Ad teritum puuctum. Reſpondeo, *Phil.* ꝙ ſic, primò ratione finis. Vnde Omne agens agit propter finem. Tunc quęro à Deo, ò domine ad quem finem feciſti hominem? oportet Reſpondere illud Aug. *Aug.* fecit Deus rationalem creaturam, ut ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret amando poſſideret, & poſſidendo fruerentur. Ergo homo debuit &c.

Secundò ratione inconuenientiæ ſi Deus non redemiſſet hominem de tribus unum ſequeretur. Quòd ſcilicet aut Deus noluerit, aut non potuerit, aut neſcierit.

Tertiò. Ratione proprietatis. Eccleſia dicit, Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, & alibi dicit. *De pen. d. 1. cap. ſunt.* Diuinitatis natura clemens eſt, & iuſta, magiſque ad indulgentiam, quàm ad vindictam prona. Ergo homo debuit à Deo redimi, nec natura humana debebat tota damnari Contra, Primo ſi De' eſt iuſtus, ergo iuſtitiā facere debet, ſed iuſtitia exigit, quòd ſecundum grauitatem peccati ſit danda pęnitentia, & peccatum hominis fuit infinitum. Ergo homo non valēs facere pęnitentiam ſufficientem quia finitus, non potuit ſatisfacere iuſtitiæ, ergo natura humana non debebat redimi.

Secundò eccleſia dicit, quòd venia non datur niſi correcto, & illi, qui ſuum agnouit peccatum, *De pen. diſt.* ſed Adam non cognouit peccatum ſuum, immo ſe excuſabat, quod fuerat Eua. ergo non debebat redimi, &c.

Tertiò

Tertiò Deus non debet eſſe partialis & acceptator perſonarũ, ſed homo, & Angelus peccauerunt, ideo ſi non redemit Angelum, nec etiam debebat redimere hominem.

Ad primum dico, ꝙ iuſtitia habuit locum, quia Deus ſatisfecit pro homine.

Ad ſecundum dico, ꝙ ſi Adam nõ cognouit peccatũ ſuum immediatè, ſaltem cognouit mediate, quia plorauit, orauit, & angebatur, ac diſperaſſet de ſalute niſi Deus reuelaſſet ei redemptionem humanam.

Ad tertium negatur, quod Deus ſit partialis, Exemplum, do tibi munus, & non alteri, quia ſic mihi placuit. Ergo partialis, negatur.

Bona in. 3. di. 20. Ad quartum Reſpondeo, quod licet Angelus naturà ſit nobilior homine, tamen Deus voluit hominem, & non Angelum liberare, propter ſeptẽ rationes.

Primò ratione tentationis, Homo eſt ſubſtantia corporea debilis, & infirma, ideo tentatus cecidit. Angelus verò eſt ſubſtantia ſpiritualis fortior, & non tentatus, ergo homo debebat liberari.

Secundò ratione diſpoſitionis, nam homo (cognito peccato ſuo) diſpoſuit ſe ad dolendum fleuit, petiit veniam, & auxilium, Diabolus verò nunquam Ergo homo, & non Diabolus debebat redimi.

Tertiò ratione vniuerſitatis, quia quãdo homo peccauit tota natura humana cecidit, quia ſic conuenerat pro ſe, & ſuis poſteris, Angelica verò natura non. Ergo natura humana, & non Angelica debebat redimi.

Quartò ratione vnionis, quia Adã, & Eua uniti peccauerunt, nos autem ibi non eramus, quando Adam peccauit ideo quam culpam habemus nos? ergo &c.

Quintò ratione offenſionis, Adam Math. appetiuit ſcientiam, quæ naturaliter conuenit homini omnes homines naturaliter ſcire deſiderant, Angelus vero appetiuit potentiam Dei. ergo plus peccauit, ergo homo, & non Angelus debebat redimi.

Sextò ratione cognitionis, Adam forte putauit ſe venialiter peccare, quod ſi aliter cognouiſſet, fortè non peccaſſet, Angelus verò clariorem cognitionem habebat, ergo homo, & nõ Angelus debebat redimi, & liberari.

Septimo ratione ordinationis, quia quando Deus creauit Angelum fecit conuentionem, ꝙ ſi peccabat, tunc æterno ęuo eſſet damnatus. Iſta autem conuentio non fuit inter Deum, & hominem, ergo homo, & non Angelus debebat ſaluari.

Ad quintum moraliter Reſpondeo quod, nomen illud Maria habet quinque literas, quæ nobis demonſtrant illam eſſe Matrem illius, qui poſt Incarnationem ſuam in eius ventre, quinq; plagas habuit. Significatio autem iſtarum literarum eſt talis.

M. habet tres lineas quæ nobis Trinitatem indicant; quia ipſa ſola fuit Spõſa Patris, Mater Filij, & templum Spiritus ſancti.

A. eſt interiectio dolentis, quaſi dicat ah quanta paſſa, & in triduo quando Apoſtoli fugierunt, & fides perdita erat, niſi in ipſa &c.

R. Habet duos ramos, qui nobis oſtendunt naturas duas uidelicet, diuinitatem, & humanitatem Chriſti, quia ipſa eſt Mater Dei & hominis.

I. Eſt minima litera, & nobis humilitatẽ Virginis demõſtrat, quando Reſpondens Angelo dixit, Ecce ancilla domini &c. reputans ſe in dignam.

A. eſt principium alphabeti, & denotat nobis principium ſalutis noſtrę, quia Incarnatio Chriſti in eius uentre fuit principium noſtrę ſalutis, propter quòd immortales gratias Deo mittenti, filio venienti, & incarnati, & Virgini Marię in utero ſuo filium portanti & agere & habere debemus. Amen.

VOS EX DEO NON ESTIS

Ioann. VIII.

DVO ſigna ſunt quibus facilè cognoſcitur, quando ſeruus ſit in numero electorum penes dominum ſuum. Primum eſt quando tractatur ab ipſis ſermo de rebus pertinentibus ad regnum. Secundum eſt, quando dominus erga populum ſuum turbatur, & precibus ſerui lenitur. Spiritualiter. Ex his duobus ſignis cognoſcitur, quando Chriſtianus ſit gratus Deo, & in numero electorum in patria cæleſti primò quando adorans Deum contemplatur diuina ſecreta, ſecundò quando cum ſuis ſanctis orationibus placat furorem Dei in ſalutem populorum, ſed quia Chriſtus dixit, multi ſunt vocati, pauci verò electi, Ideo de numero ſaluandorum cum Euangelio, quædam dicemus.

INTRODVCTIO EVANGELII.

QVare opera noſtra ſpiritualia nõ ſunt ſemꝑ meritoria? Reſpondeo, quòd opera noſtra, vel ſunt facta ab illis, qui ſunt ſine peccato, & ſunt in gratia Dei, & ſic ſunt meritoria, Vel ab illis, qui ſunt quidem in peccato; ſed de peccatis ſuis ſunt contriti, & ſic ſunt meritoria, nõ vi iuſtitiæ (quia Auguſti. panem quem comedit peccator non meretur) ſed vi miſericordiæ Dei. Vel opera ſunt facta ab obſtinatis, ſicut hodie habetur in Euangelio, & ſic dico, quòd non ſunt meritoria. Nec mirum ſi Chriſtus hodie, contra obſtinatos dicit, Vos ex Deo non eſtis. Sed videndus eſt textus, Dixit Ieſus turbis Iudæorum, & Principibus ſacerdotum, qs ex vobis arguet me de peccato? &c

Vnde notandum eſt, quòd iſta Dominica vocatur Dominica de Paſſione, quia tali die congregati ſunt eo fine Iudæi. Videns Ieſus quod Iudæi maligni quærebant eum interficere, ſicut uiſum eſt in multis Euangelijs, volens redarguere eos, ꝙ malè facerent, dixit illis.

Quis ex vobis eſt, qui audeat in veritate probare me eſſe in peccato? Vnde Theoph. dicit, ꝙ Chriſtus uoluit ſic inferre ſcilicet ô Iudæi ſcio quòd eſtis congregati pro determinatione mortis meæ. Si eſtis diſcipuli Moyſis, ſicut dicitis, videte ſi Moyſes, prohibeat homicidium, vel concedat; quare ergo quæritis me interficere contra legem Dei; & eò magis quia in me nõ eſt peccatum? Theoph.

Si veritatem dico uobis, quare non creditis mihi? Si quæras de qua veritate loquitur? reſpondeo, primò, quia in feſto tabernaculorum probauit ſe eſſe verum Meſſiam, & adduxit ſcripturas in teſtimonium: ſecundò; quia ſæpe admonuit eos de mala uita, de auaritia in templo, de pompis, de philacterijs, propter quæ habebant ipſum odio veritatem eius aſpernabantur.

Qui ex Deo eſt, verba Dei audit, propterea, uos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Quæritur cum Iudæi audiebant ſemper Chriſtum prædicantem, quomodo Chriſtus dicit oppoſitum?

Greg. tum? Reſpondet Grego. quod audientes verbum Dei ſunt in triplici genere, primo quidam audiunt auribus tantum, quidam auribus & cordibus tantum, quidam auribus cordibus, & executionibus, Primo modo Iudæi audiebant, & ideo Chriſtus dixit, uos non auditis ſcilicet corde, & executione, quia ex Deo non eſtis, quaſi dicat, quia filii Diaboli eſtis.

Tunc Iudæi indignati exclamauerunt dicentes, Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

Quare autem Samaritanum vocāt Chriſtū? Reſpon. quia magna inimicitia erat inter Iudęos, & Samaritaos quia Samaritani vſurparant terrā Iudęorū, & etiam quia in reædificatione templi Samaritani multum nocuerunt Iudęis & ideo Chriſtum Samaritnnā uocant, quaſi unum ex illis maioribus inimicis Iudęorum. Si dicas, quare dæmoniacum? Reſpondeo quia dicebant opera eius eſſe à diabolo facta.

Ego dęmonium non habeo, ſed honorifico patrem meum, & uos inhonoraſtis me. Quare potius non dixit ego ſum Samaritanus. Sed dicit. Ego dęmonium non habeo? Reſpondeo, quia maior in iuria erat Deo facere illum dęmoniacum, quàm Samaritanū.

Ego non quæro gloriam meam, eſt qui quærat, & iudicet. Hic notandum eſt, uel Chriſtus loquitur de gloria huius mundi, & de iſta debet ſic intelligi.

Ego non quæro gloriam meam eſſe huius mundi, eſt qui quærat, & iudicet. ideſt uos qui quæritis gloriam huius mundi. Iudicate ſi uita mea eſt ſimilis veſtræ, & ſi ego dilato ut uos Philacterias, & fimbrias, & amo primos accubitus. &c.

Vel Chriſtus loquitur de gloria, quam habuit in cruce redimendo naturam humanam, & ſic de iſta dico, quod ſic debet intelligi, ego nō quęro gloriā meā eſſe tácito; quia adhuc multa implenda ſunt, quę à Profetis Prophetata ſunt; vel loquitur de gloria, quā habuit aſcendēdo in celum. Si de iſta dico, quod debet ſic intelligi, ego non quæro gloriam meam eſſe meam, ſed eius qui miſit me (quo dicto) Chriſtus modo facit quandam poteſtationé, ut non poſſint ſe excuſare dicens. Si quis ſermonem meum ſeruauerit mortem nō videbit in ęternū. Et ſi dicas quomodo hoc eſt uerū, quia Apoſtoli, & alij credentes in Chriſtum, mortui ſunt? Reſpondet Orig. quod Chriſtus voluit ſic inferre, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, non videbit æternam damnationem, ideo de morte ſpirituali, & non corporali. Nunc cognouimus, quia demonum habes, Abraham mortuus eſt & Prophetę, & tu dicis? &c. Orig.

Hic Origens dicit, quod Iudęi uoluerunt ſic inferre, quaſi dicerent, prius opinabamur te eſſe dęmoniacum, ſed nunc ſumus certi; Quia Abraam pater noſter ſeruauit ſermonem Dei, & prophętæ ſimiliter, & tamen mortui ſunt, & tu dicis, ſi quis ſermonęm &c. Ideo cognouimus in te duo, primò quod quæris gloriam mundi, ſecundò facis te filium Dei. falsò hoc autem dicebāt Iudęi, quia intelligebant de morte corporali, Chriſtus autem de ſpirituali loquebatur. Qui modo ad iſta duo reſpondit, & primo quantum ad gloriā mundi quod mentiuntur. Orig.

Si ego glorifico me ipſum, gloria mea nihil eſt, eſt pater meus, qui glorificat me, quē uos dicitis, quia Deus veſter eſt, & non cognouiſtis eum, ego autem cognoſco eum, & ſi dixero, quia ego neſcio eū, ego ero ſimilis vobis mendax. &c.

Quæritur quid eſt dicere. Si ego me ipſum glorifico. Reſp. quod ibi Chriſtus nō loquitur in quantum homo, ſed inquā tū Deus, dicit ergo. Si ego glorifico me ipſum. ſ. oſtendēdo me eſſe Deū, ut ſeruē ſermonē meū, Gloria mea nihil eſt, ad vos, ſi illā quęro publicare, ſed uos Iudęi debetis attendere & credere, quòd eſt ille pater, qui miſit me ad

uos, ut gloriam ſuam manifeſtem vobis redimendo, ſanando, illuminando &c. hic eſt, qui glorificat me.

Quomodo Iudæi non cognouerũt Deum? Reſpondeo, quia in diuinis, q negat filium, negat patrem, quia illæ tres perſonæ ſunt idem eſſentialiter, & ſubdit dicens. Si dixero, quia neſcio eum ſcilicet ſicut uos negatis me, ego ero ſimilis uobis mendax. Quantum ad ſecundum de Abraam dico, quòd verum dixi.

Quia Abraham pater veſter exultauit, ut videret diem meum, uidit, & gauiſus eſt. Quid eſt dicere Abraham exultauit? Reſpondeo id eſt deſiderio. deſiderauit, quia ex quo fuit primus pater populi, ideo deſiderauit, quia ex quo fuit primus pater populi, ideo deſiderauit aduentum Chriſti, propter ſalutem populi. Si dicas, quomodo Abraham uidit diem ideſt aduentum Chriſti? Reſpondeo dupliciter, primò habetur, ꝙ Deus dixit Abrahæ o- Gen.22. ranti Deum, in ſemine tuo benedicẽtur omnes gentes, ſecundò in figura Gen.18. quando apparuerunt ei tres Angeli ſimiles, qui Trinitatem ei denotabant. Iudæi autem ignorantes, non intellexerunt. Ideo dicunt.

Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Hoc impoſſibile, eſt, quia à tempore Abrahæ vſque ad Chriſtum fluerunt duo millia anni.

Quæritur cum Chriſtus eſſet triginta tres annos natus, cur Iudæi dicebant illi quinquaginta annos nondũ habes? Reſpondeo, licet eſſe triginta trium annorum, tamen ob labores videbatur ſenex quinquaginta annorũ. Quibus Chriſtus. Amen, Amen dico vobis antequam Abraham fieret ego ſum. Quaſi dicat, ſi ſum Deus ab æterno, ergo ſum ante Abraham. Ergo dixi veritatem. Et ſic non dæmoniacus, Tulerunt ergo lapides, vt lapidarent eum. Quare potius lapidare eũ volebant, quam alia mors; Reſpondeo quia Iudæi accuſabant illum eſſe blaſphemum, & quia blaſphemus ſecundum legem diuinam debet lapidari. Ideo ipſum lapidare volebant, & ſic tria mala faciebant primum homicidium committebant, ſecundum innocentem occidebant, tertium ſine ſententia. Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templò. Si quæras quo iuit. Reſpondeo quòd hoc videbimus in fines ſermonis.

Primum documentum: Debemus credere Chriſtum eſſe verum filium Dei, & per conſequens omnibus articulis fidei. Ideo conqueritur Chriſtus hodie dicens, ſi veritatem dico vobis quare &c.

Secundum documentum. Omnes non confitentes, non pœnitentes, & non bene operantes ſunt dæmoniaci, quibus Chriſtus dixit, ego dęmonium non habeo, ſicut vos habetis.

Tertium documentum: Mendaciũ eſt fugiendum, & hic multa dicenda contra periuros, & falſum iurantes, & veritatem negantes &c. ibi, cum Chriſtus dicit, ero ſimilis vobis mendax.

Quartum, documentum. Lapidantes Chriſtum blaſphemijs, & alijs iniquitatibus contra legem, non erunt de numero ſaluandorum. De quo tractatu hodie erit ſermo noſter. In quo erunt hæc explicanda.

Primò. An numerus damnatorum ſit maior electorum.

Secundò. An in inferno ſit ignis materialis.

Tertiò An damnati cognoſcant ſtatum noſtrum.

Quartò. Quæ pęna eſt maior hominis, an diaboli.

Quintò. Quare iſta ciuitas. eſt potius damnata quàm beata.

Ad primum Reſpondeo, & dico ꝙ quinq; ſuper hanc materiam inuenio opiniones. Prima eſt peccatorum huius mundi, qui triplici ratione probant, ꝙ omnes erunt ſalui. Aut Deus Prima ratio. nullm præde[illegible] ut partem, aut

omnes,

Eph. 1. Act. cap. 10. Durã. in. 1. 6. ca. quid ſemel. Secunda ratio. Auer. 9. Meth.

omnes, non eſt dicendum ꝙ neminẽ prædeſtinauit, quia Deus prædeſtinauit nos in adoptionem filiorium. Dei, non partem quia in veritate comperi ꝙ Deus non eſt acceptator perſonarum. Ergo omnes ſalui erunt, quia ꝙ ſemel Deo placuit, amplius diſplicere non poteſt.

Auerrois. dicit, unumquodq; naturalium entiũ utitur natura ſibi propria.

Com. 21 Math. Dope d. 1. cap. qua.

Exemplum de igne, & de ſole, ſed Dus eſt ſumma bonitas, quia comen. dicit, prima cauſa eſt magis digna in eſſe & in uirtute, quam omnia alia entia, quia omnia alia entia accipiunt eſſe ab ipſa prima cauſa: Ergo naturaliter Deus eſt miſericors. Hoc etiam confirmatur ab eccleſia, cum inquit, diuinitatis natura clemens eſt, & iuſta, magiſq; ad indulgentiam, quàm ad uindictam prona. Ergo omnes ſaluantur.

Tertia ratio. 1. Thi 2 Mag. in 2. d 9.

Pontentia Dei cognoſcitur in præteritis, in præſentibus, & in futuris. De præteritis, omnia quæcunq; uoluit fecit, de præſentibus patet quia omnia in beneplacito ſuo. De futuris autem etiam dicẽdum eſt, ꝙ faciet quicquid promiſit. Sed Deus vult omnes homines erunt ſalui, & nulli damnati.

Greg.

Secunda opinio eſt Greg. dicentis, ꝙ tot ſaluabuntur, quot angeli remanſerunt in cęlo, cuius hæc ſunt verba, ſuperna illa ciuitas Angelis, & hominibus conſtat, ad quam tantos humani generis credimus aſcendere, quã tos illic Angelos contingit remanſiſſe.

Aug. Mag. 16.

Tertia opinio eſt Augu. in Ench. & 22. de ciuitate cap. 1. ꝙ tot ſaluandi ſunt quot Angeli ceciderunt, dicens. De mortali progenie merito, iuſteque damnata Deus per gratiam ſuam tantum populum colligit, ut inde ſuppleat, & inſtauret partem, quæ lapſa eſt Angelorum, ac ſic illa dilecta, & ſuperna ciuitas non fraudetur ſuorum numero ciuium, quin etiam fortaſis, & vberiore lætetur.

Bona. in 2. d. 9.

Quarta opinio ꝙ ex virginib⁹, creaturis tot ſaluabuntur, quod & Angeli ceciderunt, quia Angelica natura eſt cognata Virginitatis. Et ꝙ tot de alijs hominibus in genere ſaluabuntur, quot remanſerunt Angeli: Sed uideamus opinionem communem.

Bona.

Quinta opinio duo dicit, primum, ꝙ ruina cęleſtis reſtaurabitur tàm ex hominibus uirginibus, quàm non uirginibus. Ratio autem eſt, quia cum ex quolibet nouem ordinum, aliqui ceciderint, & cum unus chorus ſcilicet ſuperior ſit dignior inferiore. Ergo qui magis meruit in hoc mundo; ſiue ſit uirgo, ſiue non collocabitur ſecundum gradum eius meriti in illis choris, ſed quia multi erunt, qui magis, quàm uirgines meruerint, ſicut Petrus, Magdalenæ &c. Ergo &c.

Secundò dicit, quia multi erunt benemeriti in hoc mundo, ſed non digni in gredi choros Angelorum. Ideo fiet decimus chorus, & merito paſſionis Chriſti adiuuabuntur.

Ad quæſtionẽ Reſpondeo ꝙ Deus ſolus: qui cuncta miniſtrat, ſcit numerum beandorum, & damnandorum; tamen uidetur probabile, & veriſimile, quod propter tot, & tanta hominum peccata, maior ſit numerus damnandorum, quam beandorum.

Mag. in 1. d. 14. Mag. in 1 d 40.

Ad primam ergo rationem de prædeſtinatione. Reſpondeo ꝙ prædeſtinatio eſt illa præuiſio quæ fuit in Deo ab æterno; quia Deus præuidit fines omnium creaturarum. Et præuidit aliquos bene facturos, & aliquos male facturos, bonos prædeſtinauit ad gloriam, malos vero ad ſupplicium. Si dicas ergo Deus eſt partialis, negatur, quia ſi omnes præuidiſſet bonos, omnes ad gloriam prædeſtinaſſet. Sed tantum præuidit partem beneſacturam, Ideo eam duntaxat partem ad gloriã prædeſtinauit.

Si dicas ergo prædeſtinatio impedit liberum arbitrium, negatur, quia Deus omnipotens prçuidit te cũ tuo

libero arbitrio malefacturum, vel benefacturum. Ergo non impedit liberũ arbitrium ergo nõ omnes ſaluabũtur.

Secunda Reſponſio de prædeſtinatione eſt Aug. ꝙ prædeſtinatio eſt conditionata, dicentis. Prædeſtinati ſunt omnes ad gloriam, ea conditione, ſi fidem, charitatem, patientiam, humilitatem &c. habebunt, & ſeruabunt. Ergo non omnes, ſed qui bona egerint, tertia. Reſponſio, de prædeſtinatione eſt ſapientium, dicentium, ꝙ Deus ſolus, qui nos prædeſtinauit, ſcit, quomodo prædeſtinati ſumus, ſed in duobus debemus confidere primò in bonitate Dei, ſecundo in bonis operibus, de primò Propheta Cor contritum. & humiliatũ Deus non deſpiciet. De ſecũdò Aug. Nullũ bonũ irremuneratũ.

Aug.
Iſa.
Aug

Ad ſecundam rationem de miſericordia: Dico, ꝙ Deus ſemper eſt paratus, tamen peccator malè operando factis Deum negat, & miſericordiam Dei auertit, & quam longisſime arcet, & ſic ſua cauſa iuſtè damnatur.

Ad tertiam rationem de promisſione. Reſpondeo ꝙ promiſit conditionaliter, & ꝙ illa auctoritas Pauli debet ſic intelligi. Deus vult omnes homines ſaluos fieri voluntate antecedente, hoc eſt quantum eſt ex parte ſui nõ tamen voluntate beneplaciti & efficaci.

1.Tim.2

Ad ſecundum punctum, Reſpõdeo ꝙ aliqui voluerunt, ꝙ ex quo anima eſt ſpiritualis, ita etiam in inferno eſſet pęna ſpiritualis, & nõ tẽporalis, quod eſt falſum, ſed dicendum, ꝙ in inferno eſt duplex pœna, prima ſpiritualis, & iſta eſt ſynderesis, uel ſtimulus conſcientiæ, & iſta pœna comburit mentem, ſecunda pœna eſt materialis, & iſta eſt ignis materialis comburens, & de iſtis duabus pœnis. Vermis eorum id eſt ſynderesis damnatorũ, nõ morietur, nec ignis extinguetur. Vnde Notandum, ꝙ verum eſt, ꝙ Deus potuit tantum ſpiritualiter eos punire, ſed hoc ſcilicet cum duabus pœnis à ſumma prouidentia factum eſt, primò propter compoſitionem, quia ſicut homo eſt compoſitus ex anima, & corpore, ſic duas pœnas habere debebat, vnam animæ, & aliam corporis. Secundò propter peccabilitatem; quia ſicut homo peccat corpore & anima ſimul, dum viuit; ſic ſimul cruciabitur ſcilicet corporaliter, & ſpiritualiter.

Iſa. 51.

Tertiò propter aſcenſionem in cœlũ, quia ſicut in cœlo poſt iudiciũ boni & beati corporaliter, & ſpũaliter hẽbũt gloriã, q a ambo ſimul meruerũt: Sic in inferno mali & infelices merito ſcelerum ſuorum æternis ſupplicijs addicti corporaliter, & ſpiritualiter habebunt pœnam; Sed ad abundantiorem doctrinam.

Quæritur qualis pœna ſit grauior in inferno. Reſpondeo quod in inferno damnatis eſt triplex pœna.

Prima exterior, qua cruciabuntur corporaliter in illo igne.

Si quæras modo de illis corporibus Nunquid tandem aliquando comburi deſinent. Reſpondeo quòd aliqui voluerunt dicere, quod ſic, & quòd finitis illis tormentis flammarum Deus iterum illas reintegrabit, quòd eſt falſum, Quia Deus non facit miracula in damnatis, quia non ſunt digni, ſed eſt dicendum ꝙ Deus ſaluabit corpora ab illa vltima deſtructione, & hæc eſt minima pœna damnatorum.

Secunda pęna eſt interior, quæ efficit dolorem deſperantium, quia ſcilicet cogitantes, quod potuerunt benefacere, & non fecerunt, ideo deſperãt, & mirandum ĩ modum animis excruciantur, & hæc pœna eſt media.

Tertia eſt priuatio viſionis Dei, quã amiſerunt propter peccatum, & hęc eſt pęna omnium maior, & crudelisſima quam posſint damnati habere.

Ad tertium punctum Reſpondeo, quòd hoc poteſt intelligi tripliciter, primò ſcientia clara, & ſic dico, quòd nõ cognoſcunt eſſe noſtrum, quia ſolius Dei eſt ſcire, quę uideri non poſſunt clarè. Quia (ut ait Paulus) omnia Ro. in 4.

nuda

nuda & aperta ſunt oculis eius, ſecundò arguitiuè ſcilicet conſiderando prę terita dum uiuebant in hoc mundo. Et ſic dico quòd bene cogitant, opinantur & diſcurrunt. tertiò per reuelationem malorum Angelorum, & dico, quòd ſciunt eſſe noſtrum, quia licet Angelus ſit ſpiritus, & non loquatur ſicut nos, tamen habet iſtam excellentiam, quòd non loquendo ſed ſpiritualiter communicat cōceptus ſuos, & omnia, quæ uult illos damnatos, ſcire, illo modo manifeſtat. Si modò quęras an vellent non eſſe nati? Reſpondeo, quòd duplex eſt uoluntas

Sct in 4 d. 50. ſ. naturalis, & deliberatiua. De prima, volunt eſſe, quia omnia appetunt eſſe.

Phi 2 de anima De ſecunda verò, non tantum deſiderant non eſſe. ſed anihilationem deſiderant propter maximos cruciatus,

Mat 26. nam vt de Iuda proditore dixit Saluator mundi Chriſtus. Melius fuiſſet ſi non eſſet natus homo ille.

Ad quartum punctum in quo quæritur, quis magis in inferno patitur an Dęmon, an homo? Reſpondeo, ꝙ homo, propter tria, primò propter ingratitudinem, quia Deus fecit ſe hominem propter nos, & non Angelum propter Angelum, ſecundò propter peccabilitatem, quia Diabolus ſemel peccauit in ſuperbia, homo vero millies, in quibuſcunq; peccatis, tertiò propter compoſitionem quia Diabolus eſt ſpūalis, homo uerò ſpūalis, & corporali. Et ideo duplici pęna, &c.

Ad quintum dico, quòd dicendum eſt quòd videns. Ieſus quòd Iudæi faciunt conſilium contra ipſum & ipſe vult facere exercitum contra illos, & mihi, tanquam timpano commiſit, ut quęram gentes, & milites, pro eius exercitu inſtruendo, quibus omnibus promittit pro ſtipendio, paradiſum, & quęrit vt ait Vegetius de re militari, ſeptem genera pugnatorum.

Primi sūt exploratores, q̄ ſecreta ſciūt.

Secundi ſunt baliſtrarii, qui à longe feriunt inimicos.

Tertij ſunt tibi cines, qui laceſcunt animos militum ad bellum gerēdum contra inimicos.

Quarti ſunt uexilli feri, ſine quibus cōfunduntur milites.

Quinti ſunt pedeſtres, qui ponderant paſſus ſuos in itinere.

Sexti ſunt equeſtres, qui fræno, & calcaribus gubernant equos.

Septimi ſunt vectores, ducētes omnia ad uictum neceſſaria, ſed nos hæc omnia mortaliter explicemus quid nā ſibi velint.

Exploratores ſunt illi, qui ſcire debent duodecim articulos fidei, & decem præcepta legis.

Baliſtrarij ſunt illi, qui faciunt eleemoſynas q̄ feriunt Dęmonē eleemoſynis. graui nimirū, & inſanabili plaga. &c.

Tibicines ſuut patres, & matres qui liberos ſuos doctrinam docere ſolent ac debent.

Vexilli feri ſunt portantes ſignum crucis in corde, qui tamē pauci ſunt, quoniam ſunt multi, a quibus hoc non ſeruatur, neque quando proficiſcuntur ad eccleſias, neque quādo uolunt iter aggredi aut domo exire, ſignant ſe ſigno crucis, neque illo ſe muniunt.

Pedeſtres ſunt illi, qui duxerūt uxores, qui debent habere legem Dei in memoria, & non ſicut equus, & mulus in libidinem effundi &c.

Equeſtres ſunt virgines quæ fræno ideſt ieiunio, & calcaribus. i. timore, & amore Dei debēt corpus regere, & oppoſitum faciunt.

Vectores ſunt ſacerdotes, qui ſpiritualibus medicinis, & exemplis, debent tanquam uictu ſuccurrere exercitui Chriſti, ſed oppoſitum fit, & Heu me miſerunt nā omnes iſti milites Chriſti transfugæ fiunt & ſtipendia accipiunt a Diabolo, & Chriſtum ſpernūt nec mirum ſi denique non ſunt de numero ſaluādo rū, & p̄ cōſequēs ſi Chriſtus dicat his, & oībus Phariſæis; uos ex Deo nō eſtis. Reddite ergo falſi milites diabolo ſtipendia uana, & accipite ſtipendia

pendia æterna Chriſti, quæ tradit vobis, Reuertimini ad verum ducem veſtrum Chriſtum, qui præmio ſingulari afficiet uos & in numerum ſaluandorum uos refert, in hoc mundo uobis tribuens gratiam & gloriam in futuro. Amen.

ET VOLVERVNT APPREHENDERE eum Ioan. VII.

SI intellectus humani conſiderantes ſpiritualem ſalutem, pie contemplarentur geſta redemptioris noſtri Ieſu Chriſti, incipientes a primordio ortus eius, vſq; ad paſsionis eius exitum, inuenient profecto euidentiſsimis rationibus Chriſtum operatum eſſe ſumma cum humilitate, & reprobaſſe nefandiſsimum peccatum ſuperbię. Vnde exclamans dicebat, Iſa. 13. Luc. 4 *requieſcere faciam ſuperbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo, Ideo, prædicans dicit, ſuperbis Deus reſiſtet, humilibus autē dat gratiam. Igitur hodie ſic concludendum eſt, quod peccatum ſuqerbię impedit ſalutem ſpiritualem De qua nonnulla dicemus.*

INTRODVCTIO EVANGELII.

Diſputatur quo amore debemus Deum amare? Reſpondeo quòd duplex eſt amor, ordinatus, & inordinatus.

Primus amor eſt, quo amamus Deū ſuper omnia, quia eſt bonum infinitū, quia creauit nos, cunctaq; animantia a quo omne bonum. ſecūdus vero eſt, quo diligimus nos, magis quam Deū & de iſtis duobus loquitur Aug. dicēs. Aug. Duo amores fecerunt duas ciuitates, amor Dei vſque ad contemptum ſui, fecit ciuitatem Paradiſi. Amor ſui, vſque ad contemptum Dei, fecit ciuitatem inferni. Nec mirum ſi Chriſtus hodie loquendo de amore ordinato dicit, qui credit in me ſcilicet amando eum, qui me miſit, & me amore ordinato, flumina fluent de ventre eius aquæ viuæ, ſed accedamus ad textum explicandum.

Miſerunt principes, & Phariſæi miniſtros ut apprehenderent Ieſum. Proprietas inuidorum eſt ſemper contriſtari de bonis operibus proximi, & qnanto ſunt plura bona, tanto magis inuident. Ideo dicendum, ꝙ adeò excæcati erant Principes Sacerdotum cōtra Chriſtum; videntes eius bona opera in ſanandis ægrotis, ſuſcitandis defunctis, declarandis ſcripturis, quòd decreuerunt illum omnino occidere, & ideo, uocatis miniſtris Iuſtitiæ, ipſis impoſuerunt, ut in quocunque loco eum inuenirent; caperent, qui obedientes, ut implerent mandata eorum, deſcenderunt in feſtum tabernaculorum in Hieruſalem, ut eum caperent, quod uidens Chriſtus ſciens malam eorum voluntatem dixit eis.

Adhuc modicum tempus vobiſcū ſum, quia uado ad eum, qui miſit me. Aug. & Greg. exponentes illud adhuc Aug. Greg. modicum tempus vobiſcum ſum, dicunt, quòd Chriſtus uoluit ſic inferre ſcio quia miſerunt uos Principes, & veniſtis

veniſtis ad capiendum me. ſed nũc nõ
eritis uoti compotes,quia adhuc factu
rus ſum aliqua neceſſaria pro imple-
tione legis, & mandatorum Dei, ad-
huc enim nondum ſunt impletæ figu-
Theoph. ræ, & Prophetiæ. Quare dicit uado?
Reſpondet Theoph.quaſi dicat, vado
ad patrem, per mortem; quam dabi-
tis, mihi, conqueſturus de ingratitu-
dine veſtra,quia quæritis innocentem
occidere, & oſtendam ipſi patri cor-
pus meum, à uobis vulneratum.

Quomodo volebat ire ad patrem,
Beda. ſi ſemper fuit cum patre, ut alias uiſũ
eſt? Reſpondet Beda, ꝙ Chriſtus, in
quantum Deus,nunquam ſeparatus à
patre eſt, quia habet eamdem naturã
cum patre, in quantum verò homo
corpus ſuum nunquam fuit cum pa-
tre in cęlo, & ideo intelligitur de cor
pore, ꝙ ſcilicet poſt reſurrectionem
aſcendet.

Quæretis me & non in venietis, &
vbi ego ſum, uos non poteſtis venire.

Quæritur quando Iudæi quæſierũt
Chriſtum & non inuenerunt? Reſpõ-
deo, ꝙ bis, primo act.Apoſtolorum,
ſecundò poſtquam diſcipuli habuerũt
Spiritum Sanctum, multa ſigna facie-
bant, & multi Iudæorũ conuerſi ſunt
diſcipulis dicentes, quid faciemus, vt
vitam æternam acquiramus. Et ideo
Chriſtus dicit quæretis me ſcilicet poſt
mortem meam, & non inuenietis me
ſcilicet præſentia corporali. Secũdum
tempus fuit poſt paſſionem eius,quã-
do Romani Tito, & Veſpaſiano Duci
bus,deſtruxerunt Hieruſalem quo Iu-
dæi dicebant, ſi Chriſtus vereis eſſet
quem ſe eſſe profitebatur, hic defen-
deret nos: quia tot tanta quæ miracu-
la faciebat.

Quæritur ſi Chriſtus erat in Hieru-
ſalem in feſto tabernaculorum,quare
dicit ubi ego ſum, uos non poteſtis
venire, cum alii quoque ibidem eſſẽt
Iudæi? Reſpondeo ꝙ Chriſtus loqui
tur in quantum Deus, qui ſemper in
cœlo eſt, ſicut dictum eſt, non autem
in quantum homo, quia in terra erat,
ante ſuam paſſionem. Miniſtri autem
ignorantes, dixerunt.

Quo iterus eſt quia non inueniem⁹
eum? nunquid indiſperſionem gentiũ
iturus eſt & docturus gentes? Vnde
notandum quod aliqui iſtorum mini-
ſtrorum, qui fuerunt miſſi a ſacerdo
tibus, ut apprehenderent Ieſum,erãt
obſtinati contra Chriſtum,& ideo di-
cunt iſti, quò hic iturus eſt; quia non
inueniemus eum? quaſi dicant melius
eſt dum ſumus hic illum appræhende-
re,quidam autem de iſtis miniſtris iu-
ſtitiæ non erant multum indurati con
tra eum, Imo ponderantes miracula
eius, quaſi ſecreto in eum inclinaban
tur, & ideo dixerunt.

Nunquid in diſperſionem gentium
iturus eſt & docturus gentes. q. dice-
rent, hic verè debet eſſe Meſsias de
quo ſcriptum eſt, ꝙ erat docturus gẽ
tes. Obſtinati autem miniſtri dicebãt
non eſt uerus Meſsias. At iſti Reſpon
dent eis, quis eſt ergo ſermo,quem fa
cit: quæritis me,& non inuenietis?
Et quia ſchiſma erat inter eos non ap-
præhenderunt Ieſum.

In nouiſsimo autem die magno fe-
ſtiuitatis ſtabat Ieſus in templo & cla
mabat dicẽs. Si quis ſitit ueniat ad me,
& bibat.

Quæritur quid ſit dies nouiſsimus:
Reſpondeo, quòd quælibet feſtiuitas
Iudæorum durabat ſeptem diebus, in
octauo autem die omnes congregabã
tur ſimul, & hoc ad ſignificãdum cõ-
gregationem in ſuperna patria, & ille
dies vocabitur dies magnus nouiſsi-
mus, & Ideo uidens Ieſus illos tam eſ
ſe congregatos clamauit dicens,ſiquis
ſitit &c.

Quæritur cum dicatur, quòd Ieſus Matth.5
docens ſedebat, quomodo ergo Ioan.
hodie dicit. ꝙ ſtabat? Reſpondeo, ꝙ
quando docebat diſcipulos, ſedebat,
ſicut nunc faciunt Prælati docẽtes ſub
ditos,& iſto modo loquitur Mat.quan
do vero Chriſtus laicis prædicabat,ſta
bat,

bat, & ſicut nunc faciunt Prædicato-
Chryſ. res verbi Dei. &c.

Ad quid dicebat ſi quis ſtitit? Re-
ſpondet Chryſ. q per hoc Chriſtus o-
ſtendebat liberum arbitrium, quaſi di
cat in ueſtra eſt poteſtate bibere aquã
ſapientiæ ſalutaris: vel dicas, q Deus
non dat paradiſum inuito, quaſi dicat
ſi uultis bibere aquam ſalutis, venite,
corde credendo &c.

Et quia Iudæi ignorabant quid eſt
dictu, ſi quis ſitit, ideo Chriſtus ne
poſſent negare ſe nõ intellexiſſe, dicit.

Qui credit in me; ſicut dicit ſcrip-
tura, flumina fluent de uentre eius
aquæ uiuæ &c.

Quare facit ſimilitudinem de gratia
Dei ad flumina aquæ uiuę Reſpõdeo,
quia ſicut in flumine aqua dicitur ui-
ua, quia currit de loco ad locum, ſic p
ſimilitudinem, gratia Dei dicitur aqua
uiua, quia mutat peccatorem de ſta-
tu peccati mortalis, ad ſtatum gratię.

Hoc autem dicebat de ſpiritu, quẽ
accepturi erant credẽtes in eum. Quę-
ritur, cur Chriſtus non dedit Spiritũ
Sanctum antequam pateretur? Reſpon
Aug. det Augu. quia nondum erat glorifica
tus, ſecundò quia ſufficiebat illis ſcili
cet diſcipulis pro illo tũc gratiam Dei
habere per quam proficiebant quoti-
die de bono in melius, credendo. &c.

Tertiò quia ſi in terra Spiritum San
ctum dediſſet, Iudæi, & conſequen-
ter aliæ nationes non credidiſſent, &
cogitaſſent, q illa datio Spiritus San-
cti fuiſſet terrena, quia in terra da-
ta. Sed aliam doctiorem videamus re-
ſponſionem. Chriſtum dare Spiritum
Sanctum diſcipulis, poteſt tripliciter
intelligi, primo quantum ad uocatio
nem diſcipulorum à Chriſto, ibi, veni
te poteſt me, & faciam uos fieri piſca
tores hominum; & hoc fuit ante paſ-
ſionem; ſecundo quantum ad pecca-
Ioan 20 torum remiſſionem accipite Spiritum
Sanctum & quorum remiſeritis. &c.

Et hæc datio Spiritus Sãcti fuit poſt
reſurrectionem, quando apparuit eis
dicens, pax vobis; tertio quantum ad
publicam manifeſtationem, & hæc da
tio Spiritus Sancti fuit in die penteco-
ſtes, & hoc propter multa, ſed præci
puæ ad gratię confirmationem, ſecun
dò ad fidei publicationem in uniuer-
ſum mundum, tertiò ad martyrij tole
rationem, quartò ad ſcripturę inter-
pretationem. Et ideo dicit Chriſtus,
non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed
ſpiritus &c.

Primum documentum, inuidiam
fugere debemus, quia contraria eſt
charitati, & generat ambitionem. Exẽ
plum hodie in Euangelio, quia Prin-
cipes inuidia moti miſerunt miniſtros
ad appręhendendum Chriſtum.

Secundum documentum, Chriſtus
hodie obſtinatis facit proteſtationem
dicens, Vado ad eum ſcilicet patrem
accuſare uos, quia nõ creditis me miſ
ſum ab eo. Veh vobis.

Tertium documentum eſt, Quod
videns Chriſtus auaros inſatiabiles in
hoc mundo dicit clamans, ſi quis ſitit
veniat ad me, & bibat, ut ſatietur in Pa
radiſo.

Quartum documentum, Chriſtus
vertit ſe ad ſuperbos dicens, quæretis
me, & non inuenietis, quaſi dicat, ve-
nit hora, in qua quæritis gratiam, &
gloriam, & non inuenietis. De qua ſu
perbia &c.

Primum. Punctum An peccatũ pri-
morum parentum fuerit Superbia.

Secundum. Quis eorum magis pec
cauit in Superbia.

Tertium. Quare ſuperbia eſt pecca
tum tam graue.

Quartò. Vnde oriatur Superbia.

Ad primum, duo videnda ſunt, pri-
mò quid ſit Superbia, ſecundò quan-
do peccauit Adam. Quantum ad pri-
mum Aug. 14. de ciuitate Dei. Super- Aug.
bia eſt appetitus inordinatus propriæ
excellentiæ contra regulam, & menſu
ram à Deo homini datam.

Prima particula dicitur appetitus
inordinatus, quia duplex eſt appeti-

tus

tus ſcilicet ordinatus, & inordinatus.

Ric.in 1 d.27.q 1 Primus eſt diligere primò Deum.

Secundò ſe ipſum.

Tertiò proximum, ſecundus verò appetitus eſt oppoſito modo ſe habēs. ſcilicet quando homo diligit ſe ipſum non diligēdo Deum, nec proximum, & hoc facit ſuperbus.

Secunda particula dicitur propriè excellentiæ, quia ſuperbus in diligendo ſe ipſum, adeò attollitur in ſua ſuperbia, ut non ſolum, non diligat Deū & proximum, ſed non cognoſcat Deū nec proximum, & hoc facit ſuperbus manifeſtè.

Tertia dicitur contra regulā & mēſuram à Deo homini datam; quia quādo Deus creauit hominem hoc fecit, vt homo creatura agnoſceret Deum creatorem ſuum, ſed oppoſitum facit ſuperbus. Ideo Augu. dicit contra regulam homini datam &c.

Aug. Guil. in ſumma 8 vi tra. de ſuperbia. Alia diffinitionem inuenio. Superbia eſt caligo mentis, ſuum ſubiectum infatuans, omni bono denudans, Deo & hominibus inuiſa, priuatque animam fœlicitate & beatitudine æterna, prima dicitur caligo mentis, quia ſicut caligo de nigrat corpus, ſic ſuperbia denigrat animam ſuperbi.

Secunda dicitur ſubiectum infatuans, quia ſuperbus eſt priuatus prudentia.

Tertia omni bono denudans, quia opera ſua ſunt mortua, & non meritoria.

Quarta dicitur Deo, & hominibus odibilis, quia ſuperbus, eſt odibilis, Deo, & hominibus.

Quinta dicitur priuat animam fœlicitate, quia quilibet ſuperbus, eſt in ſtatu damnationis.

Secundò notandum eſt: quòd Adam in aurora fuit creatus, & dotatus omni ſcientia, ideo impoſuit nomina rebus, & de hoc eccleſia facit memoriam, ibi, iam lucis orto ſydere. Et ibi, beati immaculati in uia &c.

Hora tertia videns Adam, quòd erat otioſus petiit legem obſeruandam, dicens, illud eccleſiæ. Legem pone: quæ cantatur hora tertia. Hora ſexta fuit tentatus, & deceptus, & poſt lapſum dicit Deo illud eccleſiæ. Defecit in ſalutare tuum &c.

Hora nona fuit expulſus à paradiſo, & priuatus omnibus gratijs, & ideo dolens erraſſe; dicit illud eccleſiæ. Eraui ſicut ouis, quæ perijt, &c.

Ad quæſtionem ergo aliqui dicunt quòd fuit peccatum Gulæ, quia Ambroſius dixit, eodem ordine diabolus Chriſtum tentauit, quo hominē deiecit, ſed ipſe fuit tentatus de Gula ibi, dic vt lapides iſti panes fiant. Ergo fuit peccatum Gulæ.

Aliqui autem dicunt, quòd fuit peccatum vanagloriæ. Homo peccauit per tentationem Diaboli, qui promiſit homini ſcientiam dicens. Scietis bonum & malum, & tunc gauiſi ſunt valde: ergo.

Communis opinio Doctorum eſt, quòd primum peccatū fuit ſuperbia, quia ſcriptura non poteſt mentiri, Initium omnis peccati fuit ſuperbia, ſed Adam fuit primus, qui peccauit, per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, ergo fuit Superbia. Eccl. 10. Rom. 5

Ad primum argumentum de gula, dico, quòd verum eſt quòd gula habuit locum, non tamen ipſa fuit primum motiuum, ſed perſuaſio ſerpentis, ibi eritis ſicut dij. Ecce ſuperbia.

Ad ſecundum de uanagloria dico, quòd appetitus ſcientiæ in primis parentibus profectus eſt ex appetitu inordinato propriæ ecellentiæ, ibi ſcientes bonum, ſed iſte appetitus inordinatus, ppriæ excellētiæ, nil al iud eſt, quam ſuperbia, vt Augu. de ciuitate Aug.

tate Dei dicit. Ergo fuit Superbia.

Et ſi dicas, Adam non peccauit appetendo, quòd ſibi competit naturaliter, ſed Deus in creatione hominis. fecit hominem ad ſuam ſimilitudinẽ. Ergo non peccauit. Gen. 1.

Reſpondeo, quòd appetere diuinitatem poteſt intelligi dupliciter, primo modo, quantum ad ſimilitudinem naturæ, & iſto modo Adam non peccaſſet, appetendo ſcilicet quod ſicut Deus eſt immortalis, anima eius ſimiliter eſſet &c.

Secundò modo quantum ad æqualitatem in potentia, ſcientia & clemẽtia. Et hoc eſt peccatum.

Aug. Quia ſi Adam credidit hoc fore nihil mirum ſicut ait Aug. ſuper Pſalm. Adam, & Eua voluerunt rapere diuinitatem, & perdiderunt fælicitatem.

Ad ſecundum punctum Reſpondeo, licet multi dicant, quòd æqualiter peccauerunt, quia æqualiter puniti ſunt morte. Tamen dico, quòd tale peccatum primorum parentum conſideratur multipliciter.

Primò quantum ad principium, & ſic dico, quòd Eua magis peccauit, quia prima peccauit, initium peccati a muliere, ideo ipſa non debebat credere. Eccl. 17.

Secundò quantum ad voluntatem, & ſic ipſa magis peccauit, quia firmiter credidit ſe fore ſimilem Deo, Adã autem non. Immo Augu. dicit, quòd hoc videbatur ſibi ridiculum. Aug.

Tertiò quantum ad occaſionem, & ſic ipſa magis peccauit, quia ipſa fuit cauſſa, quòd Adam peccauit. Et qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur. Sed hoc fecit ut non contriſtaret delicias ſuas.

Quartò quantum ad tentationem, & ſic ipſa magis peccauit, & quia ſolú à diabolo fuit tentata, & credidit, Adam uero ab ipſa, & à Diabolo fuit tentatus, & non credidit.

Quintò quantum ad ſtatum, & ſic Adam magis peccauit, quia dignior, quia ſapientior, & Prælatus mulieri, cuius caput erat.

Ad tertium. Reſpondeo, quia ſuper bia ſicut eſt origo, & fundamentum omnium criminum, ita eſt ruina omnium bonorum. Vnde Aug. quencunque ſuperbum videris, filium eſſe Diaboli non dubites. Notandum tamen quòd quatuor ſunt ſpecies ſuperbiæ. Aug.

Prima eſt quando aliquis habet aliquod bonum, vel ſit ſpirituale, vel tẽporale, & tenet ſe illud habere à ſe ſolo, exemplum Luciferi, contra quem apoſtolus Quid habes homo, quod nõ accepiſti ſcilicet à Deo. Iac. 1. omne datum optimum de ſurſum eſt à patre luminum. 1. Cor. 4. Iac. 1.

Secunda ſpecies eſt, quando aliquis habet aliquòd bonum, putans, ſe illud habere ob ſua merita dicens ſum bonus, facio multa bona, &c.

Contra quos Pau. Non ſunt condignæ paſſiones huius ſeculi. &c. 3. alibi Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, &c. Iſtud peccatum habuit Nabucdonoſor rex, qui dicebat, quòd tanta erant merita ſua ut dignus eſſet ſcandere celum. Vide omnino Dan. & videbis ſuperbiam, & pœnã, ipſius. Rom. 8. Tit. 3. Dan. 4

Tertia ſpecies eſt quando aliquis iactat ſe habere, quòd non habet exemplum multorum qui quaſi milites glorioſi faciunt ſe Sanctos. Vnde Salo. Nõ glorietur ſapiens in ſapientia ſua, nec fortis in fortitudine ſua, nec diues in diuitijs ſuis. Eccl. 9.

Quarta ſpecies quando aliquis, ſpretis cæteris vult ſolus videri, laudariq; inter alios, hoc peccatum habuit Herodes, qui tandem à vermibus corroſus eſt.

Ad quartum Reſpondeo quòd licet à pluribus oriatur ſuberbia, tamen ſpecialiter à tribus.

Primò à Sanguinis nobilitate, ut aiunt glorioſi huius mundi, non conſiderantes illud. Gen. formauit Deus hominem de limo terræ, quòd ſumus omnes, & Papa, & Imperator, & Reges Gen. 2

ges, ut pauperes & mendici de maſſa, & putredine terræ. Vnde Boetius vnus enim pater eſt, vnus qui euncta miniſtrat, ipſe dedit Phæbo radios, & cornua Lunæ Ipſe homines terris dedit & ſidera cęlo. &c.

Iac. 5. Secundò oritur à diuitijs, contra quos Iacob agite nunc diuites, plorate in miſerijs veſtris, quæ ad veniunt vobis, diuitiæ veſtræ putræfactæ ſunt & veſtimenta veſtra a tineis comeſta ſunt, aurum, & argentum æruginauit, & ærugo eorum erit uobis in teſtimonium in nouiſsimo die, quia diuitiæ veſtræ clamauerunt ad dominum, & clamor introiuit in auribus domini, epulati eſtis ſuper terram, & in luxurijs nutriſtis corda veſtra, in die occiſionis occidiſtis iuſtum, & reſtit uobis.

Bern. Tertiò à pulchritudine contra quos Ber. inuehitur. Omne corpus humanum, eſt vas ſtercorum, commeſtio vermium, & ſentina fetorum.

Et hic multa eſſent dicenda, contra nonnullos, vel nonnullas, qui propter pulchritudinem adeò ſuperbiunt vt vix pauperem dignentur alloqui. Deponenda eſt ergo ſuperbia patienter ferendo aduerſa, ſecundaque fortuna temperanter utendo, contemnereque debemus mundum, contemnere nos ipſos, timere infernum, & ſuper omnia diligere Deum. Iſta autem non faciebant principes ſacerdotum, quia omni ſuperbia pleni erant. Ideo non eſt mirum ſi Chriſtus hodie dicat eis, & miniſtris iuſtitiæ qui iuerunt, ut caperent eum, quæritis me & non inuenietis, quaſi dicat propter ſuperbiam veſtram; Deponamus. Ergo ſuperbiã, ut Chriſtus nobis gratiam in hoc mundo, & gloriam in alio. tribuat, Amē.

ET QVAEREBANT EVM interficere Io. VII.

SAcrorum Doctorum promulgata eſt ſententia, quòd tria ſunt amoris genera.

Primus amor, uocatur carnalis, quo creatura ſe miſerrimè amat, contra quam Salomon qui delicate nutrit corpus ſuum, ſentiet eum contumacem quam græci philantiam appellarunt. Pro. 29.

Secundus eſt naturalis, quo non ſolum homines, ſed cuncta animalia ſe inuicem diligunt, Vbi omne ſimile diligit ſibi ſimile. Ariſt.

Tertius amor eſt ſpiritualis in quo conſiſtit vera amicitia, & quo Deus dilexit nos, In charitate perfecta dilexi uos. De quo amore, hodie cum Euangelio pertractabimus. Hier. 31

INTRODVCTIO EVANGELII.

QVæritur vnde oritur peccatum? Aliqui dicunt, quòd à conſenſu, ſine quo homo non peccaret, aliqui quod ab obliuione: quia ſi homo ſemper recordaretur infernum, non peccaret. Aliqui verò, ꝙ ab intellectu, qui ſemper offert nūc hoc nunc illud. Reſpondeo, quod hoc poteſt intelligi dupliciter, vel de peccato originali, vel de mortali. Si de peccato originali dico, quòd Adam fuit cauſa illius peccati originalis: Si de mortali dico, ꝙ eſt noſtra uoluntas. Nec mirum ſi Sacerdotes, ſcribe, & Phariſæi peccatores habebant malam voluntatem contra Chriſtum, q̄a quærebāt eum in die feſto, dicētes vbi eſt ille? ſed videamus textum.

Ambulabat Ieſus in Galilęam; non enim volebat in Iudęā ambulare, quia uolebant. &c.

Primò itaque notandum eſt, quòd terra promiſsionis, ultra mare, erat diuiſa in duas prouincias, ſcilicet in Iudæā, & Galilæā, in Iudæa erat ciuitas Hieruſalem, & ibi erat ſtudium uniuerſale, & ibi morabantur Sacerdotes ſcribæ, & Phariſæi, qui omnes erant inimici Chriſti. In Galilea verò Chriſtus fuit nutritus, & per conſequens magis cognitus, & licet ibi haberet q̄ plurimos inimicos, ſicut in Nazareth. qui eum quandoq; præcipitare uoluerunt, tamen nō tot, quot Hieruſalē, & ideo ambulabat ī Galilæa magis, q̄ in Iudęa. Quæritur an homo teneatur fugere mortē? Reſpondeo aut eſt perfectus, aut nō. Si eſt perfectus. i. ſine peccato, non debet fugere mortem, ſi cauſa fidei vrgeret, aut ad perpetrandum peccatū cogeretur, quia eſt certus de ſalute. Si non eſt perfectus non vrgēte cauſa fidei, neq; ad peccādū coactione exiſtēte debet, q̄a certus eſt de inferno. Si dicas, ergo Chriſtus erat imperfectus, q̄uia fugebat mortē. Reſpōdeo ꝙ erat pfectiſsimus; ſed vita erat incōpleta, quia adhuc Prophetiæ & figuræ non erāt impletę. Erat aūt in proximo dies feſtus Iudæorū Scenophegia. ſ. tabernaculorū. Quare dr̄ Scenophegia? Reſpondeo à Græco, ſcena, ꝙ eſt umbraculū; & Phagin, ꝙ eſt comedere, quia ut ſupra dictum eſt ſeptem dieb. comedebant in vmbraculis.

Si dicas, quare hoc faciebāt. Reſpōdeo, ꝙ faciebant pro commemoratione

tione temporis,quando erant in deſer to. Si quæras an Chriſtus peccaret nõ eundo ad feſtum. Reſpondeo, quod inquantum Deus erat natura, impeccabilis: etiam inquantum homo gratia vnionis,plenitudine gratiæ,& con firmatione gloriæ, Præterea poſito quòd peccare potuiſſet, quod non cõ ceditur, etiam non peccaſſet, ſi non iuiſſet, quia excuſatus erat propter inimicos capitales.

Dixerunt ad eum fratres eius.Tranſi hinc,& uade in Iudæam, vt diſcipuli videant opera, quæ tu facis. Si dicas, qui ſunt fratres Chriſti? Reſpondet Hier. ſuper Mat. dicens fuiſſe nonnullorum opiniones ꝙ Ioſeph. habuerit duas vxores, unam ſcilicet in iuuentute, & ex illa ſuſcepiſſe filios,qui uocabantur fratres Chriſti, quòd hæreticum eſt dicere,quia eccleſia Ioſeph virginem tenet:nec habuiſſe aliam uxorem, quam virginem Mariam, ſed dicendum eſt, quod fratres eius uocabantur parentes virginis, & ſororum & de eius cognatione. Quare ſuadebant ei ut iret in Iudæam ad feſtum? Reſpondeo, quia ipſi quærebant gloriam mundi, ut ibi audirent ſe beatos qui talem tantumq; haberent fratrem vel dicas cũ textu,quòd nec ipſi Chriſto credebant, quia nutritus erat in Nazareth a Maria ideo illum, vt purũ hominem credebant &c.

Hier.

Tempus meum nondum aduenit, tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum. Quæritur de quo tempore loquitur, prima opinio communis dicit,quòd loquebatur de morte, quaſi diceret tempus meum moriendi nondum aduenit.

Ideo nolo ire,quia quærunt me interficere,tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum quaſi diceret, ſemper po teſtis mori quia omnino eſtis damnati,quia potius gloriam mundi, quàm Dei quæritis, & etiam propter veſtrã incredulitatem.

Beda. Secunda opinio eſt Bedæ dicentis, ꝙ loquitur de Gloria, dicens, tempus oſtendẽdi gloriam meam,liberan do humanũ genus, morte, reſurrectione, & aſcenſione, nondum aduenit, Ideo nolo ire ad feſtum. quia (vt dictum eſt) ſcripturæ adhuc non ſunt impletæ, tempus autem veſtrum ſcilicet oſtendendi gloriam mundi ſemꝑ eſt paratum,quia gloriam Dei nõ quæritis.&c.

Non poteſt mundus odiſſe uos,me autem ſemper odit.

Quæritur, quomodo mundus illũ habeat odio? Reſpondeo, quòd mũdus poteſt capi tripliciter pro mundo Archetyp. ideſt pro idea mundi quæ erat ab ęterno in mente dei.pro machina mundi pro hominibus habitantib. in mundo de quibus mundis loquebatur Ioannes in mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. primo, & ſecundo modo non intelligit Chriſtus, ſed tertio modo, quia Iudæi maligni, & inimici habebant eum odio.

Aſcendite uos ad diem feſtum, ego autem non aſcendam. Quare Chriſtus noluit ire in principio feſti?

Reſpondeo duabus rationibus, primo quia crapulabantur in principio feſti, ſicut alias. dictum eſt ſecundo quia ſi iuiſſet illa turba comitante,eſſent opinati Iudæi, Scribæ, Phariſæi ſcilicet quòd vellet ſe defendere, & ideo expectauit ut ipſi diſcederent.

Vt autem aſcenderunt fratres eius, aſcendit & ipſe ad diem feſtum, non manifeſtè ſed in occulto. Quæritur cũ Chriſtus excuſaretur ne iret ad feſtũ propter inimicitiam, quare uoluit ire?

Reſpondeo, quòd hoc fecit propter illam ineffabilẽ,ac diuinam miſericordiam,qua nos proſequebat:ratio eſt ẽt,quia tota natura humana erat in firma dẽpta humanitate Chriſti, ergo ipſe ut nõ ſanaret,expoſuit ſe periculo

vt mediante ſua humanitate ſaniſsima humanitas noſtra infirma ſanaretur. Quare non manifeſtè ſed in occulto? Reſpondeo, ꝙ ſi iuiſſet palam cum illis affinibus, & diſcipulis; dediſſet occaſionem Principib., Scribis, & Phariſæi peccandi peccato inuidiæ.

Iudæi autem, querebant eum in die feſto, dicentes, ubi eſt ille? ſcilicet trangreſſor legis, & murmur erat de illo.

Quæritur quare non dicebant, ubi eſt Ieſus Nazarenus? Reſpondeo, quia mos eſt inimici, nunquam ſuum inimicum cum proprio nomine uocare. Quare autem murmur erat? Reſpondet textus quia quidam dicebant quia bonus eſt, quidam autem, non, ſed ſeducit turbas. Quæritur vtrum ſit peccatum ſeducere turbas? Reſpondet Aug. ꝙ ſeductor duplex ſcilicet bon⁹, & mal⁹ malus eſt ille q de bono ad malũ aliũ ducit, & iſto mõ nõ fuit ſeductor &c. Aug.

Secundus verò ſcilicet bonus eſt ille qui à malo ad bonum deducit, & ſic Chriſtus fuit bonus ſeductor.

Nemo autem loquebatur palam de eodem ſcilicet illum eſſe Deum, propter metum Iudæorum ideſt nullus, de illis, qui bonum uocabant Chriſtum, audiebant publicè ipſum deum eſſe dicere, propter conſpirationem factam quòd lapidaturi erant confitentes illũ eſſe Deum.

Primum documentum. A b amicis honeſta petamus, ideo amici, & proximi non ſunt audiendi, quando petunt illicita, exemplum quia Chriſtus hodie noluit exaudire cognatos. &c.

Secundum documentum. Viri ſtudioſi ſunt diligendi, & exaltandi, & non perſequendi, ſicut faciebant Iudæi qui Chriſtum virtuoſiſsimum perſequæbantur ibi, me odit.

Tertium documentum. Oſtinati ad pœnitendum, & ad bene agendum, habent ſemper tempus paratum eundi in infernum, ibi tempus veſtrũ ſemper eſt paratum.

Quartum documentum. Debemus contemplari amorem Chriſti, qui nõ recuſauit mori. De quo amore nunc dicemus eritque.

Primum punctum, quomodo cognoſcitur amor Dei in homne.

Secundum. Quomodo cognoſcitur ingratitudo hominis erga Deum.

Ad primum dico, ꝙ amor Dei cognoſcitur in quatuor beneficijs homini datis quorum

Primum eſt, de anima.

Secundum de cuſtodia eius.

Tertium de forma corporis.

Quartum de munere homini dato.

Videamus, primo quid ſit anima, & hic inuenio tres opiniones quarũ. Phi. de anima.

Prima eſt Philoſophorum dicentiũ quod intellectus noſter humanus nil aliud eſt, niſi intellectus diuinus, ſed dicitur diuinus, pro ut conſideratur in ſe, humanus vero in quantum operatur in nobis, & procedit ad opus. Quæ opinio eſt falſa, quia ſequeretur, ꝙ Deus eſſet pars conſtitutiua hominis. Hoc autem eſt falſum propter ei⁹ immenſam perfectionem: ergo intellectus humanus non eſt diuinus.

Secunda opinio eſt Manicheorum qui (vt refert Diuus Aug. de duabus animabus) duo dicebant, primum ꝙ in homine erant duæ aiæ, una bona q̃ ad bonũ hominẽ inclinabat alia mala, quæ ad malum. Quòd eſt falſum, quia ſecundo de anima unius materiæ eſt vnica forma & non duæ, ſecundo dicebant, ꝙ illa, anima bona, quæ inclinabat hominem ad bonum, erat de natura & ſubſtantiDei. Quę opinio eſt falſa, quia ſequeret, ꝙ natura Diuina, & huamana idẽ eſſent. Quòd eſt falsũ Manich. Aug.

Tertia opinio & vera Anima eſt ſubſtantia in corporea, immortalis, creata à Deo ex nihilo ad iuformandũ corpus, ad beatitudinem acquirendã per gratiam, & bona opera & hic notandæ ſunt omnes partes diſtinctæ iſtius deffinitionis. Bona in 2. d. 17. q. 1. ar. 2. Tho. & Alex. 2. parte trac. de anima.

Prima dicitur in corporea, contra Empedoclem Philoſophum, qui dixit quod Emped.

quod anima eſt ex quatuor elementis,
1 4.q.1. c.penul. Quòd eſt falſum, & hæc opinio reprobata eſt ab eccleſia.

Epicur. Secunda dicitur immortalis, contra Epicureos Philoſophos, qui dixerunt ꝙ mortuo corpore moritur anima. Quod eſt falſum. Quia nulla eſſet differentia inter hominem & brutum animal, ꝙ reprobatum eſt ut ſupra.

Tertia dicitur creata, contra Manicheos, qui (vt ſupra viſum eſt) dixerunt animam eſſe creatam de natura, & ſubſtantia Dei. Quod eſt reprobatũ ab eccleſia, ut ſupra.

Simon. Quarta, dicitur à Deo, contra Simoniacos, qui dixerunt animam eſſe creatam ab Angelo, quòd eſt falſum, quia ſolius Dei eſt creare.

Heracli. Quinta, dicitur ex nihilo, contra Heraclitum, qui dixit animam eſſe de ſubſtantia ſtellarum, Quod eſt falſum, & reprobatum ab eccleſia.

Sexta dicitur ad informandum corpus, contra illos philoſophos, qui dixerunt, quòd anima unitur corpori nõ vt forma ſubſtantialis ſed ut motor ſuo mobili, ꝙ eſt falſum.

Septima dicitur ad beatitudinẽ acquirendam, contra illos qui dixerunt animam poſt ſeparationem à corpore conuerti in dæmonem, ꝙ eſt falſum.

Pelagi. Octaua dicitur per gratiam, & bona opera, Contra Pelagium, qui dixit quod homo ſolo libero arbitrio poteſt paradiſum acquirere, quod eſt falſum. Quod autem Philoſophi, & Manichei mentiantur; probat ſic.

Primò ſi intellectus noſter eſſet Deus, ut dicunt Philoſophi, & ſi anima noſtra eſſet de ſubſtantia Dei, ergo Deus eſſet pars hominis. Sed omne totum eſt nobilius ſua parte, Ergo totus homo eſſet nobilior Deo, quod eſt abſurdum.

Secundo, anima multipliciter peccat. Ergo Deus pro rata ſua cum anima peccaret, ꝙ eſt falſum.

Gen. 1. Tertiò, quando Deus fecit hominẽ dixit faciamus hominem, ſed factio non cadit in diuinis, quia productio ſola, ergo Deus non eſt pars hominis. Nobilitas autem animæ eſt quia ſpiritualis eſt, ſicut Deus, immortalis ſicut Deus inuiſibilis ſicut Deus, trina, & vna ſicut Deus, quia in anima eſt intellectus, uoluntas, & memoria, & eſt intellectus, voluntas, & memoria, & eſt una, & non plures &c.

Et hoc ſufficiat quantum ad primũ beneficium.

Secundum beneficium eſt ob Angelos hominum cuſtodes, & hic tria videnda ideſt.

Primum. An fuerit neceſſarium aſſignare homini Angelum cuſtodem.

Secundum. An Angelus cuſtos ſit beatus.

Tertium. Quare Deus deputauit homini angelum cuſtodem.

Ad primum dico, quod ſic, quia niſi eſſet Angelica cuſtodia dæmones ſuffocarent nos, quòd autem neceſſariũ fuerit aſſignare homini Angelum cuſtodem, probatur tribus rationibus. Sco. in 4 d. 9.

Prima ratio eſt, homo in ſtatu innocentiæ habebat angelum ſue cuſtodiæ commiſſum, ubi minus indigebat, qa erat plenus gratia. Sed quia Deus dedit cuſtodem angelum, Ideo indigebat quòd ſi homo tunc in paradiſo terreſtri indigebat cuſtode, ergo à fortiori indiget cuſtode poſt peccatum primorum parentum. Ergo fuit neceſſarium aſſignare homini Angelum cuſtodem. Bona. in 2. d. 11. [.1. ar.

Secunda ratio eſt Salamon contra bonum malum, & è contra, quo fundamento præſuppoſito, dico, quòd vnuſquiſq; habet Angelum malum ad exercitium, ergo oportuit, quod vnuſquique haberet Angelum bonum, ut obſtaret malo. Eccl 33. Tho. in 2. d. 11

Tertia ratio, inter cœteras creaturas, quas fecit Deus in terra, anima eſt nobiliſſima. Ergo debuit digniſſimũ habere cuſtodem, ergo neceſſarium fuid cuſtodes addeſſe illius.

Ad ſecundum Aliqui dicunt, ꝙ non

quia

Aug. quia Aug. dicit, quotieſcunque male agimus gaudent dæmones. & triſtantur Angeli Si triſtantur Angeli. Ergo,
Luc. 15 Secundo ſic gaudium eſt Angelis ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. Si gaudium eſt Angelis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Ergo quid ſuper uno peccatore pœnitentiam fugiente? Igitur non ſunt
Pet. aur. in 2. d. 2 beati.

Reſpondeo, quòd triſtitia capitur dupliciter, primo vt eſt paſsio cauſata in uoluntate, uel dolor, afflictio &c. & iſta non eſt in Angelis.

Secundò capitur pro intentiſsimo nolle, & iſta in Angelis eſt, cum ergo dicuntur triſtari, intelligitur ſic. Ideſt priuantur gaudio ſolito: ergo Angeli cuſtodes ſunt beati, & licet ita ſint ad cuſtodiam hominum, ꝙ non alibi, tamen ſemper uident Deum. Diaboli autem in quo cunque loco ſint, ſunt ſemper in tormentis.

Ad tertium. Reſpondeo quatuor obrationes, primo, ut homo profiteatur ſe eſſe in gratia Dei, ſecundo, ut abſtineat à peccato, tertio, vt ſic peccat cito reſurgat, quarto, ſi non ſurgit cito, ut rarius peccet.

Et ſi quæras quando incipit Angelus cuſtodiam ſuam in homine? Reſpõdeo non à principio conceptionis, nec in medio, quia Angelus cuſtos matris, etiam eſt cuſtos filij, vel filiæ à tempore conceptionis vſq; ad exitum creaturæ de ventre matris, & ſic incipit cuſtodia Angeli in exitu creaturæ de ventre matris, ſecũdo. Si quæras nunquid Angelus deſerat obſtinatum? Reſpondeo quod Angelus duo officia facit, & habet, primum repræſentare bonum, & in hoc Angelus deſinit, vel ceſſat, quando obſtinatus non vult bonũ ſecundum officium eſt retrahere à malo, & in hoc non ceſſat.

Exemplum, de medico, non deſerente infirmum, etiam ꝙ cognoſcat ipſum omnino moriturum, & ꝙ cognoſcat, quòd non vult medicinam, tamen nõ deſinit, & ſi moritur, culpa ſua id facit.

Tertium beneficium eſt quia Deus formauit corpus hominis pulcherrimum rectum, & eleuatum, & nõ pronum, ſicut ſunt cætera animalia irrationabilia, quæ omnia ſunt procliuia ad terram iuxta illud Ouidij.

Pronaq; cum ſpectent animalia cętera terram.

Os homini ſublime dedit cęlumq; videre.

Iuſſit & erectos ad ſydera tollere vultus.

Ratio quia, quælibet creatura naturaliter reſpicit finem ſuum ſcilicet homo Deum, & brutum terram. Sed ad abundantiorem doctrinam uideamus aliam quæſtionem. Albe. ma. i. ca. pi. Tho.

Quæritur, An homo ſit nobilior Angelo. Aliqui dicunt, ꝙ ſic, & hoc modo. &c.

Probant dicentes Deus fecit hominem ad reparationem naturæ Angelicæ, ſed reparator eſt dignior reparato ergo homo eſt dignior Angelo.

Secundo ſic præter Deum nil maius homine, quia Aug. 83. q. de mente humana dicit ſolus Deus ea maior eſt ergo homo nobilior eſt Angelo. Aug.

Tertiò ſic, is cui miniſtratur, eſt dignior miniſtrante, exemplum de domino, cui famulus ſeruit, cum ergo Angelus miniſtret homini, ergo homo eſt dignior Angelo.

Quartò ſic, Illa natura, quæ fuit redempta eſt dignior, nõ redempta, ſed natura humana fuit redempta, & non Angelica; ergo homo eſt nobilior Angelo.

Quinto ſic, ille ſtatꝰ eſt dignior, d̃ quo naſci uoluit Xpus, ſed naſci uoluit de homine ſ. natura humana, ex Virgine Maria, & non de Angelo, hoc eſt de natura Angelica. Ergo homo eſt nobilior Angelo.

Aliqui autem dicunt, quòd Angelus eſt nobilior homine, & probant ſic, tripliciter.

Primo

Primò illa natura, quæ eſt immortalis, & incorruptibilis eſt nobilior illa, quæ mortalis, & corruptibilis, eſt. Sed Angelus eſt huiuſmodi Ergo.

Secundò ſic, natura humana ſemper prona eſt ad malum, ante peccatum Adæ. quod patuit) & poſt peccatum ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Sed Angelus bonus confirmatus eſt in gratia, ergo nobilior homine. *Mat.26.*

Tertio homo naturaliter eſt mendax. omnis homo mendax. Angelus autem non, ergo nobilior. Reſpondeo, primò; quòd finis eſt duplex.ſ.intenſiuus, & extenſiuus, quo ad finem intenſiuum vna natura non eſt maior altera, quia Deus eſt finis vtriuſq; naturæ, quo autem ad finem extenſiuũ, homo ẽ nobilior Angelo, quia homo habet Angelum ad cuſtodiam ſuã quò ad dignitatem, homo eſt dignior Angelo, quia Deus factus eſt homo, & non Angelus. *Bona in 2 d. 1.q. 2.ar.*

Tertio quo ad naturam, Angelus eſt dignior homine, quia ſemper eſt beatus, & ſemper uidet Deum, ergo Angelus eſt dignior homine quo ad naturam, ſed non quò ad finem, & dignitatem.

Quartũ beneficiũ eſt munus, quod donauit Deus homini, quia fecit illum dominum omnium terrenorum, uiuẽtium, & non uiuentium. omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, & ideo ò anima, conſidera quid dedit tibi ſponſus tuus. reſpice vniuerſum mundum iſtum. Hoc cęlum, hanc terram hoc mare, hunc aerem, & omnia, quę in eis ſunt. Ibi eſt diſtributio accommoda. Hoc cęlum idest, hoc totum quod eſt in cœlo. ſic de ſingulis. Bernar. Parum ne tibi videtur ò homo, cogita qualem te fecit Deus, nempe ſecundum corpus egregiam creaturam, ſecundum animam magis rationis participem, & beatitudinis capacem, & hæc ſat ſint quantũ ad quatuor beneficia. *Ign. de ora ſpon ſa. Pſal. 8. Bern.*

Ad ſecundũ punctum dico, quod multis modis homo oſtendit ingratitudinem erga Deum; quia inobediens eſt Deo, ad cuius hominis confuſionem notandum, quod Deus ab omnibus obedientiam habet, & omnia ipſi Deo obediunt dempto homine, quod probatur ſic, nam Deus præcepit cœlo ne daret aquas, Orante Helia & obediuit. Deus pręcipit Angelis ut cuſtodiãt homines, & obediunt. *3 Re.17. Pſ. 90.*

Deus præcepit ſoli, ut permaneret immobilis tpe ſolutę & obediuit. De' præcipit igni ne vreret; vt patet de tribus pueris in camino ignis ardentis & obediuit. Deus præcepit ventis, cum eſſet tempeſtas in mari, & ventus, cõtrarius, & ceſſauit ventus. Deus præcepit terræ dicens germinet terra herbã virentem & terra obediuit. Deus præcepit lapidi ſicco, ut daret aquas, & lapis obediuit. loquimini ad petram, & ipſa dabit uobis aquas. Deus præcepit leonibus, ut patet de Daniele poſito in Lacu Leonũ & Leones obedierũt &c. Et ſtellis & dixerunt ecce adſumus. *Ioſue.10. Dan.3. Mar.6. Gen.1. Num.20. 3.Re.20.*

Solus ergo homo negligit iuſſa Dei, & ſic, ingratus non cognoſcit amorẽ Dei, nec ipſius beneficia ſibi ab eo collata. Eia igitur o ingrate Chriſtiane imitare Paulum, qui cum à Deo vocaretur Saule quid me perſequeris? ſtatim factus eſt obediens dicẽs, quid me vis facere? Si Chriſtus quærebatur hodie à Iudæis vt eum morti traderent, & ſi pro nobis mortuus eſt, cur nos adeo ingrati ſimus? Sequamini ergo Chriſtum ut gratiam in hoc mundo nobis, & gloriam ipſe tribuat Amen.

DE BONO OPERE NON LAPIDAMVS TE, SED de blaſphemia Ioan. X.

CVm quęrerem de mundi machina, illam in tres prouincias diuiſam inuenio, & quęquę illarum linguam, vel ſermonem ſuum diſtinctum habet.

Pſal. 83. *Prima vocatur patria cęleſtis, quę colligitur a ſpiritibus ſanctis, cuius ſermo nil aliud eſt quàm laudare Deum iuxta illud Beati qui habitant in domo tua domine, ſecunda terrena quę habitatur ab hominibus, quorum*
Io. 3. *eloquium nil aliud eſt niſi terrena loqui qui de terra loquitur.*

Tertia infernalis, & hęc incolitur ab inimicis Dei, quorum ſermo, nil aliud eſt niſi contemnere Deum, & Blaſphemare eum Et ſane deceptus ſum, credens enim in terrena prouincia me eſſe, in infernali me habitare cõperi. In qua aſſidue audio Deum blaſphemari. Et iccirco confuſionem, & corruptionem blaſphemantium ſtatui hodie cum Euangelio pertractare.

INTRODVCTIO EVANGELII.

QVæritur an fides ſine operibus ſufficiat ad uitam æternam? Reſpondeo, vel loquæris de pueris nõ adultis, & ſic dicó quòd tales ſaluantur in fide parentum vel eccleſiæ. Vel loquæris de adultis. Et ſic
Iac. 2. dico, ꝙ fides non ſufficit ſine operib. fides ſine operibus mortua eſt. Nec mirum ſi Chriſtus hodie dicat oues meę uocem meam audiunt, fide, & ſequuntur me operibus, Quod hoc ſit verum videamus, ut ſolemus, textum.

Aug. Facta ſunt encænia ĩ Hieroſolymis, & hyems, erat. Auguſt. declarans hoc feſtum dicit, ꝙ erat feſtum dedicationis templi, quia ſingulis annis ea die, qua templum fuit dedicatum Deo celebrant feſtum ſicut etiam cęlebrãt eccleſia, & dicitur encænia, ab en, quod eſt in & cęnos, quod eſt nouum, quaſi innouatio, quia res noua Deo dedicatur.

Quæritur quot dedicationes templi celebrabant in Hieruſalem? Reſpõdet Beda, & Alcui. ꝙ tres. Beda

Prima fuit illa, quando Salomon edificauit templum ſpatio ſeptem annorum, & illa ſolennitas celebrabatur menſe ſeptembris, poſtea venit Nabuc. qui deſtruxit templum, & iterum reædificatum eſt ſub Zorobabel, & quadraginta ſex annis reædificatum. 3 Reg. 6.

Et ſic ſecundò dedicarunt templum Deo, & iſta ſolennitas celebrabatur de Menſe Martij, tertio Antiochus prophanauit templum, & ſic tertia uice dedicarunt templum deo ſub Iuda Machabæo. Et iſta ſolennitas celebrabatur Menſe Decembris. Et de iſta tertia dedicatione loquitur textus dicens. Et hyems erat. 1. Mach. 4.

Ex quo ſequitur, ꝙ Iudæi non poſſunt negare libros Machabeorum, qa Machabæi habuerunt dominiũ in Hieruſalem ante aduentum Chriſti, & ipſe Chriſtus obſeruauit & interfuit feſto dedicationis templi ordinato ſub Iuda Machabeo ut patet hodie.

Et ambulabat Ieſus in porticu Salomonis. Sed quid eſt porticus Salomonis?

nis? Reſpondeo, ꝙ erat oratorium regis Salomonis, in quo Chriſtus tanquam in domo Dei ingreſſus erat.

Et ſi dicas ſi templum à Nabucdonoſor fuit combuſtum, quomodo ibi erat oratorium Salomonis? Reſpondeo, ꝙ quando reædificatum, eſt templum, reædificatum eſt ſuper ipſa met fundamenta, & in eadem forma, & ſimilitudine primi templi.

Et circundederunt eum Iudæi. dicentes quouſq; animam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus dic nobis palam. Io. 8.

Quare Iudæi dicunt quouſq; animam noſtram tollis? Reſpondeo, quia Chriſtus ſuperius dixit. Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum, ipſi autem non obſeruantes ſermonem, uolebant inferre deridendo Chriſtum, ꝙ propter hoc non erant morituri. Ideo ſitu non obſeruaueris. &c.

Quæritur quare dixerunt ſi tu es Chriſtus & non filius Dei? Reſpōdeo, quia Chriſtus idem eſt, ꝙ vnctus, ſed quia Regibus dabatur vnctio, ideo ſub nomen regis volebant eum interficere, & propter hoc illum accuſauerunt, & dederūt Pilato dicentes, quod Rex fieri volebat & per conſequens contra imperatorem Romanum, erat quæ læſæ Maieſtatis reus quare ſi Chriſtus dixiſſet, ſum Chriſtus, ſtatim illū occidiſſent, qui prudenter Reſpōdet eis dicens. Loquor vobiſcum, & non creditis mihi, opera quæ ego facio, hæc teſtimonium perhibent de me. Loquor uobis ſcilicet palā in Synagogis, & ſi non creditis operibus meis, qui ſanando, illuminando cęcos &c. Me ipſum oſtendo, minus verbis creditis, quaſi diceret obſtinati eſtis. Ratio autem obſtinationis veſtræ eſt, Quia uos non eſtis ex ouibus meis, quaſi diceret, Quia negatis paſtorem veſtrum miſſum à deo uobis. Ideo eſtis oues diaboli, quod autem hoc ſit verum, probatur.

Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me. Et ego uitam ęternam do eis, & nō peribunt in æternum.

Quæritur cum Mat. 15. dicat nō ſū miſſus niſi ad oues, quæ perierant domus Iſrael, quod eſt dicere, ꝙ Iudæi, & non Gentiles erant oues Dei, quomodo ergo Chriſtus hodie id negat? Reſpondeo, ꝙ tunc loquebatur in genere ſcilicet ſe miſſum fuiſſe principaliter pro populo Iudaico; uerum in euangelio loquitur in ſpecie ſuper obiecta, quaſi diceret uos eſtis oues Deo ingratę, non cognoſcentes paſtorem veſtrum à Deo miſſum. Quomodo autem oues audiunt uocem Chriſti ſui paſtoris? Reſpondeo ideſt audiunt vocem, & doctrinam Chriſti, vera fide tenendo, & credendo, & ſequuntur me operibus, certò credentes me filiū Dei, & pro mercede laborum ouium mearum, ego uitam æternam do eis, & non peribunt in ęternum, in inferno ſcilicet ſicut uos oues Diaboli peribitis. Quod autem hoc poſsim facere notate. Mat. 15

Pater me', quod dedit mihi, maior eſt omnib', & nemo poteſt rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum ſumus.

Si queras de munere dato illi à patre? Reſpondeo, ꝙ fuit æqualitas in diuinis, iuxta Athanaſium, uidelicet. Athana.

Omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus, æqualis, Pater æqualis Filius, ęqualis Spiritus Sanctus.

Cum Deus ſit ſpiritus, quomodo habet manum, ibi, nemo poteſt rapere de manu? &c.

Reſpondet Aug. ꝙ manus Dei interpretatur poteſtas Dei, quaſi diceret Deus, qui eſt paſtor bonarum ouium magis poteſt, quam Diabolus, qui eſt paſtor ueſter. Tulerunt ergo lapides, ut lapidarent eū ſcilicet inuidia moti, quibus Chriſtus. Multa bona opera oſtendi uobis ſcilicet ſanādo infirmos, docendo uos bene uiuere, declarando Aug.

ſcipturas, propter quod opus me lapidatis? quaſi diceret, deberetis gratias agere de bonis operibus meis factis, & pro mercede mea uultis me lapidare? ingrati eſtis mihi, & Deo. Audientes hæc Iudæi dixerunt.

De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia, ſcilicet de operib. factis bonis nihil dicimus; ſed de blaſphemia, & quia tu homo cum ſis, facis te ipſum Deum.

Quæritur quomodo dixerunt Deū plaſphemaſſe? Reſpondeo, quia dixit
Pſ.81. ego & pater vnum ſumus. Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra. Ego dixi Dij eſtis, & non poteſt ſolui ſcriptura, ergo dixi verum, quòd deus ſum.

Gen.1. Vnde notandum eſt, quòd Dij ſumus dupliciter, primò per ſimilitudinem animę ibi, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, ſecundo bene & ſanctæ viuendo, ſicut præcepit Deus in lege. Quæritur cum ſcriptura intelligat nos eſſe Deos per participationem ſcilicet propter animam inuiſibilem, immortalem, ſpiritualem, quare Chriſtus cum ſit Deus per eſſentiam adducit illam ſcipturā, probando eſſe Deum per participationem, & non per eſſentiam? Reſpōdeo, ꝙ verum eſt, quod Chriſtus eſt, Deus per eſſentiam, tamen hanc claram protulit ſcripturam, & comparationem à minori ad maius vt oſtenderet Iudæis ſe non poſſe mentiri, & per conſequens ipſi non debebant eum lapidare. Sequitur autem contra eos dicens.

Quem ſanctificauit, quem miſit pater, dicitis, quia blaſphemat: quaſi diceret ingrati eſtis, male facitis, & dabitis poenas. Si ego non facio opera patris mei, nolite credere, & ſi mihi nō vultis credere, operibus credite, ideſt ſanitatibus infirmorum veſtrorum, & ſic cognoſcetis, ꝙ pater eſt in me, & ego in patre, quia ſcilicet hæc opera ſunt Dei, & non puri hominis.

Primum documentum. Nullus debet ſe in oculis ſuis ſuperbire tanquam bonus & ſanctus in hoc mundo ſit, ſed debet, imitando Chriſtū dicere opera quæ ego facio hæc teſtimonium perhibent de me.

Secundum, oues Chriſti vocem Dei audiūt fide, & ſequuntur illum operibus bonis, ſed oues Diaboli ſ. peccatoris oppoſitum faciunt, ideo Chriſtus hodie dicit oues meæ. &c.

Tertiū, ſi volumus nos eſſe Deos, hoc eſt diuinos ſicut dicit ſcriptura, oportet obſeruare lēgē Dei & facere ea quę præcepit &c. ibi ego dixi. Dij eſtis.

Quartum opera ſpiritualia a nobis facta nihil proſunt, ſi ſemper blaſphemijs cōtra deū, & ſanctos, vacem' &c. contra quos blaſphemantes hodie exclamare uolo & 4. puncta declarare.

Primum Quid eſt blaſphemia.

Secundum An ſit remiſsibilis.

Tertium. An blaſphemia ſit grauius peccatum homicidio.

Quartum. Quomodo blaſphemus debet puniri.

Ad primum reſpondeo, ꝙ blaſphemia eſt triplex. ſ. Affirmatiua, negatiua, vſurpatiua.

Prima eſt tribuere creatori; quod creatori non conuenit, ut corpus manus, & pedes, & hæc materia tangitur cōtra Valētinianos hæreticos dicētes. Deū in cęlo habere corpus, & qđ Chriſtus de cęlo portauit corpus, & nō eſt de Virgine incarnatus, cōtra quos, De' Ioa.4.
ſpiritus eſt nō habens carnē, & oſſa, ſecūda eſt Negatiua, ut negare creatori, quod ſibi cōuenit. ſ. miſericordiā iuſtitiā &c. Cuius opinionis erāt Manichęi 24.q.3.c.
ponētes duo pricipia, bonū. ſ. & malū quidam.
bonū. à Deo, & malū à Diabolo, & ſic hære.
negabāt iuſtitiā Dei, ꝯ quos oīa ꝑ ipſum facta ſunt, tertia ē Vſurpatiua, qn̄ Ioa.1
aliquis vſurpat ſibi illud, qđ Deo cōuenit, ut ſanando, & mirabilia facenido
cōtra quos Propheta, ſolus Deus mirabilia facit &c. & hic duo obſeruanda. Pſ.79.

Primū quare blaſphemia eſt peccatum mortale, ſecundum. An ſemper

per

per ſit peccatum mortale.

Ad primum Reſpondeo q inter oĩa peccatorum crimina non inuenitur peccatum adeo graue & in maximam Dei uituperationem ſicut eſt blaſphemia, & probatur ſic.

Abr. in 3 d. 14 Vgo. Antiqui definientes blaſphemiam, dicebant, blaſphemia eſt impoſitio falſi criminis in Deũ. Aliqui dicũt ſic, ſpiritus blaſphemiæ nil aliud eſt, niſi affectio, & deſideriũ uituperationis diuinæ, & Hiero. blaſphemia eſt aliquod uitiũ inferre iniuriam ſaluatoris. Ecce quare mortale. Hier.

Tho 22. q. 13 ar. 3. Ad ſecundũ. Reſp. q blaſphemans, vel eſt paſione ſeductus, nõ cogitãdo, & nõ cognoſcẽdo ſe deũ offendere, & ſic veniale, eſt, q̃a primi motus nõ ſũt in noſtra poteſtate, vel blaſphemans blaſphemat cũ delectatione cognoſcẽdo ſe Deũ offendere, ſicut faciunt aleatores & quã plurimi milites q̃ neſciũt loqui niſi blaſphement Deũ oĩpotẽtẽ, & ſic eſt mortale. Exẽplũ in 4. Dialo. Greg. qñ Diabolus rapuit filium blaſphemantem de brachijs patris eius. Greg.

Augu. Vnde Aug. flagellat⁹ eſt Chriſt⁹ flagellis Iudæorum, nũc aũt blaſphemijs Chriſtianorum.

Mat 12. 1 Reg. 2 Ad ſecũdũ, aliqui dicũt q nõ, Spiritus blaſphemiæ nõ remittit in hoc ſeculo neq; in futuro, ideo ſcriptura ſi peccauerit uir in virũ placari põt Deus. Si aũt in Deũ, quis orabit pro illo? quaſi dicat, nullus, quia peccatum eſt irrimiſsibile.

Aliqui aũt dixerũt, q blaſphemia eſt remiſsibis. Hiero. ſup Mat. dicit, blaſphemia, quãquã culpa non careat erroris, tñ veniã hẽt. Ergo remiſsibilis.

Alex. in 2. p. q. 141 m. 7 & q. 171 ar 6. Reſpondeo, q blaſphemia eſt triplex, prima ex primis motib. q̃ nõ ſũt in noſtra poteſtate. i. ex indignatione cogente quodammodo, & ſic blaſphemãs hoc modo offendit Deũ patrẽ oĩpotentẽ, quia in illis primis motibus vſurpat ſibi omnipotentiam Patris, & hoc peccatũ remittit Deus Pater, ſecũda, ex certa ſcientia. ſ. quando blaſphemans ſcit, & cognoſcit ſe Deum offendere, & ſic offendit filium, cui attribuitur ſapientia Dei, & hoc peccatum remittit Filius, maxima tamen contritione, & penitentia peccatoris accedente, tertia oritur ex deſperatione ſcilicet quando blaſphemus diffidit de diuina clementia, & ſic offendit Spiritum Sanctum, cui attribuitur diuina clementia, & ſic eſt peccatum irremiſſibile, iuxta illud qui peccauerit in ſpiritum Sanctum non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in alio. &c. Mat. 12

Si autem admiratus de irremisſibilitate iſtius peccati in Spiritum Sanctũ quæras qualia ſint peccata in Spiritum Sanctum. Reſpondeo, quòd. Mag. in 2. d. 4.

Primum eſt deſperatio ſcilicet quãdo aliquis eſt adeò deſperatus q certo tenet ſe nunquam à Deo poſſe aſſequi miſericordiam Exemplum de Cain qui dixit, maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear, cui gloſa, mẽtiris, quia maior eſt miſericordia Dei. Gen. 4

Secundum eſt præſumptio ſcilicet quando peccator temerariè, & præſomptuoſe exiſtimat ſe ſine pœnitentia conſequi poſſe remſsionem peccatorum, nec benefacit.

Tertium eſt finalis impœnitentia ſcilicet quando, peccator deliberato animo non vult bene agere, ſed facit totum oppoſitum illius quod debet. &c.

Quartum eſt obſtinatio ſcilicet quãdo peccator correptus poſt repræhenſionem non dimittit peccata, ſed volõtariè offendit Deum, nec admittit ullo pacto admonitionem.

Quintum eſt negatio veritatis agnitæ ſcilicet quando aliquis negat Paradiſum, Infernum, Purgatorium, Immortalitem animæ, & huiuſmodi.

Sextum eſt inuidia fraternæ gratiæ, ſcilicet quando aliquis peccator inuidet gratiæ Dei.

Ad quæſtionem, Reſpondeo dicẽs, quòd peccatum dicitur irremiſsibile tribus modi tribus. Alex. in 2. p. de ...

Primò Negatiuè. ſ. quãdo nullo modo poteſt

poteſt remitti, ut peccatum Luciferi.

Secundo Priuatiuę, quando ſcilicet peccator eſt priuatus gratia Dei, & ſic omne peccatum mortale dicitur irremisſibile, quia peccator non meretur talem remiſsionem &c.

Tertiò Contrariè ſcilicet quando peccator habet contrariam diſpoſitionem remiſsioni, & ſic peccatum in Spiritum Sanctum dicitur irremiſsibile, remittitur tamen priuatiuæ, non vi iuſtitiæ, ſed miſericordię, & remittitur contrariè, non abſolutè, & facilè, ſed per maximam contritionem, & dicitur irremiſsibile, quia rarò, uel cum difficultate remittitur.

Ad propoſitum ergo de blaſphemia dico, ꝙ licet blaſphemia ſit peccatum in Spiritum Sanctum, tamen remittitur blaſphemia, & remittuntur omnia peccata in Spiritum Sanctum, ut ſupra duobus mediis, primo ex parte pęnitentis ſcilicet maxima contritione, & dolore, ſecundo ex parte confeſſoris ſcilicet maxima pęnitentia illis blaſphemantibus iniuncta. Et hic multa eſſent dicenda contra confeſſores, non aggrauantes conſcientiam peccātium in Spiritum Sanctum &c.

Aug. Ad tertium, reſpondeo fundamento Aug. in Enchi. dicentis, ꝙ malum dicitur malum, quia nocet, ſed homicidium nocet, quia interimit hominem, blaſphemia verò non eſt huiuſmodi, ergo homicidium eſt grauius peccatum blaſphemia.

Tho. 22. q. 13. ar. 3. Ad queſtionem Reſpondeo, quod hæc queſtio poteſt dupliciter conſiderari, uel quantum ad effectum, uel quantum ad obiectum.

Primò homicidium eſt grauius peccatum blaſphemia, quia homicidium interimit hominem, blaſphemia verò non occidit Deum.

Secundò quantum ad obiectum, & ſic blaſphemia eſt grauius peccatum homicidio, quia homicidium offendit creaturam, blaſphemia uerò offendit creatorem, itaque ratione obiecti blaſphemia eſt grauius peccatum homicidio. Sed hic duo querúntur.

Primum. An poſsit homo ſe defendere à Diabolo incitante ad blaſphemiam.

Secundum. Quare blaſphemia eſt tam graue peccatum.

Ad primum Reſpondeo, quòd aliud eſt vincere tentatorem, & aliud eſt reſiſtere tentationi. Bon. in 2 d. 28.

Primum nil aliud eſt niſi facere totum oppoſitum illius, quòd intendit is, qui tentat, & iſto modo, dico, ꝙ ſine adminiculo Dei, homo non poteſt uincere Dæmonem tentatorem. Quia nimis eſt fortis, & cum quis dicit ego ſuperaui dæmonem, male loquitur, ſed debet dicere, gratia Dei ſuperaui.

Secundum nil aliud eſt, niſi tentatori, uel tentationi non conſentire, & ſic homo ꝑ ſe, & ſuo libero arbitrio pôt reſiſtere Diabolo tentanti, quia liberum arbitrium hominis non poteſt cogi neque à Deo, de potentia ordinata, neque à cęlo, neque a Diabolo, & Ideo male dicunt excuſantes ſe, quia à Diabolo tentati, hoc & illud flagitium committunt.

Ad ſecundum Reſpondeo, quòd grauiſsimum peccatorum ob tres rationes.

Primò propter ingratitudinem, quia Deus dedit linguam homini ad laudandum eum, laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Sed blaſphemator maledicit Deo millies in die. Ergo ingratiſsimus eſt. Pſ. 116.

Secundò propter grauitatem, nam peccatum blaſphemiæ excedit peccatum Iudæorum (teſte Augu. dicente) magis peccant blaſphemantes Deum triumphantem in cœlis quàm qui crucifixerunt Chriſtum ambulantem in terris. Aug.

Tertiò propter irreuerentiam, quia blaſphemator eſt peior cane, quia canis non mordet dominum ſuum, blaſphema-

ſphemator verò mordet domum, & creatorem ſuum.

Ad quartum Reſpódeo quòd quinque ſunt leges contra blaſphematores, & hodie nulla iſtarum obſeruatur.

Leui. 24. Prima eſt diuina, Educ. blaſphemã tem extra caſtrum & lapidet eum omnis populus, qui blaſphemauerit nomen domini morte moriatur.

Ex de. Maledic. c. ſtatuimus. Secunda lex eſt eccleſiæ, qui blaſphemauerit nomen Domini, & Virginis publice debet puniri ſcilicet vt per ſeptem dominicas ſtet ad portam eccleſiæ cum fune tolla ſuſpenſa petendo veniam à populo, & ieiunet illis. 6. ferijs.

Tertia eſt municipalis, quia omnis ciuitas, & omnia caſtra, immo rura habebant olim leges contra blaſphematores. Nunc verò in populo Chriſtiano non poniuntur blaſphemantes Deum, ſed in curijs magnorum Principium exaltantur.

In Authen. Quarta eſt ciuilis lex quæ dicit blaſphemator vltimo ſupplicio debet puniri, quia impunitas delicti inuitat homines ad malignandum &c.

C. de pa- ni. l. ſ. qua. Quinta eſt lex Paganorum, nam Saraceni quoque ad confuſionem Chriſtianorum ponunt blaſphemantem in torculari, & ſic occidunt illum. Sed nunc nulla lex inuenitur contra blaſphematores, nec Chriſtiani cogitant quòd propter blaſphemias ciuitates percuſſe ſunt, bellis, terremotibus, ſeditionibus, & barbarorum perſecutionibus, nec obſtant propugnacula fortia ciuitatum Italiæ, quia niſi Dominus cuſtoderit ciuitatem &c.

Diſcurre modo tuo. Emendandi, & corrigendi ergo ſunt Chriſtiani, nam niſi huiuſmodi grauiſsimum peccatum derelinquærint, & ſi forte hic ab humana iuſtitia non caſtigantur à iuſtitia tamen diuina maximè punientur. Et ſic & gratiam in hoc mundo, & gloriam in alio amittent.

Quod Deus ipſe non permittat, ſed nos corrigat, & linguam noſtram compeſcat, ut ſemper eum laudemus in hoc mundo, & in alio qui in cęlis uiuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

FIDES TVA TE SALVAM FECIT VADE in pace. Luc. VII.

Apoc. *HVmanum genus diſtinguitur in tres ſtatus, primus ſtatus, eſt Sanctarum Virginum de quo Ioann. Virgines enim ſunt, & ſequuntur agnum quocunq; ierit.*

Col. 3. *Secundus ſtatus eſt coniugatorum de quo Pau. Viri diligite vxores veſtras ſicut Chriſtus eccleſiam.*

Hier. *Tertius ſtatus eſt viduarum. De quo Hieronimus contra Iouinianum dicit. Felix, pudica mulier, nunquam preter ſemel, nubit, & ſi fragilitate humana, uel tentatione diabolica creatura violauerit ſtatum ſuum debet immeditatè exemplo Magdalenæ, ſe conuertere ad Chriſtum. De qua conuerſione Magdalenæ hodie cum Euangelio loquemur.*

INTRODVCTIO EVANGELII.

QVæritur ꝙ eſt maius miraculum, Creare cęlum, & terram, an cõuertere peccatorẽ? Aug. Reſpondet Aug. ſuper Ioan. 14. vel loqueris quo ad tempus, vel quo ad modum, ſi quo ad modum, maius miraculum eſt creare cęlum, & terrã, quia ex nihilo creauit Deus, & &c.

Si autem quo ad tempus, dico, ꝙ maius miraculum eſt cõuertere peccatorem, quia Aug. dicit cœlum, & terrã Aug. tranſibunt iuſtificatio autem impij ꝑmanet in ęternum. Nec mirum ſi hodie videmus in Euangelio miraculum conuerſionis Magdalenę. Videamus textum.

Rogabat Ieſum quidam Phariſæus vt manducaret cum illo. Experientia nos docet, quando Medicus nouus de ſtudiis & ſcolis redit in patriam licet ſit doctus, tamen in primis congresſibus pauci illum æſtimant, aut credũt ei. Ideo nullus infirmus ab eo uult curari, ſed facta al q ıa experientia bona, omnes poſtea currunt ad illum.

Sic Chriſtus cęleſtis medicus, in principiõ quandõ fuit batizatus nullus eum volebat cognoſcere, ſed factis multis miraculis, omnes quærebant eum, ſicut hodie videmus. Si quæras quomodo uocabitur hic phariſæus? Reſpondeo, quòd uocabatur Simon leproſus, ille inquam qui à Chriſto alias lepra mundatus fuit. Mat. 26. Ieſus autem ingreſſus in domum phariſæi diſcubuit. Hic quæritur, quare Chriſtus uoluit comedere cum Phariſæis? Reſpondeo, ꝙ legitur Chriſtum comediſſe cum quinq; generibus hominum, & ſemper bono fine.

Primò cum peccatoribus, ut illos à ſtatu peccati mortalis ad ſtatum gratiæ reduceret.

Secundò cum amicis familiaribus, vt eorum deuotionem augeret, vt cũ Martha, & cum Maria &c.

Tertiò cum pauperibus, vt eorum neceſitatibus ſubueniret. Exemplum in Cana Galileæ, quando de aqua fecit vinum.

Quartò cum Diſcipulis, ut illos cõmunicaret.

Quintò cum Phariſæis ſuperbis, ut illos humiliaret, ſicut patet hodie de iſto Simone alias leproſo.

P-

Et ecce quædam mulier in ciuitate peccatrix, quæ ut cognouit, quòd Ieſus diſcubuit in domo Phariſæi attulit alabaſtrum unguenti, & ſtans retrò, ſecus pedes domini, cepit rigare lachrymis pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat & oſculabatur pedes eius, & unguento ungebant.

Si quæras de ciuitate; Reſpondeo, quod fuit in Bethania. Quare autem loquebatur Chriſtus cum meretricibus? Reſpondeo, quòd alias iſta fuit meretrix, ſed tunc de peccatis ſuis perfectè contrita. Quare retro, & non ante faciem? Reſpondeo, præ uerecundia peccatorum ſuorum, uel quia putabat ſe indignam uidendi faciem domini. Ideo lachrimabatur, multum dolens. Quare autem oſculabatur, & capillis tergebat? dicendum, quòd ſicut ipſa peccauit quinque ſenſibus exterioribus, ſic cum illis ſenſibus uoluit pœnitere. Primo ſi auditu peccauit, audiendo uana, & ipſo auditu uoluit pœnitere audiendo Chriſtum predicantem, ſecundo ſi uiſu, uidendo uana peccauit, etiam oculis lachrymantibus rigauit pedes, Tertiò ſi tactu, tangendo in honeſta, peccauit, etiam tactu tāgendo pedes Chriſti pœnituit. Quartò ſi odoratu peccauit, odorando uana, etiam odoratu, odorando naribus terram fœtidam pœnituit, Quinto ſi ore guſtando peccauit, etiam ore oſculando pedes Chriſti pœnituit.

Ioã. 12. Quæritur de unguento? Reſpōdeo, Cum Ioãne quod erat ungueutum ſ. nardi piſtici prætioſi; nardus eſt quædam herba habens ſpicas, ex qua extrahitur liquor pretioſus: ſeu fidelis, quòd Piſtis græcè fidem ſignificat, fidele autem dicitur unguentum quia non mixtum, neque adulteratum.

Quæritur de iſta muliere an fuerit ſoror Lazari. Prima opinio fuit Orig. Chryſ. & Hiero. dicentium quòd non, Secunda opinio ſuit Aug. Grego. & eccleſiæ dicentium, quod ſic. An modo fuerit peccatrix corpore, an ſpiritu? Reſpondet prima opinio (ut ſupra dicitur, quòd neque corporaliter, neque ſpiritualiter peccauit, ſecunda uero opinio (ut ſupra dicitur) quòd fuit peccatrix, tamen non ſpecificat clarè an corporaliter, an ſpiritualiter. Ambro. tamen dicit, quod fuit peccatrix utrunque modo, unde eccleſia dicit, Maria Soror Lazari, quæ tot commiſit crimina, ab ipſa fauce tartari reddit ad alta limina.

[Margin: Orig. Chryſ. Hiero. Auguſti. Grego. Ambr.]

Dixit autem phariſæus intra ſe, ſi hic eſſet Propheta ſciret utique quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt. Quare phariſeus ſic cogitabat? Reſpondet Greg. quòd phariſæus habebat illam odio, ideo temerariè iudicabat malum de illa, & quòd ſi iuiſſet ad pedes ſuos, calcibus repuliſſet eam, Ieſus autem reprehendit Phariſæum dicens. Simon habeo aliquid tibi dicere. Quare ſic Chriſtus dicit? Reſpondet Titus, Quia Chriſtus uoluit oſtendere phariſæo, quod non ſolum erat Propheta, ſed erat Deus. Sciens & cognoſcens intima eius cordis.

[Margin: Grego. Titus.]

Erant duo debitores cuidā fœneratori: unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta: non habentibus unde redderent, donauit utriſque, quis ergo eorum eum.ſ. fœneratorem plus diligit?

Vnde notandum quod Chriſtus ſatisfecit pro peccato Adæ & Euæ; & iſti ſunt illi duo debitores, qui ingrati de beneficio, non habebant unde redderent, id eſt, non poterant ſatisfacere, ſed Chriſtus ſua morte ſatisfecit.

Phariſęus tunc reſpondit ignorans parabolę finē. certè exiſtimo cui plus donauit. Ieſus autem dixit rectè iudicaſti, ſcilicet, quia quanto beneficium eſt maius, tanto magis beneficiatus tenetur benefactori. Voluit ergo inferre Chriſtus, quod ex quo à Magdalena habuit plura beneficia, quàm ab ipſo Phariſæo, ideo debebat plus amari à Chriſto. Si dicas quæ beneficia?

Intraui in domum tuam, aquã pedibus meis non dediſti In quo textu cognoſcuntur tria opera, vel beneficia.

Primum opus fuit pietatis, quia lauit pedes laſſos ex itinere, Secundum fuit opus charitatis, nam eius pedes oſculata eſt, Tertium fuit opus lætitię ungendo caput Chriſti, vnguento cõfortatiuo, & ideo tot beneficijs ab ipſa acceptis dixit. &c.

Et ceperunt qui ſimul diſcumbebant dicere intra ſe.

Quis eſt hic, qui etiã peccata dimittit?

Si quæras, quare Iudæi diſcumbentes hæc dicebant? &c. Reſpõdet Chriſ. Chry. ꝙ audiuerant quidem Chriſtum ſana re infirmos, ſed illum remittere pecca ta nunquam audiuerant, itaq; mirabantur.

Fides tua te ſaluam fecit, vade in pace. Si Lutherani dicant Magdalena ſua fide ſola iuſtificata eſt; ergo ſola fides iuſtificat? Reſpondeo quod ipſa Magdalena anteq̃ fuiſſet iuſtificata lacrymauit, in quibus lachrymis cognoſcitur, ꝙ etiam opera cum fide iuſtificãt, quod probatur ſic, aut illa ſola fides, qua dicis nos iuſtificari, eſt ſeparata à charitate, aut vnita.

Si ſeparata, non iuſtificat, quia Pau. Si habuero omnẽ fidem, ita vt mon tes transferam, charitatem autem nõ 1. cor. 13 habuero nihil ſum.

Si vnita dico, ꝙ non datur charitas ſine operibus. ergo fides ſine operibus non iuſtificat.

Sed ſic intelligitur, ꝙ fides, prçſuppoſitis lachrymis, fecit illam ſaluam à pœnis inferni, ad quas erat propter peccata obligata.

Et dixit vade in pace; quaſi dicat prius fuiſti inimica Deo propter peccata, nunc autem illi es reconciliata.

Primum documentum. Si Chriſtianus diligit Chriſtum, nunc eſt tempus oſtendendi talem dilectionẽ, quia cũ Iudæi eum perſequantur, vadit ad Hoſpitium. Ideo operibus miſericordiæ, maximè eſt incumbendum.

Secundum documentum. Pomparum, & vanitatũ inhoneſtarum, quæ ſunt cauſę ruinæ corporis & animæ, debent mulieres pęnitere. exemplo Magdalenæ, quę neglecto cultu corporis capillis paſsis ad Saluatorem confugit.

Tertium documentum. Duo debitores. ſ. Maſculus, & fæmina ſunt debitores Deo, dum ſunt in peccato; ideo ad confeſsionem &c.

Quartũ documentum. Si virgo, vel nupta, vel vidua cecidit (fragilitate vel tentationę) in peccatum, debet cum Magdalena ſurgere à peccato, & conuerti ad Deum. De qua conuer. dicemus.

Primò, quomodo conuerſio Magdalenę fuit poſsibilis.

Secundò. An Deus dilexerit Magdalenã magis poſt peccatũ, quàm ante.

Tertiò. Quare peccatum Magdalenę fuit tam graue.

Quartò. A quibus cauſis orta eſt ruina Magdalenæ.

Quantũ ad primum dico, ꝙ nõ eſt mirum ſi diſputatur de poſsibilitate conuerſionis Magdalenæ, quia. ff. de ope ribus ſeruorum, quilibet ſeruus te netur domino ſuo, & non alteri. Sed Chriſtus dixit qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. i. Diaboli, ergo Magda Ioan. 4. lena non potuit ſeruire Deo, quia obligata Diabolo erat.

Reſpondeo, ꝙ ad reſurgendũ à ſer Bona. in. 4. d. 20. uitute Diaboli, ad ſeruitutem Dei, tria ſucceſsiuè requirũtur. ſ. Diſpoſitio, Cõ ſen ſus, & operatio.

Diſpoſitio oritur ab illuminatione. Ego ſto ad hoſtium, & pulſo, ſi quis Apoc. 3. aperuerit intro, & cęno cum eo. Si dicas ego non ſum inſpiratus? Reſpondeo, mentiris, quia ſemper Deus inſpirat, ſed inuolutus magis in uoluptatibus huius mundi, quam in rebus diuinis, reſiſtis &c.

De cõſenſu dico, quòd Magdalena conſenſit, primò prędicationi Chriſti audien-

audiendo eum Prædicantem,& dicentem non veni uocare iuſtos,ſed peccatores ad pœnitentiam,Ideo ipſa cum peccatrix eſſet conuerſa eſt & iuit ad rigandos pedes. ſecundò cōſenſit Angelo cuſtodi.tertiò conſenſit ſynderesi mordenti conſcientiam, & ſic conuerſa eſt. De operatione dico, quod duobus modis benè operata eſt.ſ. velociter, & perſeueranter, velociter, quia Deus correſpondet gratiam ſecundum feruorem pęnitentiæ,gloriā vero ſecundum opera,perſeueranter, quia perſeuerauit per 30.Annos in de-

Mat.24. ſerto, iuxta illud Chriſti, Non qui inceperit, ſed qui perſeuerauerit vſq; in finem,hic ſaluus erit Hic duo quæruntur. Primum quis fuit cauſa peccati Magdalenæ &c. Secundum an conuerſio Magdalenę fuit actus miraculoſus.

Ad primum tres fuerūt opiniones. prima,deſperati dicūt, quod Deus eſt cauſa peccati,quia ſcit vel ſciebat Magdalenam peccaturam, & permiſsit illam peccare,Si permiſit,ergo fuit cauſa illius peccati.

Secunda, peccatores huius mūdi dicūt,quod Diabolus eſt cauſa peccati, quia oīs malitia,& oīs immūditia.Diabolo fuit excogitata. Exemplū habes in primis parentibus,quia niſi Diabolus eos tentaſſet non peccaſſent.

Tertia opinio & vera eſt,quod ipſamet peccatrix vt Magdalena, vel ipſamet peccator eſt cauſa ſui peccati, ratio eſt; vel peccatū eſt ad intra, vel eſt ad extra, ſi primo, vnuſquiſq; tētatur

Iac.1 à propria cōcupiſcentia. Si ſecūdo, intellectus ſemper repræſentat hoc,& illud volūtati ſub ſpecie boni,ad qd̄ ap-

Dan.13 petitus inſatiabilis mouet. ſenes iniq. & impudici exarſerūt in Suſanā & ſic cōcludit,ꝙ nec Deus,nec Diabol⁹ sūt cauſa pc̄ti,ſed ipſametvolūtas pc̄toris Ad,primā & ad ſecūdam opinionē reſpondeo, quod cauſa peccati eſt triplex.ſ.Permiſsiua, & iſta eſt in Deo, qui permittit peccatorem cum ſuo libero arbitrio facere bonum,& malū, iuxta beneplacitum ſuum, ſecunda dicitur In ductiua, & iſta in diabolo, qui ſemper inducit, & repræſentat malum, ſed non cogit ad malum.

Vnde Ber. Debilis eſt hoſtis,& non poteſt uincere,niſi uolentem. Ber.

Tertia eſt Effectiua; & iſta eſt in homine. Vnde Aug. ſunt noſtræ uoluntates, quæ faciunt quidquid uolendo facim⁹, ſiue bonum,ſiue malum,&c. Aug.

Ad ſecundum Reſpondeo, quòd conuerſio poteſt dupliciter conſiderari,uel quò ad naturam, uel quò ad modum, primo modo conuerſio Magdalenæ non fuit miraculoſa,quia Deus eſt finis hominis; & quælibet creatura naturaliter tendit ad ſuum finem,ſecundo modo .ſ.conſiderando feruorem pœnitentiæ ipſius Magdalenæ;dico quod eius conuerſio fuit miraculoſa, quia audita prædicatione Chriſti immediatè quatuor conſiderauit.

Primo. Vbi fuit .ſ.in peccato tanto tpe, ſine gratia Dei,iō doluit,lachrymauit, & maximo feruore pœnituit. Secundò Vbi erat; quia dānata adeo ꝙ ſi moreretur,nunq̄ Deum uidiſſet, ideo lachrymauit, & pœnituit.

Tertio. Vbi non erat, quia non de numero beatorum ad gloriam deſignatorum, ad quam fuit creata, Ideo lachrymauit,& pænituit.

Quarto,Vbi eſſet, qā ī iudicio uniuerſali publicè eſſet condēnāda,& publicanda Ideo lachrymauit & pænituit.

Ad ſecundum punctum Reſpondeo,quòd aliqui dicunt,Deum magis diligere pœnitentem, quàm innocentem. Primò auctoritate gaudium eſt Luc.15. Angelis ſuper uno peccatore pœnitentiam agente magis, quàm ſupra nonaginta nouem iuſtis, ſecundo Luc.15. exemplo filii prodigi, quòd poſt diſſipationem bonorum uenit cum lachrymis ad patrem, qui pater fecit pro filio peccatore triumphum, & non pro filio innocente. Ergo ſimiliter poteſt dici de Magdalena.

Sct.in 4 d.22. Reſpondeo, quod hoc poteſt intelligi dupliciter, abſolute.ſ.& reſpectiue, primò innocens, quia dignior, ideo magis diligitur, quàm pœnitens, quia pœnitentia reſpicit peccatum commiſſum, Innocentia uerò non. ſecundò reſpectiuè.ſ.conſiderando feruorem illius actus pœnitentiæ, & ſic dico, quòd ſi pœnitentes eſt multum feruens, erit in maiori gratia Dei, quã ante peccatum, quia Deus magis diligit pænitentem ſolicitum, quam innocentem pigrum. Ratio autem eſt. Hic eſt innocens, qui eſt in cẽtum gradib. gratiæ, & hic eſt alius ſi'r in centũ gradibus gratiæ, qui uel malitia propria, uel tentatione cadit, & peccat, certum eſt, quòd per actum illius peccati mortalis perdit illos centum gradus gratiæ, in pœnitentia uerò quam facit, adeo eſt contritus, & adeò facit illam cum feruore intenſo, ut acquirat ducentos gradus gratiæ. Sic fecit Magdalena, ergo Chriſtus plus dilexit eam, poſt peccatum quàm ante.

Tho. 12. q.64.a.4 Ad tertium Reſpondeo, quia peccatum Magdalenæ, primo erat in beſtialem naturam traſformatiuũ, quia homo peccando recedit ab ordine rationis, ſecundum quam, unuſquiſque debet uiuere, ideo perdidit dignitatem humanam (qua perdita) remanet pura beſtia, hoc probat 6.Topic. à quo cunq; remouet definitio & definitũ. Ariſt. Sed rõ (quæ eſt principalis pars in diffinitione hominis) per peccatum remouetur ab homine, quæ ſola ratio diſtinguit hominem ab aſino, ergo peccatum eſt in beſtialem naturam tranſformatiuum. Hinc eſt, quod piger uocatur apud nos aſinus, & guloſus uocatur lupus. &c.

Secundò peccatũ Magdalenę eſt intellectus obcæcatiuũ, qa ipſa per pcm. perdidit lumen gratiæ in hoc mundo, & lumen gloriæ in alio perdidiſſet, ſi in eo perſeueraſſet. Iuxta illud uia eorum eſt tenebroſa, & neſciunt, quò uadant, Tertiò peccatum Magdalenæ Prou. 4. erat diuinæ inimicitiæ cauſatiuum, quia propter eius peccata fuit inimica Deo, ideo Chriſtus dixit Magdalenæ, uade in pace, quia ſ. prius fuiſti inimica Deo.

Ad quartum Reſpondeo, quod à ſeptẽ cauſis, principaliter orta eſt ruina Magdalenæ, & conſequenter ruina quarumlibet mulierum, modo infraſcripto uiuentium.

Prima cauſa eſt depilatio, & fucus. Vnde Eccleſia fucare figmentis, quò candidior, uel rubicundior appareat adulterina fallacia eſt. de conſe. di.5.c.fucar.

Secunda cã, eſt portare falſa, ut in capite, ſicut faciũt hæ uanæ mulieres. contra quas Propheta Decaluabit domin⁹ uerticẽ filiarũ Syon, & erit pro ſuaui odore fœtor, & pro Zona, funiculus. Eſa.3.

Tertia cauſa fuit cãtilenarũ obſcenarũ cantus. Hic diſcurrendum eſt de in honeſtis cantibus Magdalenæ, & noſtratum mulierum, quæ in honeſta cantant. Vnde eccleſia cantant in laudem Dei, hæ autem in laudem mundi.

Quarta cauſa fuit oculus impudicus, contra fatuas mulieres, quæ non ceſſant impudice reſpicere, unde contra has in lib. Trenorum, oculus impudicus deprædatus eſt animam meam. Hier.4

Quinta cauſa eſt faſtus ob pulchritudinem, Faſtus ineſt pulchris, ſequitur que ſuperbia formam, contra quas Propheta, Eleuate ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant. Eſa.3.

Sexta cauſa fuit mala conuerſatio, quia lenæ uenientes in domum tuam blanditiis, & uerbis blandulis adulantur filiabus tuis, & promittentes multa ſe accepturas eſſe, ut numos, cathenas aureas, margaritas, corrumpunt bonos & honeſtos mores. Quibus ipſæ deceptæ aſſentiuntur ut Magdalena. Et multæ nunc huiuſmodi ſunt, Eia patres animaduertite ad hæc omnia, & caueatis, ne iſtæ lenæ ingrediantur domos ueſtras, ne filiæ ueſtræ incidant in laqueum Diaboli, & ne iſtis

cauſis

cauſis in peccato detineantur, ne una cum illis ad tartara eatis. Eia uos impudicæ mulieres pæniteat uos tot tantorumque ſcelerum? conuertimini ad Chriſtum ueris lachrymis contritionis, imitamini hodie Magdalenam, & derelictis ſceleribus pœnitentiam agitè dum tempus habetis, ut in hoc mundo quemadmodum Magdalena acquiſiuit gratiam ita & uos acquiratis, & in alio uobis Deus gloriam donet, Qui uiuit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

REDDITE QVAE SVNT CAESARIS CAESARI, & quę ſunt Dei Deo. Matth. XXII.

Qvatuor leges, nos docentes ut uiuamus non de ſubſtantia proximi, ſed in ſudore uultus noſtri eſſe cognoſcimus, quarum Prima, eſt
Gen. 3. *lex diuina. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo &c. Secunda naturalis in principio decreti, quod tibi non vis fieri, alteri ne facias, Tertia*
Rom. 13 *eccleſia. Reddite ergo omnibus debita ſua, Quarta humana in inſtitutionibus de iuſtitia & iure. Iuſtitia eſt voluntas perpetua tribuens unicuique ius ſuum. Igitur immane vitium, & peccatum eſt viuentium in ſudore pauperum neque cogitantium de reſtitutione, ſine qua ſaluari homo non poteſt. Hodie ergo pro alleuiatione aggrauatę conſcientię, de reſtitutione tractabimus, neque declaratur euangelium hodie, quia eſt principium paſſionis, ſed declarabitur in die paſſionis Domini.*

INTRODVCTIO EVANGELII.

Quæritur an retinens bona proximi poſſit abſolui non reſtituēdo? Reſpondeo, aut
Tho. 22. q. 12. retinens eſt in maxima miſeria, aut eſt minime indigens.

Si primū aut retinet quo ad vſum, aut quo ad dominium, ſi primum dico, quod poteſt abſolui, quia tempore neceſſitatis omnia ſunt communia quantum ad uſum.

Si ſecundum dico, quod non poteſt abſolui, quia ſolus poſſeſſor facultatis habet dominiū, & ſic debet immediatè retinens reſtituere. Si autem retinens non eſt indigens, dico, quod non poteſt retinere, nec quo ad uſum, nec quo ad dominium, & non poteſt abſolui, Quia Aug. non remititur peccatum niſi reſtituatur ablatum; nec mirum ſi Chriſtus docebat Iudæos reddere unicuique ius ſuum in ſuis prædicationibus, ſed dilucidius hanc materinm tractemus. Volens Chriſtus Iudæis oſtendere ſe non ueniſſe in hunc mundum pro ſtatu temporali, ſicut ipſi dicebant, ſed pro ſtatu ſpirituali, dixit eis, Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo, quaſi diceret Iuſtitia uult, quòd unuſquiſque habeat quòd ſuū eſt. Ideo uerbis Chriſti innixi agemus hodie de reſtitutione.

Aug.

Si quęratur quid eſt reſtitutio? prius differentiam inter reſtitutionem & ſatisfactionem placet aſſignare. ex doctrina ſana & firma doctoris ſubtilis.

Satisfa-

Satisfactio eſt reditio voluntaria, ęquiualentis alias indebiti. dicitur reditio, quia non eſt abſoluta datio.

Dicitur voluntaria, quia ſi eſſet inuoluntaria non eſſet meritoria, dicitur ęquiualentis, quia iuſtitia requirit ſatisfactionem.

Dicitur alias indebiti, quia ſi alias fuiſſet debiti non eſſet bona ſatisfactio. vt habenti votũ ieiunij in feſta feria, ſi ſacerdos in abſolutione imponeret pro pęnitentia ieiunium in illa die. non conueniret.

Reſtitutio uerò eſt compenſatio facta alicui pro damno illato ipſo inuito, vel pro damno illato ipſo conſentiente, prima particula dicitur compenſatio in equiualente, ſecunda dicitur pro damno illato ipſo inuito, ut furtum, rapina, tertia dicitur ipſo conſentiente, quando in re uendita defraudatur quis iuſto prætio vel rem mutuo acceptam aut depoſitam non reſtituit, & licet diuerſimodè iſta materia tractetur, tamen dico, quod damnum intelligitur quadrupliciter.

Sco in 4 d 15. q 1

Damnum animæ
Damnum corporis
Damnum honoris
Damnum ſubſtantiæ

De primò dico, quod damno affici poteſt anima quatuor modis, primò verbo ad malum inducendo, ſecundò à bono retrahendo, tertiò ſcandalizando, quartò ſeducendo. De primò dico quòd licet aliquis non poſſit directè eſſe cauſa peccati alterius, quia voluntas hominis eſt adeò libera, vt non poſſit cogi, neq; à Deo de potentia ordinata, neq; à cęlo, neq; à Diabolo: tamen aliquis poteſt eſſe magna occaſio peccati alterius, verbo inducendo conſulendo, perſuadendo ad malum, propter quod perdit gratiam Dei, & virtutes Theologicas. Vnde Aug. Si fratri tuo male perſuades, occidis illum. ſ. quò ad animam, ſed qui cauſam damni dat, damnum dediſſe

Aug. Dom. Ia.

videtur, ergo tenetur talis reſtituere damnum omni meliori modo. Si quæras quomodo? Reſpondeo quòd quia contraria, contrarijs curantur, hæc reſtitutio fieri debet verbis bonis inducendo, conſulendo perſuadendo ad pęnitentiam & ad gratiam recuperandam, & ſi perſuaſio damnificantis nõ ſufficit, debet orare pro illo, & ſi non eſt ſufficiens, debet per orationes ſanctorum religioſorum intercedere pro illo qui peccauit, ut recuperet gratiã, & virtutes Theologicas.

Sco. in 4 d. 15 q 4

Secundò à bono retrahendo, vt reuocare aliquem, vel aliquam à religione, cõtra quos (libello dicto) ex profeſſo, acrius inuehitur Diuus Thomas & ſic dico, aut talis erat diſpoſitus ingredi, aut profeſſus, vel profeſſa.

Si diſpoſitus, debet illum perſuadere ad introeundum religionem, quia eccleſia non debet damnum ſuſcipere, & quando retrahens non ſufficit, debet inuenire coadiutores bonos.

Si autem profeſſus dico, quòd damnum dans tenetur. Omnino facere, illum ingredi: quod ſi non vult ingredi debet ęquiualentem inuenire, & ſi non inuenit, debet ipſemet ingredi religionem, quia eccleſia non debet damnum pati.

Aliqui autem dicunt, quod aut in illa religione, à qua illum abſtraxiſti viuitur male, aut erat profeſſus uel profeſſa, aut erat diſpoſitus.

Pet. de Pal. in 4. d. 14 ar. 3 q. 2.

Si primum ad aliam debet ingredi religionem.

Si ſecundum dico vt ſupra.

Si tertium debet illi perſuadere ingreſſum.

Si non vult, tenetur damnificans, ac ſi eſſet profeſſus. Quia ſi non erat in religione actu, erat in potentia, propinqua.

Sco.

Et licet aliqui dicant, eſt differentia habere rem, & de proximo eſſe habiturum, ergo à non ingreſſo religionẽ, ad ingreſſum iam profeſſum non ualet conſequentia.

Reſpon-

Reſpondeo, quòd eccleſia eſt pupilla, & fauores pupillorum ſunt amplificandi, & non reſtringendi quòd ſi actu non erat ingreſſus, erat tamen in potentia propinqua ingreſſurus.

Tertiò ſcandalizando, dico, aut dānificans & ſcandalizans eſt prelatus, aut æqualis, aut ſubditus, ſi Prælatus eſt concubinarius, luxurioſus, vſurarius, blaſphemator &c.

Similiter paterfamilias, dico quòd talis tenetur in futurum (non ad pænam quia prælatus à ſubdito non poteſt cogi) ad hoc omni meliori exemplo bono palinodiam canere, ut inde ſcandalizatus rurſus bene ædificetur. Ideo Chriſtus.

Mat. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videntes veſtra bona opera laudent Deum qui in cęlis eſt.

Si eſt æqualis. tenetur per verba pia ſcandalizatum orare, ne maneat in illo ſcandalo, & hoc virtute præcepti

Mat. 14. Chriſti. quicunque ſcādalizauerit vnū de puſillis iſtis minimis, qui in me credunt, expedit ei, ut ſuſpendatur in collo eius mola aſinaria, & demergatur in profundum maris.

Si eſt ſubditus dico, quòd tenetur petere veniam, ut filius a patre, & ſubditus a Prælato, Quartò ſeducēdo, ut virginem deflorando cum perditione theſauri uirginitatis irrecuperabilis, & ſic dico quòd de duobus vnum facere debet, aut illam in vxorem accipere, aut dotare ſecundum eius gradum.

Secundo de damno corporis dico, quod homo poteſt damnificari quatuor modis, primo per homicidium, ſecundo per mutilationem membri, tertio per percuſſionem, quarto per detentionem.

Quantum ad primū uel in foro ciuili, uel in foro conſcientiæ.

Sco. in 4 d 15 q. 3 Si primo modo, dico, quod homicida tenetur ſuſtinere pęnam talionis, non à ſe ipſo. ſ. ſe occidendo, nec tenetur etiam ſe iudici offerre.

Sed ſi capiatur à iudice, nō licet ſe defendere, aut ſi incarceratus non debet effringere carceres, veruntamen ſecundum. aliquos, inuenta opportunitate poteſt fugere. Tho. 22. q 69 ar

Si in foro conſcientiæ. Reſpondeo, quod tenetur, primo exponere uitam pro patria illius defuncti ſi oporteret, vel familia, uel domo defuncti, ſicut faceret defunctus ſi uiueret.

Secundò tenetur omnia uota defuncti adimplere.

Tertiò liberare animam defuncti a pęna purgatorij, omni meliori modo, quo fieri poſſit.

Quartò prouidere de uictu familiæ defuncti, ſicut ipſe defunctus faceret, ſi uiueret.

Secundò per mutilationem, dico, ꝙ eccleſia pro hoc damno reſarciendo non ſtatuit niſi pęnam pecuniariā ſed tria inſuper ſunt obſeruanda. primò ut remittatur iniuria per veram reconciliationem, ſecundo ſoluantur expenſæ infirmitatis mutilati, tertio conſideretur, ꝙ is cui eſt membrum abſciſſū poſt hac nō poterit amplius pro ſe & familia laborare, & plus damnificans debet conſiderare mutilationem pauperis, quam diuitis, quia pauper non habet aliundè, vnde neceſſitatibus ſuis conſulat. Tertio per percuſſionem, dico, ꝙ Deus ſtatuit pęnā Ex de. i de dam. adto. c. 1

Si alter alterum percuſſerit pugillo, vel lapide, vel baculo, & mortuus nō fuerit, ſed iacuerit in lecto &c. dico, ꝙ ad tria, primo ad recōciliationem, ſecundo ad ſolutionem medicinarum tertio damnum reficere quod paſſus eſt percuſſus quando iacuit in lecto. Exo. 21.

Quartò ꝑ incarceratione, diſtinguo vel a iudice fuit detentus, vel a nō iudice. Si primū, non tenetur iudex qm̄ per actū iuſtitię hoc facit. Si ſecūdum vel tuā reſpiciens vtilitatē, vel ad damnum, ſi primū nō tenetur retinens, ſed retentus illi potius debet, puta ſi amici, uel parentes illum carcerem bono fine truſerūt, vt macerēt & corrigāt.

Si ſecun-

Si ſecundum .ſ. ad damnum, dico ꝙ tenetur primo reconciliationem, ſecundo de damno, arbitrio ſapientis.

Tertio, de damno honoris, dico, ꝙ homo poteſt in hoc damnificari quadrupliciter.

Primo per contumelias, ſecundo per detractiones, tertio per recitationes, quarto per negationem veritatis.

Primo ut vocare aliquem latronem, proditorē lenonem, & hoc fuit in loco publico, vel in loco priuato.

Si primum tenetur in duobus, primo placare offenſum, ſecundo publicè veniam petere. Aug. & eccleſia, vbi oritur peccatum ibi moriatur, ſi in loco priuato, tenetur in duobus, ſed priuatè.

Augu. 3 q. 1 c. ſi peccat.

Secundo per detractionem; hoc poteſt dupliciter, primo per libellum famoſum, ſecundo per reuelationem.

Si primum tenetur in duobus, primo reconciliare offenſum, ſecundo coram omnibus declarare ſe falſum dixiſſe.

Si autem per reuelationem, uel ea, quæ reuelauit, ſunt uera, uel falſa, ſi uera, tenetur rogare illos, quibus reuelauit, ne maneant ſcandalizati de inſa maio.

Si autem falſa, tenetur ad totalem reintegrationem famæ cum omnibus illis, cum quib. eſt oblocutus falsè, & ſuper omnia dēt placare offenſum.

Tertiò per recitationes, aut recitat que audiuit ab alijs, aut componit, & texit maleuolè illas infamias. ſi primò, aut aſſerit ſe illas audiuiſſe, ſed ignorare, an ſit uerum, aut affirmat illas eſſe veras, quamuis primò modo non peccat, nec tenetur, ſecundo modo ſic, & tenetur coram omnibus illis ſe accuſare.

Sco in 4. d 15. q 4

Si uerò illas compoſuit; magis, atq; magis tenetur, & ad reconciliationē cum offenſo, & ad reſtitutionem famæ.

Quartò per negationes veritatis; verbi gratia, aliquis accuſatur de crimine idq; falsò, tu enim ſcis, ꝙ non fecit illud, quia ea hora qua commiſiſſe fertur, erat tecum, dico quod teneris illum defendere, vnde Chriſtus, dilige proximum tuum .ſ. defendendo famam proximi, ſicut famam tuam defenderes.

Mat. 6

Alio modo quando accuſatus eſt quis verè, de crimine aliquo, & negat ſe feciſſe, & ſic ignominia afficit accuſatorem, qui eum uerè accuſauit, dico, ꝙ accuſatus tenetur (non contradicere accuſanti in iudicio) ſed dicere Iudici, ꝙ accuſans eſt vir bonus, & ꝙ bona mente motus eſt, & illum rogare ne ſcandalizetur de accuſatore.

Pono caſum de excommunicato in eccleſia, noto ſacerdoti tantum, qui dum dicit dominus vobiſcum, vidit illum, an debet ceſſare a ſacrificio Miſſę an non? Reſpondeo, ꝙ non, ob conſeruationem famę, exemplum, à Chriſto habes, qui communicauit Iudam damnatum.

Quartò de damno ſubſtantiæ: hic multa ſunt notanda, & primum diſtinguo de damno ſubſtantię.

Aut fuiſti damnificatus a iudice per falſam ſententiam, & ſic duplex reſponſio. primo eccleſia Reſpondet, vel iudex eſt motus rapina, vel amicitia, ſi rapina, tenetur iudex non illi à quo ſeductus eſt, ſed illi contra quem falſam dixit ſententiam, & vltra hoc tenetur de omni damno & intereſſe. ſi motus amicitia, tenetur de omni damno, & inter eſſe. Secunda reſponſio eſt ciuilis in authentico; dicens, vel cauſa eſt ciuilis, vel criminalis.

1. q 1. c. iudices.

Si ciuilis tenetur in triplo, exemplifica.

Si criminalis dicit, ꝙ vltra integrā ſatisfactionem, tenetur pati confiſcationem bonorum.

Aut fuiſti damnificatus ab alio non iudice quocunque modo. Vnde.

Primum res rapta, vel quouis modo malè acquiſita eſt reſtituenda ipſa met indiuidua, & ſi non extat, ſaltem

in eadem

in eadem ſpecie, & pretio, & ſi non in uenitur ad compoſitionem, per pecuniam confugiendum, quæ compoſitio non poteſt negari, quando ipſamet res non poteſt inueniri.

Secundum, ſi res malè oblata eſt deterior redita, morte vel pretio, in integrum debet reſtitui ſicut prius erat. exemplum de animalibus, de poſſeſſionibus, de frumento de veſtimentis &c.

Tertium, non ſolum oportet reſtituere ipſamet rē male acquiſitam in indiuiduo, & ſatisfacere damno, ſed oportet reſtituere omnes fructus, quos lucratus eſt damnificans. exemplum de poſſeſsionib. de domibus, de animalibus & de omnibus &c.

Quartum, non ſolum oportet reſti tuere malè ablatam, rem inquam eandem in indiuiduo, ſed cum damno accepto, & fructibus, Sed ſi talia malè acquiſita non redderent amplius ordinarios, ſolitos, ac conſuetos fructus, ſicut tempore veri poſſeſſoris; negligentia damnificantis, tunc damnificans debet rem reſtituere cum cō ſuetis reditibus. exemplum de poſſeſſione, vel de domo vſurpata, q̄ prius reddebat centum nunc verò quinquaginta.

Quintum, ſi plures concordes ſimul fuerunt in furto, vel damno inferendo alicui, ita vt vnus non egerit ſine alio, tenentur omnes æqualiter, & inſolidum ad totalem ſatisfactionem, quouſq; ſit ſatisfactum illi (quo ſatiſfacto per vnum illorum) quilibet poſtea pro rata, tenetur ſatisfacere illi, qui pro omnibus ſatisfecit. Notandū, ꝙ ille qui princeps fuit cauſa illius damni, etiam principaliter tenetur, & qui ſecundariò fuit cauſa, ſecundariò tenetur. & talis reſtitutio eſt facienda immediatè, & ſi non licet tibi per anguſtiam rei fam liasis, ſaltem oportet petere dilationem temporis ab eo, cui damnum reſarciendum eſt.

Si dicas ignoro creditorem.

Reſpondeo, quòd debes diligenter inquirere, quia aut eſt præſens, aut abſens, aut mortuus. Si preſens teneris illi, & non alteri, ſi abſens debes mittere ad illum rem ſuam, deponere nomine eius, & illi intimare depoſitū. Thō. 3a q 62 ar 5

Si mortuus debes eius hęredib. primò qui ſi non ad ſunt, pro anima eius diſpenſare ea bona debes.

Sextum de ementib. rem ablatam, vel alio modo malè acquiſitam, dico quòd vel emiſti bona fide, vel mala.

Si bona fide, vel peruenit ad aures tuas, quod illa res eſt male acquiſita, vel non, ſi non, non teneris, quia ignorans. ſi peruenit, dico, vel debes immediate ire ad venditorem, & recuperare pecuniam tuam, vel inquirere poſſeſſorem rei verum, & recuperare pec cuniam tuam, vel pauperibus dare.

Vel emiſti mala fide, & hoc dupliciter vel ad inſtantiam poſſeſſoris eam vendentis, vel pro tua vtilitate emiſti, ſi primum, dico, ꝙ recuperato pretio, debes reſtituere poſſeſſori.

Si ſecundum dico, vel dabes inquirere poſſeſſorem, & illi reſtituere ſine recuperatione pretij, quia propter vitium emendi mala fide rem male acquiſitam, debes priuari pretio, vel ſi non inuenis, debes pauperibus diſtribuere arbitrio confeſſoris, quia non poſſumus poſsidere male acquiſitum.

Septimum de malè acquiſitis vt vſuris, dico, quod vſura eſt triplex. ſ. animi, ſigni, & pacti, prima pauperibus eſt diſpenſanda, ſecunda, & tertia poſſeſſori, eccleſiæ autem male acquiſita non ſunt diſpenſanda.

Octauum de retinentibus Inſtrumenta & ſcripturas, legata, dico ꝙ debent reſtituere ſatisfaciendo de omni damno & intereſſe, & hic multa eſsēt dicenda contra poſſeſſores iniquos. ò quot poſſeſsiones ſunt poſſeſſæ à non habentibus iuriſditionem, & veri poſſeſſores ad hoſpitalia rerum omnium egeni redacti ſunt vel mendicantes vagantur.

Nonum de male acquiſitis in lupanaribus, dico, ꝙ debent pauperibus erogare arbitrio boni religioſi, non autem eccleſiæ neq; ob miſſas celebrandas, nec propter aliud quicquam pertinens ad eccleſiam, & hoc propter reuerentiam diuinorum ſacramentorum.

Tho. 22. q. 32 ar. 7 & Bon. m 4 d 15 Decimum, de male acquiſitis ab aleatoribus dico, aut luſiſti cum non habentibus auctoritatẽ alienandi vel cum pueris minoribus viginti quinq; annis, cum furioſis, ſurdis, mutis, mente captis, aut cum habentibus auctoritatem alienandi. Si primum, debes eorum tutoribus omnia reſtituere, & non ipſis. Si ſecundum, vel luſiſti cum fraude, vel non, ſi cum fraude, debes reſtituere illis, qui perdiderunt; ſi ſine fraude, vel luſiſti propter recreationem, vel lucri cupiditate. Si propter recreationem non teneris reſtituere, Tho. 22. ſi verò lucri cupiditate, dico, quòd debes q. 32 ar. pauperibus arbitrio confeſſoris p. 8 ar. erogare.

Nec mirum ergo ſi Chriſtus exclamat. Mat. 22 Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Reſtituenda ergo ſunt omnia male acquiſita. Vt Deus nobis in hoc mundo gratiam reſtituat, & in alio gloriam. Amen.

CONFIDITE FILII, EGO SVM nolite timere. Marc. 6.

VNiuerſalis ſentẽtia eccleſiæ eſt, Mariam Virginem tribus dotibu dotatam.

Primò à patre, potentia; fecit mihi maLuc. 1 gna, qui potens eſt.

Secundò à Filio, ſapientia. Vnde SaProu. 9. lomó. Sapientia ædificauit ſibi domũ.

Tertiò à Spiritu Sancto, clementia, vnde eccleſia. o clemens. o pia. o dulcis Virgo Maria. quo ſtante, nihil mirum ſi Salomon cernens magnitudiCan. 6. nẽ Marie & ad mirans dicit. Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora cõſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata; De Maternitate huius Virginis hodie erit ſermo noſter.

Primum punctum erit diſcutiendum quomodo poteſt probari maternitas Virginis.

Secundum Quomodo Virgo ſe habuit in filium in tali myſterio.

Tertium Quare Chriſtus voluit matrem eſſe Virginem.

Quartum. An virgo Marie plus dilexit filium ſuum, quam alię matres.

Ad primum, inueniuntur quatuor ſectæ hęreticorum negantium Mariã fuiſſe Matrem Chriſti.

Prima opinio eſt Manichæorũ duo Tho. ctr. gen. dicentium de Chriſto, primò quòd non habuit corpus verum, ſed phantaſticum, ſecundò quòd non verè, ſed apparenter natus eſt ex Virgine, & iſte error eſt maximus, quia tollit paſſionem, & maternitatem Virginis; quia ſi non habuiſſet corpus verum, non fuiſſet natus, nec paſſus eſſet.

Contra quos quando apparuit diſcipulis ſuper aquam maris dicens. Mar. 6. Confidite ego ſum. ſ. Chriſtus, & non phantaſma, nolite timere. Item quando diſcipuli poſt reſurrectionem credebant ſe ſpiritum videre, dicens Luc vlt. palpate, & videte, quoniam ſpiritus oſſa, & carnem non habet, ſicut me videtis habere, & propter hoc Thomas voluit ponere in latere digitum ſuum.

Secunda opinio fuit Valentinorum dicentium Chriſtum habuiſſe quidẽ corpus, ſed illud de cœlo tuliſſe, & ex virgine nihil aſſumpſiſſe, ſed per illã, tanquam per fiſtulam vel per riuulum tranſiſſe, quod eſt falſum, quia ſequeretur

quereretur

quæretur ꝙ Deus in cœlo eſſet corporeus, & quòd virgo non fuiſſet vera mater Chriſti, & ſic negant incarnationem Chriſti, Maternitatem Virginis, & Deum eſſe ſpiritum cõtra quos Pau. Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, ergo fuit vera Mater Chriſti.

Gal. 4.

Tertia opinio eſt Carpocratorum dicentium Chriſtum fuiſſe hominem purum ex Maria, & Ioſeph, & ſic Maria fuiſſet mater hominis tantum, & non Dei. & iſte error eſt peſsimus, quia ſequeretur, quòd miracula Chriſti, non fuiſſent diuina, ſed Diabolica, & ſic hi peſsimi negant Diuinitatem Chriſti, Maternitatem Virginis, & miracula, quos arguit Mat. antequam cõuenirent, inuenta eſt in vtero habens de ſpirito ſancto .i. antequam Maria conueniret in ſpõſalibus cum Ioſeph.

Lu. 1.

Quarta opinio fuit Neſtorianorum dicentium Chriſtum fuiſſe Deum, & hominem hoc modo .ſ. quòd anima eius fuit ab æterno creata, & quòd tẽpore incarnationis venit habitare in corpore virginis, & iſte error eſt peſſimus, quia anima in eodem inſtanti creatur, in quo infunditur formato corpore. Contra quos. Ioa. verbum caro factum eſt.

Ioan.

Reſpondet eccleſia probans ratione, auctoritate, & exemplo Mariam fuiſſe veram Matrem Chriſti.

Prima ratio eſt, ſuppoſitum accipiens eſſe ſubſtantiale ab aliquo, dicitur ab eo generari. Sed Chriſtus accepit ſubſtantiam à Virgine. ergo Virgo fuit Mater eius. Maior eſt vera, primo de generatione, minor eſt vera, quia Luc. quod ex te naſcetur ſanctum, & vocabitur filius Dei.

Ariſt. Luc. 1.

Secundo auctoritate quatuor Doctorum ſolennium, Primus doctor ſolennis Damas. Dei genitricem verè ſanctam Mariam predicamus, ſicut .n. Deus verè ex ipſa genitus eſt, ita vere ipſa Dei genetrix dicitur. Secundus doctor Orig. Maria Dei Mater intacta, Mater incorrupta, Mater immaculata.

Dama. Origin.

Tertius doctor eſt Aug. Qui natus eſt ſine Matre in cęlis, natus eſt ſine patre in terris.

Aug.

Quartus Doctor eſt Ciril: dicens. Natum eſt .n. Dei verbum ex Dei ſubſtantia, & propriam carnem aſſumpſit ex Virgine, ergo Virgo Maria fuit vera mater Chriſti.

Cril.

Tertio inductione, ipſum .n. indumento carnis induit, ipſum in vtero ſuo nouem menſes portauit, ipſum per infantulã ætatem nutriuit, ipſum in cruce tanquam in carcere viſitauit, & tandem morti eius interfuit.

Brac.

Ad ſecundum Reſpondeo, quòd fuit diſputatio inter doctos, Vtrum Mater ſe habeat actiuè ad generationem prolis. In qua diſputatione inuenio duas opiniones, quarum prima eſt Ariſt. 15. de animalibus, cum quo multi concurrunt, dicentis, ꝙ mater purè paſsiuè ſe habet ad generationem filij, & ſolum adminiſtrat materiam patri, & quod tota vis actiua & formatiua prolis ſit in ſolo ſemine patris.

Ariſt. Tho. & Bona.

Secunda opinio fuit doctiſsimi Galeni, cum quo multi conuenerunt, dicentis, ꝙ mater etiam concurrit actiuè ad formationem corporis prolis, ſed minus principaliter, & hanc ſententiam ſequens, dico, ꝙ Virgo Maria ſe habuit actiuè ad conceptionem filij, nõ conparando ſemini virili, quod ibi non fuit, ſed adminiſtrãdo materiã ei de ſubſtantia ſua nutritiua, virtute ſpiritus ſancti formantis corpus; quia in quo inſtanti Virgo dixit: Fiat mihi ſecundum verbum tuum: Spiritus ſanctus traduxit puriſsimos ſãguines Virginis in vterum eius, ex quibus formatum eſt corpus Chriſti.

Gale. Sco. & Ancto.

Sco in 3. d. 4 q. vnica & di. in 3. ſen.

Contra, agens creatum nõ agit in inſtanti, exemplum de medico ſanante ſucceſsiue, ſed corpus Chriſti fuit formatum in inſtanti, ergo virgo Maria, quia pura creatura, in inſtanti nõ

maior amor eſt inter patrem, & matrem, tanto magis filius diligitur, Exemplum de Dauid, qui audita morte filiũ ex Berſabeæ nati, quam tantum dilexit, ſletit ſeptem diebus proſtratus orando, ieiunando, & lachryman do. Sed Virgo dilexit magis Deum patrem, quam aliæ creaturæ, ergo Virgo dilexit filium ſuum magis quã aliȩ matres.

De ſecundo dico, ex quo Maria Virgo concurrit actiuè ad conceptionem filij ſui, fouendo de ſubſtantia ſua nutritiua.i.de puriſſimis ſanguinibus ſuis.

Ideo ipſa plus dilexit filium ſuum, quàm aliæ matres.

De tertio dico, quòd non inuenitur Mater, quæ tanta ſit paſſa propter filium, quantum Virgo quia a principio ipſa prægnans nõ habebat locum in diuerſorio ut pareret, ſed mendicãdo hoſpitium pluries fuit repulſa, & tandem in ſtabulo peperit, in quò nulla obſtetrix erat, nulla mulierculariarum ſedulitas, ſed ipſa ſola infantem in pannis inuoluit, ſecundò paſſa eſt in morte filij, & maximè in triduo .ſ. ab hora capturȩ vſq; ad reſurrectionẽ filij ſui. Vnde Mater eccleſia diẽ Sabbati dominæ ſanctæ Mariæ dedicauit, propter tres rationes, prima, ſicut mater eſt in cœlo apud filium, ſic in terra dies Sabbati prope diem domini, ſecunda, quia die Sabbati ſola Virgo Maria ſeruauit fidem in aliis perditam, tertia quia die Sabbati remanſit uidua, Ideo nõ mirum ſi Salomon conſiderans altitudinem, & magnificentiam Virginis Mariæ, dicit. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra ut luna, electa ut ſol, terribilis ut caſtrorũ acies ordinata? Quam uirginem ſemper laudemus ut pro nobis impetret gratiam in hoc mundo apud filium ſuum, & gloriam in alio. Amen.

HAEC EST VITA AETERNA, VT COGNOSCANT te, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Io. 17.

NAturalium, approbata eſt ſententia, quod humanus viſus non poteſt diſternere, immo non valet aduerſo aſpectu ſolis rotam aſpicere, aut eius ſplendorem ferre propter duas pracipuas rationes, prima. Quoniam ſol eſt viſibile quoddam excelentiſsimum, non comparandum ſtatui noſtro fragili, ſecundò quia potentia noſtra viſiua ęgra eſt, Ideo peregrinis iter agentibus gaudium magnum eſt, dum ſol percutit faciem ſuam, habere nebulam, inter ſolem, & faciem eorum, vt viſus pręſeruetur ab illa nimia diſgregatione.

Spiritualiter tanta eſt diuinę eſſentię claritas, & tanta impotentia noſtrę cognitionis, quòd ſi nos pro viribus noſtris apprehenſiuis Deum cognoſcere vellemus, certè ſtatus noſter euadecet cęcus, ſed Deus volens temperare hanc viſionem, adhibuit optimum remedium .ſ. fidem. De qua hodie, auxiliante Deo tractabimus.

INTRODVCTIO MATERIAE.

QVæritur, quòd medium ſufficiat homini, vt ſaluus fiat? Reſpondeo, quòd homo habuit tres ſtatus .ſ. naturæ, ſcripturæ, & gratiæ. In primò .n. medium ſufficiẽs erat offerre Deo oblationes. In ſecundo obſeruatio decem præceptorum. In tertio verò ſtatu, medium ſufficiens eſt credere in Ieſum Chriſtum
Ioan. 17. filium Dei, iuxta illud Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te verum Deum & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum. Ideo mirum non eſt, ſi credentes ſaluãtur, & non credentes damnantur. Quod hoc ita eſſe Paulo dilucidius, atq; apertius in præſentia inſpiciamus.

Volens Apoſtolus Paulus neceſsitatem fidei declarare Hebræis, & eos ad huiuſmodi fidem inducere. Ita ſcribit. Hoc vnum ſcitote, quòd ſine fidẽ impoſsibile eſt placere Deo. Dixerũt Hebræi. ò Paule, quid eſt fides; Tunc
Pau. Fides, eſt ſubſtantia rerum ſperãdarum, argumentum non apparentium. Heb. 11.

Animaduerte, quòd hæc eadem deffinitio de fide data eſt in Dominica ſeptuageſimæ, in qua tractauimus de fide. ſed eandem hic appoſuimus, vt clarius quiſq; percipiat ex definitione, tractatum, prima particula eſt, ſubſtãtia, quia ſicut ſubſtantia eſt principiũ, & fundamentum ædificij temporalis, ſine qua non poteſt ædificari, ſic fides eſt principium, & fundamentum ædificij ſpiritualis; quia ſicut ædificium tẽporale conſiſtit in fundamento, augumento, & tegumento; vt alias attigimus, ita ędificium ſpirituale conſiſtit in iſtis tribus in fundamẽto nimirum, & eſt fides, in augumento & eſt ſpes, & in tegumento, & eſt charitas, Ideo
bene Paulus. Sine fide impoſsibile eſt Heb. 6.
placere Deo, quia .ſ. fides eſt fundamentum noſtræ ſalutis.

Secun-

Secunda particula eſt ſperandarum rerum, quia fides per conſenſum, facit in nobis ſubſiſtere res ſperandas.

Tertia particula eſt, argumentum non apparentium, quaſi dicat arguit mentem ad credendum ea quæ non poſſunt videri. Ideo Chryſ. fides eſt ve raciter credere, quod nequaquam videre valemus. ſ. Patrem, Filium, Spiritum ſanctum, Paradiſum, infernum, Duodecim articulos. &c.

Chry.

Magiſtraliter; fides eſt virtus, qua, ea, quæ pertinent ad fundamentum Chriſtianę religionis, rectè, firmiterq; creduntur. Quæ autem ſint. Athana. Fides catholica hęc eſt, vt vnum Deum in trinitate, & trinitatem in vnitate veneremur. Hic tria declarantur puncta de fide,

Athan.

Primũ quomodo probatur fidem Chriſti, eſſe veram, & Chriſtum eſſe filium Dei.

Secundum. Quid tenetur Chriſtianus credere, & ſcire ad hoc vt ſaluus fiat.

Tertium. Quomodo Deus punit ciuitates non credentes Chriſtum eſſe filium Dei.

Primum. probatur rationibus, auctoritatibus, & exemplis Chriſtum. ſ. eſſe filium Dei, & eius fidem eſſe veram.

Et primò ratione ſcripturæ, ſecundò permanentiæ, tertiò teſtificationis, quartò perſecutionis.

Prima ratio eſt huiuſmodi, aut credis (Chriſtiane) fidem Chriſti eſſe falſam, aut eſſe veram, aut es dubius.

Si falſam credis, recede hinc ſceleſte, noli te immiſcere Chriſtianis, ſed Turcis, & Hebræis, audes introire eccleſiam Dei, diuina ſacra audire, cere monias diuinas videre? recede impie, redde palmam, quam hodie dat eccleſia Chriſtianis fidelibus, quam impro bis, & iniquis manibus, auſus es accipere.

Si verò credis eſſe veram, cur ò ſceleſte Chriſtiane eam non obſeruas? vis operam dare libidinibus immundis, ludis, diuitijs, voluptatibus, gulæ & cœteris laſciuijs, nihil bene operando. Hoc tibi obteſtor, quod ſi eam nõ obſeruaueris, non introibis cum Chriſto in ſanctam ciuitatem ſpiritualiter, cum palma, hoc eſt ad cœlum. Et melius tibi eſſet, ſi nunquam nouiſſes legem Dei, nolẽdo eã obſeruare, quàm cognoſcere; & eam non ſeruare. Quoniam ſeruus ſciens voluntatem Domini, & non faciens eam, vapulabit multis. Si autem es dubius, hodie tale dubium reijcies factus certior, ſic. Aut Chriſtus crucifixus eſt Deus, aut non. Si eſt Deus ergo fides eius eſt bona, quia Chriſtus non poteſt mentiri. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui verò non crediderit condemnabitur. Sed nos credimus & baptizati ſumus, ergo ſalui erimus. Si Chriſtus non eſt Deus, ergo ſequeretur, ꝙ ipſe fuiſſet omnium peccatorum peſſimus, & nos omnes ſecum damnati eſſemus. Ratio eſt quia ipſe peccaſſet contra decem pręcepta, ꝙ patet.

Mar. 16

Primum præceptum eſt, Vnum cole Deum. Sed ipſe purus homo fecit ſe adorare, ergo damnatus. &c.

Secundum præceptum eſt, Nec iures vana per ipſum, ſed ipſe blaſphemauit tribuendo ſibi puræ creaturæ, ꝙ creatori conuenit, ergo damnatus.

Tertium præceptum eſt, Sabbata Sanctifices, ſed mutauit ſabbatum in diem dominicum, & ſic de alijs præceptis. ergo ſi non fuiſ Deus, ipſe & nos damnati eſſemus. Sed quia Chriſtus fuit Deus, & homo, & nos primò cognouimus illum eſſe hominem antequam cognoſceremus eſſe Deum, quia manſit 30. annis in hoc mundo antequàm cognoſceretur filius Dei. Ideo videndum eſt ſi illo tempore, quo illum hominem cognouimus fuit homo ſanctus, poſtea videbimus ſi fuit Deus. Poſt triginta annos. i. illo tẽpore, quando publicauit ſe eſſe filium Dei.

Quia

Quia licet ſemper fuerit i terra Deus, & homo, tamen eius diuinitas nobis occulta erat vſq; ad 30. annos.

Ad cognoſcendum vitam Sanctorum duo debent conſiderari. Primum ipſos declinare à malo. Secundum facere bonum, iuxta illud, Pſal. 33. Declina a malo, & fac bonum, diſcurramus ergo vitã Chriſti, & videamus, ſi iſta duo fuerunt in illo, & primo ſic, Chriſtus non fuit ſuperbus, immo cõtra ſuperbiam prædicauit humilitatem. Luc. 18. Qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Chriſtus non fuit auarus; ſed contra auaritiam prædicauit paupertatem. Nolite theſaurizare nobis theſauros &c. Mat. 6. Non fuit guloſus, ſed contra gulam prædicauit ſobrietatem Fratres ſobrij eſtote, & vigilate, &c. 1 Pet. 5

Non fuit luxurioſus, ſed contra luxuriam prædicauit caſtitatem, ſint lumbi veſtri præcincti. &c. Luc. 12. Non fuit iracundus, ſed prædicauit pacem meã do vobis. Non fuit inuidus, ſed contra inuidiam prædicauit charitatem. Ioan 11. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicẽ. Non fuit otioſus, ſed contra accidiam prędicauit, orationem. Vigilate, & orate. &c. Mat. 20

Ergo Chriſtus declinauit à malo. videamus ſecundum. ſ. ſi fecit bonum. Vir bonus cognoſcitur in virtutibus. Diſcurramus ergo omnes virtutes. Mat. 14 Prædicauit fidem fides tua te ſaluam fecit, vade in pace.

Luc. 7. Prædicauit ſpem, Qui reliquerit patrem matrem, fratrem.

Ioan. 15 Prædicauit charitatem. Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.

Mat. 6. Prædicauit iuſtitiam niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum, Mat. 10. & phariſæorum &c.

Prædicauit fortitudinem eſtote fortes in bello &c. Mat. 10

Prædicauit prudentiam eſtote prudentes ſicut ſerpentes, prædicauit temperantiam, quæ temperantia ideo in Mat. 1? mediocritate conſiſtit In media nocte natus, In medio animalium adoratus, In medio orbis nutritus, In medio Doctorum doctrina approbatus, In medio latronum crucifixus & in medio diſcipulorum ſuſcitatus apparuit, dicens. Pax vobis. Ioan. 20 Ergo ſi declinauit à malo, & fecit bonum, fuit vir Sanctus.

Videamus modo ſi fuit Deus, ad quod cognoſcendum oportet diſcurrere Prophetias, quę loquuntur de aduentu Chriſti. Iſai. 7. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. i. nobiſcum Deus, Iſai. 9. hæc verificata eſt in Chriſto. Abac. 1. Ergo fuit Deus Filius natus eſt nobis, & paruulus datus eſt nobis, & vocabitur nomen eius magnus, conſiliarius, princeps pacis, & pater futuri ſeculi. Iſai. 1. ego autem gaudebo in Domino, & exultabo in Deo Ieſu meo. Iſai. 60

Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui. Iſa. 15

Omnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes. Orietur ſtella ex Iacob, & exurget virga ex Iſrael. i. quando Pſal. 24. naſcetur virga.. Rex Iſrael, ex linea Iacob, tunc orietur ſtella Ecce Deus noſter veniet, & ſaluabit nos, tunc aperientur oculi cęcorum, aures ſudorum patebunt, & tunc ſaliet claudus ſicut ceruus. Iſai. 2.

Dauid Principes conſilium fecerũt Pſal. 2. in vnum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtnm eius. &c.

Iſa. à planta pedis vſq; ad verticem Iſa. 1. capitis non erit in eo ſanitas.

Dauid. foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt &c. Pſ. 21.

Dederunt in eſcam meam fel.

Attollite portas Principes veſtras, Pſ. 161. & eleuamini portæ &c.

Domine probaſti me, & cognouiſti me, tu. &c. Pſal. 67.

Aſcendens Chriſtus in altum captiuam duxit captiuitatem. Eph 4.

Ioel. Ecce ego effundam ſuper om

nem

nem carnem de ſpiritu meo.

In libro Geneſeos. quod Iacob ante mortem ſuam vocauit filios ſuos, & reuelauit eis ſecretum dicens, non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec ueniat, qui venturus eſt, &, tunc ceſſabit unctio veſtra.

Iſta omnia in Chriſto verificata ſunt, ergo fuit Deus.

Si Iudæi dicant, quod iſta auctoritas ultima intelligitur de Nabuchodonoſor, qui a Deo fuit miſſus ad puniẽdum ciuitatem Hieruſalem, mentiuntur, quia, poſt Nabuchodonoſor habuerunt etiam dominium, ut Zorobobel, qui reædificauit templum. Heſdra, Machab. ſed intelligitur de Chriſto, quia poſt illum vere ceſſauit dominium Iudæorum. Vnde Rabi Moyſes in libro iudicum di. de Chriſto. Ieſus Nazarenus viſus eſt eſſe Meſſias, & interfectus fuit per domum iudicii, & ipſe fuit cauſa ut deſtrueretur Iſrael.

Secundo, Ratione permanentiæ, quia bonum, quanto permanentius.

Mat. 24 Exemplum affer. Sed fides Chriſti, magis, quam fides aliorum durat. Ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſeculi, ergo fides Chriſtiana eſt vera.

Si Mahome. dicat quod etiam ſua durat in aliquibus partibus. Reſpondeo Durat, non quia ſit uera, & bona, ſed quia Mahomet. viuunt vitam voluptuoſam & gratam carni & ſanguinibus, vt patet in ſuo deteſtabili Alcorano de 12. vxoribus & crapulis &c.

Vnde Auice. 9. Metha. c. 7. Qui fuit Mahom. dicit. Lex noſtra, quam dedit Mahometus oſtendit diſpoſitionẽ fœlicitatis, quæ eſt ſecundum corpus.

Si Iudæi dicant, quod ſua durat. Reſpondeo, quod nõ quia debeat ſeruari, quia iam Meſſias venit (vt probatum eſt) ſed vt ſit Chriſtianis quoddam memoriale de Chriſti paſſione.

Pſal. 58. Vnde Propheta, Ne occidas eos, ne quando obliuiſcantur populi mei.

Si autem quæratur, Vtrum Iudæi, & eorum paruuli ſint cogendi ad fidẽ Chriſti & ad baptiſmum?

Reſpondet eccleſia, quod non, quia non eſt veriſimile, ſi coacti eſſent, quod vere & ex animo crederent, & ita eſſet fides noſtra ludibrio.

De filiis eorum idem dicendum, quia perſuaſionibus parentum retrocederent.

Alia tamen eſt opinio, quod ſic, dum tamen per poteſtatem publicam id fiat, ut per Pontificem, vel Imperatorem. ratio eſt, quia illi quorum munus eſt curare ut obſeruentur leges, & præcepta, debent operam dare ut diuina, prius deinde humana, obſeruentur, ſed Papa, & Imperator ſunt huiuſmodi, ergo hoc ad eos ſpectat.

De ſenibus coactis ad baptiſmum dico duo, primo quod ſi primi coacti non bene crederent, ſaltem, ſecundi deſcendentes, & ſi ſecundi non, ſaltem tertii, & quarti. &c. adeo vt, in quarta linea bene crederent.

Secundo dico, quod melius eſt, quod Iudæi ſeruent fidem Chriſti coacti, quam non obſeruare.

De pueris autem dico, quod deberent deputari in monaſteriis religioſorum, clam parentibus ne vllam haberent cauſam rememorandi fidem illorum.

Tertio ratione teſtium, primus teſtis eſt eccleſia, Apoſtoli, Martires, Confeſſores, Virgines, Doctores eccleſiæ. Vnde Augu. Euangelio non crederem niſi eccleſia approbaret. Augu.

Secundus teſtis eſt Iudæus, quando poſt vltimam direptionem Hieruſalẽ per Titum, & Veſpaſianum (Ioſeph captiuus. Tito, & Veſpaſiano ſcripſit De Chriſto, lib. antiquitatum. 18. Fuit autem temporibus iſtis vir quidam, ſi eum virum nominare fas eſt (erat. n. effector mirabilium operum) doctor hominum, eorum qui libenter, quæ

vera ſunt audiunt, & multos quidem iudæorum multaſque etiam gentes ſibi adiunxit Tertius teſtis eſt Aug. qui dicit, de viro gentili, quod in Platonis ſepulchro inuenta eſt lamina aurea, in qua ſcriptum erat Ieſus Chriſtus filius Dei naſcetur ex Virgine. &c.

Aug.

Quartus teſtis eſt Mahumetus in Alcorano, qui laudat Chriſtum & Virginem, & vocat Chriſtum flatum Dei, & præcepit ſuis ſectatoribus, vt deficiente eius ſecta ad fidem Chriſti venirent.

Quartò ratione perſecutionis à Iudæis, à Saracenis, ab hereticis ab Herode, a Veſpeſiano, à Diocletiano, à Tito, & huiuſmodi, qui nihil in Chriſtianis perſequendis reliqui fecerunt, tamen fides indies magis ac magis augumenta eſt.

Secundo, Auctoritate probatur fidem Chriſti eſſe veram, & primo veteris teſtamenti. Dan. Quando habuit viſionem illius ſtatuæ, quæ habebat caput aureum, brachia, & pedes argenteos, ventrem & femora ex ære, tibiæ autem erant ferreæ, & ſequitur textus dicens, & abſciſſus eſt lapis de monte, qui percuſsit ſtatuã, & factus eſt mõs magnus in vniuerſa terra. Gloſa autem hebræa, & latina dicit: lapis fuit Chriſtus, de monte. ſ. de cœlo, percuſſit ſtatuam. i. idola, factus eſt mons magnus in vniuerſa terra, quia Chriſtus lapis diuinitatem ſuam publicauit in vniuerſo mundo.

Dan. 2.

Secundò, Auctoritate noui teſtamẽti. ſ. Doctorum omnium Chriſtianorũ ſcribẽtium pro fide Chriſti. Aut enim libri ab ipſis compoſiti non ſunt eorum, quorum nomine circumferuntur, aut ſunt,

Si non ſunt, dico, ꝙ non videtur conſonum, ꝙ aliquis ſcripſiſſet, & tanto ſudore libro ſcõpoſuiſſet, vt laudẽ inimicis ſuis compararet.

Si autem ſunt eorum verè, quorũ eſſe dicuntur, dico, ꝙ non eſt veriſimile eos fuiſſe mẽtitos, cum ſemper ſunt dati ſunt ſuper hoc fundamento, hęc dicit Dominus. Immo ſemper reprehẽdunt mendatium. Vnde chriſtiani in articulo mortis poſſent ita proteſtari Deo.

Domine ſi eſt error, non niſi à te decepti ſumus, quia ea, quæ credidimus tot & tantis ſignis confirmata ſunt, quę non niſi per te fieri poſſunt. Ergo fides Chriſti ſola eſt bona.

Ric. S. de tri. c. 8.

Tertio, exemplo probatur ſolam fidem Chriſti eſſe veram, primo de ſanatione tot infirmorum, quos Chriſtus ſanabat. ſecundò de reſurrectione mortuorum, de illumiuatione cæcorum, de miraculis diſcipulorum, de miraculis aliorum Iudæorum, vt experientiam facerent de Chriſto, vt Item de miraculis hodiernis. &c.

Mar. 1

Si Iudæi dicunt ſe non credere miraculis, nec miracula fuiſſe; Tunc dicendum eſt cum Aug. quòd ex incredulitate Iudæorum oritur maius miraculum. ſ. quòd ſine miraculis totus mundus credat in Chriſtum.

Aug. Lib. 22 de ciu. Cap. 8

Ad ſecundum punctum, vel loqueris de adultis, vel de non adultis. Si de adultis, vel de Prælatis Eccleſiæ vel de Sacerdotibus ſimplicibus, vel de laicis, ſi de Prælatis dico, ꝙ ad hoc, vt ſalui fiant debent credere, & ſcire Primo omnes articulos fidei diſtinctè. Secũdo omnia fidei myſteria diſtinctè, Tertio omnia ſacramenta eccleſiæ diſtincte, Quartò oportet, ꝙ ſint adeo idonei, vt fidem Chriſti defendant cõtra hereticos.

Si de Sacerdotibus ſimplicibus, dico, quòd ad hoc quod ſalui fiant oportet, primo quòd ſciant, & credant omnes articulos fidei, diſtinctè.

Secundo omnia myſteria fidei, diſtinctè, tertio omnia ſacramenta eccleſiæ, diſtinctè.

Si de laicis; dico, quod ad hoc, quod ſalui fiant, oportet quòd ſciant, & credant omnes articulos fidei. & ſi ſunt ignorantes, oportet ſaltem, vt ſciant,

& credant

& credant tres principaliores articulos. ſ. incarnationem, paſsionem, & reſurrectionem Domini Ieſu:

Aut loqueris de non adultis, & de iſtis dico, ꝙ ex quo non tenentur ſcire, & credere, donec habeant vſum rationis, & ſicut parentes promittunt pro illis in baptiſmo, ſic ſi moriuntur ante ætatem ſaluantur in fide parentum vel Eccleſiæ.

Ad tertium punctum reſpondeo per exemplum. Ioſephus de bello Iudaico narrat ruinam Hieruſalem fuiſſe, quia non cognouerunt Chriſtum, ſed illum occiderunt. Vnde in inſtinctu diuino, cum ciuitas Romanis rebellata eſſet per Titum, & Veſpaſianum, Duces Romanos, fuit obſeſſa, & circundata. Sed quia Hieroſolymitani prius ſe munierunt, & habebant multos milites ad cuſtodiam ciuitatis, fames crudeliſsima orta eſt in Hieruſalem, vt nedum fame morerentur, ſed hæc horrenda etiam eis euenerant.

Primò milites á fame oppreſsi violenter ad domos habitantiũ ibãt. &c.

Secundò filij de patrum ore, & matrum cibum dentibus tritum euellebant, & accipiebant.

Tertio ſtercus boum, & animalium loco panis comedebãt.

Quartò quadam nocte quærentes herbam, & fœnum, vt comederent, á Romanis capti amputatis manibus, & euulſis oculis dimiſsi ſunt.

Quinto comedebãt gemmas & aurum iocalia loco cibi, ſed vna dierum á Romanis patefacta ſunt transfugis viſcera duorum millium ut aurum eruerent.

Sexto adeo fames, ſæuiebat vt pater ſepeliens filium ſtatim fame ſuper illud cadauer caderet, mortuus.

Septimo. Quædam mater fame enecta gladio filium ſuum iugulauit, & cocta parte illius filij á militibus rapacibus inuenta eſt, qui tam horrendi ſpectaculo attoniti obſtupuerunt.

Ecce ergo, quomodo Deus punit ciuitates non credentes Chriſtum eſse filium Dei. Sic euenit ſæpenumero ciuitatibus Italiæ non credentibus. Ne ergo videamus temporibus noſtris, talia credamus Chriſtum eſse filium Dei, eiuſq; fidem eſse veram, qui venit in mũdum, vt hic donet nobis gratiam, & in alio gloriam. Amen.

FERIA SECVNDA
in ramis palmarum.

De ſeptem ſacramentis Eccleſię.

Luc.10. *SAmaritanus quidam iter faciens; hominem a latronibus vulneratum, & ſemiuiuum relictum in via inueniens venit ſecus eum, & videns eum miſericordia motus eſt & appropians alligauit vulnera eius, infundens vinum & oleum &c.*

Pſal.36. *Salus iuſtorum (teſte ſcriptura) à domino Deo eſt, Hac tamen ſalus non datur à Deo, nec dari poteſt de potentia ordinata (licet de potentia abſoluta) ſine medijs debitis Iſta autem ſunt ſacramenta Eccleſiæ, quę pijſſimus ille Samaritanus Chriſtus dominus, noſter nobis tradidit; de cęlo interfaciens in hanc lachrymarum valem. De quibus ſacramentis hodie acturi ſumus.*

INTRODVCTIO.

HIc quæritur, in quo mala incidimus propter primorum parentũ peccatum? Reſpondeo, quòd in ſeptem mala in ſpecie, licet in duo in genere.ſ. in culpam, & pœnam. In ſpecię quidem, primum malum eſt culpa originalis, ſecundũ culpa actualis mortalis, tertium culpa actualis venialis, quartum ignorantia in ratione, quintum inclinatio ad malum, ſextũ infirmitas in iraſcibili, ſeptimum concupiſcentia in concupiſcibili.

Dices ſunt nè ſacramenta data à Deo in remedium contra huiuſmodi mala?

Reſpondeo quòd ſic, nam, Baptiſmus eſt contra culpam originalem, pęnitentia contra culpam actualem mortalem.

Extrema vnctio cõtra culpã actualem venialem. Ordo ſacer cõtra ignorantiam.

Euchariſtia contra inclinationem ad malum. Confirmatio contra infirmitatem in iraſcibili, Matrimonium contra concupiſcentiam in concupiſcibili. Sed ad abundatiorem doctrinam, quid ſint ſacramenta, & multa alia videamus.

Tanta fuit bonitas Dei in fauorem ingratæ naturæ humanę, quæ non cognouit fœlicitatem ſui ſtatus innocentię, in quo creata fuit ad imaginem ſuam, & ſimilitudinem, quòd miſericordia motus, & ne ipſa animo prorſus deſperaret propter originale peccatum, in quo per inobedientiam, incurrerat, de opportunis voluit ei ſuccurrere remedijs. Et ideo ſex inſtituit contra peccatum originale, remedia.

Sed quia natura humana habuit tres leges.ſ.naturæ, ſcripturæ, et gratiæ. In prima inſtituit tria.

In ſecunda duo, et in tertia vnum. Vt in qualibet ſaluarętur homo, vel ſaltem obſeruando remedia, eſſet in illo ſignum ſalutis.

Quia iſta remedia in veteri lege nõ conferebant immediatè ſalutem, ſed promittebant, et augebant ſalutem.

Verun-

Veruntamen dicunt multi Theologi, quòd ſola circunciſio in veteri lege conferebat gratiam.

In prima nanq; lege inſtituit obla-
Gen. 4. tionem, nam Cain ſpicas, Abel verò animalia obtulit, ſecundo decimas,
Gen. 4. Abraam enim, Melchiſedec, primo ſacerdoti decimas ſoluit, tertio ſacrificia.

In ſecunda vero lege. ſ. ſcripturæ introducta fuit circunciſio, ſecundo diuerſitas ſacrificiorum, & hoc propter diuerſitatem peccatorum.

Sed quia circũciſio erat ſolum pro maribus, Ideo neceſſarium fuit inuenire remedium pro ambobus, quod quidem remedium fuit in tertia lege.

Auguſt. In tertia vero lege Deus miſit Medicum de coelo. Aug. magnus de cœlo deſcendit Medicus, in quo medico inuentæ ſunt quinque dignitates.

Prima, fuit pax. quia nato Xpo. in coelo canebant angeli gloria in altiſsi-
Luc. 2. mis Deo, & in terra pax hominibus. quam pacem poſtea ipſe Xpus pluries diſcipulis comendauit.

Secunda fuit iuſtitia primo contra Demonem tirannum ſibi vſurpantem dominium populi Iſrael, & omnium electorum. de quo tiranno dicebat ſal-
Ioan 12 uator nunc Princeps huius mundi eijcietur foras, ſecundo contra ſaccrdote auaros Dei templum prophanantes
Ioan. 2. quando dicebat auferte iſta hinc, & nolite.

Tertia dignitas eſt ſumma bonitas,
Rom. 8. qua electis omnibus bona omnia cõmunicauit. de qua apoſtolus. quo cum illo omnia nobis non etiam donauit?

Quarta eſt ſumma veritas. qua om-
Ioan 15 nia ad ſalutem neceſſaria docuit. de qua ipſemet dicebat omnia quæcunq; audiui à patre meo nota feci vobis.

Quinta dignitas eius eſt virtus. i. miſericordia. qua omnibus peccatori-
Luc 5. bus pœnitentibus miſertus eſt. de qua Lucas. non veni vocare iuſtos ad pœnitentiam, ſed peccatores.

Vt ſumma pax venit vnire nos Deo rogo, vt ſint vnum ſicut & nos vnum Ioan. 10. ſumus.

Vt ſumma iuſtitia venit animam ſuam pro electis ponere. ego ſum Ioan. 10. paſtor bonus. & animam meam pono pro ouibus meis.

Vt ſumma bonitas, vocauit nos omnes ad beatitudinem dicens. Venite Matt. 11. ad me omnes qui laboratis. ſ. in oblationibus, in decimis, In ſacrificijs, in circunciſionem. &c. Et onerati eſtis. ſ. in huiuſmodi diuerſitate ſacrificiorũ, & ego. ſ. Deus Deorum, dominus dominantium, & verus Meſsias reficiam vos. ſ. gratia & felicitate.

Vt ſumma Veritas Ego ſum via veritas, & vita. ſ. via peregrinantium, veritas ignorantium, & vita morientium.

Vt ſumma virtus inſtituit ſacramenta quæ aperiunt & dant paradiſum. Ioan. 14 Vnde quatuor quæruntur.

Primò Quid eſt Sacramẽtum in genere?

Secundò: Quot ſunt ſacramenta?

Tertiò. Quæ ſunt virtutes ſacramentorum?

Quartò. Quando ſacramenta nouæ legis fuerunt inſtituta?

Ad primum ſi loqueris ethimologicè, dico ſacramentum eſt ſacræ rei ſignum, ſi verò diffinitiuè Aug. eſt inui-
ſibilis gratiæ viſibilis forma. Sed quia Aug. iſta definitio Auguſtini poteſt intelligi tam in veteri lege, quàm in noua, quia oblationes, decimæ, ſacrificia, & huiuſmodi aſſueſaciebant ad gratiam. Ideo ad meliorem, in noua lege, definitionem veniam. Vnde Aug. ſacra- Aug. mentum eſt illud in quo ſub tegumẽto rerum viſibilium virtus diuina ſalutem ſecretius operatur. Iſta definitio habet duas partes.

Prima dicitur, eſt illud, in quo ſub tegumento rerum viſibilium, quia Deus inſtituit Sacramentum verbo, Aug. & elemento. Vnde Aug. ſequitur. Accedit verbũ ad elementũ, & fit ſacrm.

Secun-

Secunda particula dicitur uirtus diuina ſalutem ſecretius operatus, ad denotandum, quòd effectus ſacramenti, quò eſt noſtra ſalus, procedit non ab elemento, ſed à uerbo dei. Vnde duo notanda ſunt.

Primum, quod quattuor ſunt neceſſaria in quolibet ſacramento nouæ legis; forma, ut uerba Chriſti, in conſecratione Euchariſtie, ſecundò materia, ut aqua in baptiſmo, tertiò miniſter, ut ſacerdos, qui eſt miniſter eccleſiæ in iſtis ſacramentis, quarto debita intentio. Quia ſacerdos miniſtrans ſacramenta, ſemper dum (miniſtrat) debet intendere illud totum, quod intendit Chriſtus, & ecclesia, qui Chriſtus, & quæ ecclesia ſimul, intendunt ſalutem hominis.

Secuudum, quòd in quolibet ſacramento concurrunt quatuor cauſæ Prima efficiens, ut Deus, ſecunda formalis ſcilicet gratiæ ſanctificatio, tertia materialis ſcilicet elementi uiſibilis conditio, uel aqua, uel oleum uel panis, &c. quarta finalis ſcilicet humanæ infirmitatis curatio. Vnde Aug. in ſermone de Natiuitate Domini dicit, Nulla cauſa fuit ueniendi Chriſto Domino, niſi peccatores ſaluos facere. Auguſti.

Hoc autem confirmauit. ipſe enim dixit. Non ueni uocare iuſtos, ſed peccatores.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd ſeptem ſunt in ordine ſcilicet Babptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema unctio, Ordo ſacer, & Matrimonium. Si modo quæras quare non ſunt plura, neque pauciora quam ſeptem? Reſpondeo quod ſicut ſunt ſeptem uirtutes, tres theologicæ ſcilicet fides, ſpes, charitas, & quatuor cardinales ſcilicet iuſtitia, fortitudo, prudentia, & temperantia, ſic ſunt ſeptem ſacramenta nouæ legis reſpondentia illis ſeptem uirtutibus.

Primum Baptiſmus reſpondet fidei. Vnde ſacerdos baptizans interrogat dicens. Quid petis? Reſpondent peto fidem.

Secundum. Confirmatio, reſpondet ſpei, quia non datur, niſi bene ſperantibus perſeuerare in fide, & perficere in melius.

Tertium. Euchariſtia correſpondet charitati quia, eu, bonum ſignificat caros, grã nobis Dei charitate cõceſſa.

Quartum pœnitentia correſpondet Iuſtitiæ, quia pœnitentia ſacramentalis non datur à miniſtro eccleſiæ, niſi uolentibus iuſtè puniri de peccatis propriis confeſsis.

Quintum extrema unctio correſpondet fortitudini, quia non datur niſi militibus emeritis, qui pugnauerũt in hoc mundo contra Diabolum, contra carnem & contra mundum propter Chriſtum.

Sextum ordo ſacer correſpondet prudentię, quia dari non debet fatuis, ebriis &c. Sed prudentibus miniſtris.

Septimum matrimonium correſpondet Temperantiæ, quia matrimonium debet eſſe inter temperatos, & non inter tales qui ſint ſicut equus, & mulus in quibus nõ eſt intellectus.

Ad tertium. Reſpondeo, quòd per baptiſmum Chriſtianus acquirit quinque beneficia. Primum eſt indulgentia à pœna, & a culpa, exemplum de Iudeo nuper baptizato qui eſt ſecurus de ſalute. Secundum eſt fides. Tertium eſt fomitis ſiue concupiſcentiæ carnalis ex peccato originali prouenientiæ imminutio. Quartum eſt gratia quam confert. Quintum caracteris impreſſio.

Confirmattio uerò dicitur, quia confirmat quinque ſupradicta beneficia.

Euchariſtia unit nos cum Chriſto; Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet & ego in illo.

Pænitentia morruum uiuificat, nã ſicut aĩa morit̃ p̃ peccatũ, ita p̃ pænitẽtiam ad priſtinam vitam redit.

Extrema

Extrema unctio præparat, & ordinat animam ad cælum. Ordo ſacer ſanctificat animam, ibi, Accipite Spiritum ſanctum Matrimonium preſeruat a quamplurimis peccatis carnalibus. Vnde Paulus. Vnuſquiſque ſciat uas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore &c.

Ad quartum reſpondeo quòd diuerſimode. Quia in prima lege duo fuere inſtituta ſcilicet matrimoniū, & pœnitentia. Matrimonium non ut ſacramentum, ſed ut contractus, inſtitutum eſt ibi creſcite, & multiplicamini. Pœnitentia uerò ut uirtus quia Noë illam primo prędicauit, deinde Ionas Niniuitis, & cæteri prophetæ. Venit poſteà Chriſtus, qui nō ſolum alia quinque Sacramenta introduxit, matrimonium, & pœnitentiam ſacramenta conſtituit, atq; eis uim ſanctificandi contulit; Videamus ergo quādo ſunt inſtituta, quia ſcriptum eſt, cepit Ieſus facere, & poſtea docere. Vbi notū eſt quare dr Primò facere, & hoc eſt, quia uoluit a Ioanne prius baptizari in Iordane, quàm baptiſmum, cæteris præ dicaret, & dum baptizaretur audita fuit uox de nube dicens, hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. In quibus uerbis cognoſcitur quòd ibi fuit Pater in uoce, Filius in carne, & Spiritus Sanctus in columbæ ſpecie, & dicit, audite, quia prius eratis filij iræ, nunc uero per Chriſtum filij gratię.

Secundò docere, quoniam ipſe prædicauit baptiſmum, & apoſtolis eundem prædicari iuſſit, præſcribēs formam baptiſmi, Ite per uniuerſum mundum prædicate euangelium omni creaturæ, qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit &c.

Secundo, Confirmatio inſtituta videtur. quando Chriſtus ponebat manus ſuper capita puerorum.

Tertiò, Euchariſtia quando in cœna ultima cōſecrato pane & uino Chriſtus communicauit diſcipulis &c.

Quartò Pęnitentia quando dans ſpiritum Sanctum apoſtolis dixit. Accipite ſpiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata remittentur eis.

Quintò, Extrema unctio quādo diſcipuli ſanātes infirmos ungebāt oleo.

Sextò, Ordo ſacer quando dixit. Hoc facite in meam commemorationem. Accipite ſpiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata remiſſa erunt. In quibus locis dedit ſacerdotibus duplicem poteſtatem, vnam ſuper corpus Chriſti uerum; alteram ſuper corpus Chriſti myſticum.

Septimò Matrimoniū. Quando interfuit nuptijs iCana galileę, & ex aqua fecit uinum, & fuit primū miraculū. Videdum eſt nūc de ſacro Baptiſmi. Quæritur primo quid eſt baptiſmus?

Secundò, Quotuplex eſt?

Tertiò. Quæ nam differentia ſit inter baptiſmum Iohannis, & Chriſti.

Quartò. Quæ ſunt partes eſſentiales, & non eſſentiales baptiſmi?

Quinto, qui poſſunt baptizare?

Sextò, quare in aqua, & non alio liquore baptizatur?

Septimò, Quomodo diuiditur hoc ſacramentum? Ad primū, Baptiſmus eſt ſacramentum ablutionis animæ a peccato, conſiſtens in ablutione corporis hominis aliqualiter cōlentientis, facta ab alio in acqua, cum uerbis certis, ſimul ab eodē abluente cum debita intentione prolatis, ex diuina inſtitutione.

Ad ſecundum, reſpondeo ꝙ eſt triplex. ſ. fluminis, flaminis, & ſanguinis. Primus dicitur fluminis, q̄a aqua illa debet eſſe aut de flumine, aut de fonte, aut de mari. Secundus flaminis. ſ. ſpiritus Sancti Exemplū de Latrone dicēte. Memento mei dū uene ris in regnū tuū, hic enim ſpiritu Sācto à peccatis lotꝰ eſt. Tertiꝰ dr̄ ſanguinis. ſ. martyrij, & ſic latro & ſāguinis & flaminis baptiſmo baptizatus fuit. Iō dr̄. Tres ſunt q̄ teſtimoniū dāt in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis.

Ad tertium, dico quod conuenniunt in materia ambo ſ. aqua, & in modo emergendi in aquam, uel corpus

pus totum uel nobiliorem patrem corporis, quæ eſt caput. Sed differũt in forma, & in effectu.

Dico in forma quia Ioãnes baptizabat in noĩe Xp̄i uenturi; Chriſtus autem baptizabat in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti. Itaque de effectu dico, baptiſmum Ioãnis promiſiſſe, & aſſuefeciſſe ad baptiſmũ Xp̄i effectus autem baptiſmi Chriſti fuit conferre gratiam, & ſalutem.

Ad quartum, reſpondeo, quòd partes non eſſẽtiales baptiſmi, quæ tantũmodo ſolẽnizãt baptiſmum, & nõ faciunt baptiſmum, ſunt octo. ſ. ſal, oleum, chriſma, cereus, chriſmale, ſaliua, flatus, et Patrinus. Partes uerò eſſenciales quæ faciunt baptiſmũ ſunt quinque uidelicet.

Prima forma uerborum, uidelicet. Ego te baptizo in nomine Patris, & filii & ſpiritus ſancti.

Secunda ablutio aquæ in toto corpore ſiue in nobiliori parte. ſ. capitis.

Tertia eſt immerſio aquæ in illo inſtanti, in quo pronunciat uerba, ſolus tamen ſacerdos.

Quarta, debita intentio bapatizantis. ſ. faciendi quod Chriſtus inſtituit & ecclefia intendit.

Quinta, fides adulti. i. quod baptizandus cognoſcant, petatque baptiſmum: qui adulti non ſaluantur in fide parẽtum & eccleſiæ, Corrolariũ quod inuito baptizatus non ſuſcipit ſacramentum effectiuæ, i. effectum ſacramenti, ſi ſit adultus.

Ad quintũ reſpondeo quod ſolus ſacerdos ordinariè & canonicè ordinatus ab epiſcopo, & ipſo abſente Diaconus, & in caſu neceſſitatis, & ſubdiaconus, & acolitus, maſculus & fęmina, dico ſemper abſente digniori Nota deinde; quod quilibet infidelis poteſt baptizare, ſed in caſu neceſſitatis, & cum debita intentione ex parte dantis, & recipientis. i. conformiter cum eccleſiæ.

Ad ſextum dico, ob duas rationes prima, quia ubique eſt aqua, ſecunda eſt ex quo Adam peccando cecidit in immunditiam, in ignorantiã, & in concupiſcentiam; at aqua baptiſmi ab iſtis tribus mundat.

Primò ab immunditia, quia ſicut aqua naturaliter lauat immũda: ſic baptiſmus peccatum originale lauat.

Secundò ab ignorantia, quia ſicut aqua detergit ſordes & quodãmodo illuminat ſic aqua baptiſmi illuminat mentem.

Tertiò ſicut aqua refrigerat calida, ſic baptiſmalis aqua infrigidat conſcientiam.

Ad ſeptimum dico, quod aliud eſt ſacramentum baptiſmi, aliud res baptiſmi, & aliud ſacramentum, & res ſimul. Primum eſt illa immerſio aquæ exterior, quæ fit in baptiſmo. Secundum eſt gratia Dei interior, quæ acqritur in baptiſmo. Tertium eſt character, ideſt ſignum, quod imprimitur in anima baptizati.

Secundo loco uidendum eſt de ſecundo ſacramento. ſ. Confirmationis. & primo quid ſit hoc ſacramentum.

Confirmatio eſt unctio hominis uiatoris aliqualiter conſentientis, uel libero arbitrio nunquã uſi, facta in fronte, in figura crucis, cum chriſmate ſanctificato, & hoc à miniſtro idoneo, ſimul cum intentione debita inungente, & certa uerbra proferente, ſignificans efficaciter ex inſtitutione diuina, unctionem animæ per gratiam roborantem, ad confitẽdum cum fiducia fidem Chriſti.

Ad declarationem huius definitionis notandum primò, Quòd chriſma eſt nomen græcum, & idem eſt, quod vnctio quæ confirmat indulgentiam plenariam, fidem, lotionẽ peccati originalis, gratiam acquiſitam in baptiſmo, & characterem.

Quid autem ſit Indulgentia, uide ſermonem noſtrum de Indulgentiis Feria ſexta poſt tertiam Dominicam quadrageſimæ.

Quid uero ſit fides, uide ſermonem

nem noſtrum in Dominica Septuageſimæ, vel ſupra in Dominica Palmarum. Quid autem ſit peccatum originale, vide ſermonem noſtrum in primo ſabbato quadrageſimæ De Conceptione Virginis.

Quid autem ſit gratia. vide noſtrũ ſermonem in feria quinta poſt primam Dominicam quadrageſimæ, & quid ſit character, uidebimus nũc cum de ordine ſacro erit ſermo De ſacramẽto confirmationis queritur. Quæ ſunt partes eius non eſſentiales, & quæ eſſentiales? Reſpondeo, ꝙ non eſſentiales, ſunt iſtę, uidelicet ligatio frontis, patrinus, & huiuſmodi, quę ſolennizzant tantummodò ſacramẽtum iſtud.

Partes verò eſſentiales ſunt ſex. ſcilicet duæ ex parte ſacramẽti, duæ ex parte dantis hoc ſacramentum, & duæ ex parte illud recipientis.

Ex parte ſacramenti, eſt chriſma ſcilicet oleum cum balſamo ſolenniter ab Epiſcopo die Iouis in hebdomada ſancta conſecratum.

Secundum eſt forma uerborum ab Epiſcopo prolata ſcilicet ſigno te ſigno crucis, confirmo te chriſma te ſalutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Ex parte vero dantis hoc ſacramẽtum, prima dignitas eſt Epiſcopalis, ſecunda intentio debita, ex parte Epiſcopalis, ſecunda intentio debita ex parte Epiſcopi, & ex parte confirmati, quia ambo debent intendere illud, quod intendit Chriſtus, & eccleſia; qui ambo intendunt ſalutem, ut dictum eſt.

Ex parte uerò illud recipientis, prima quòd ſit baptizatus prius; quia baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum, propter verba Chriſti dicentis, Nicodemo: Niſi quis renatus fuerit ex acqua, & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum, itaq; non baptizatus non poteſt recipere alia ſacramenta, ſecunda eſt frons. quia in fronte Epiſcopus facit ſignum crucis. Vnde notandum, quòd hæc ũctio ſacra, ter datur, vel ab Epiſcopo, uel ab habente auctoritatẽ baptizandi, primò in baptiſmo in vertice, vbi eſt cellula rationis, & memoria ut ſemper cogitet ſe eſſe fidelem ſeruum Chriſti, ſecundò in fronte, ut audacter fidem eius proteſtatur publicè, & ſe eſſe militẽ Chriſti, & eccleſię, tertio, In ordine ſacro in manibus, ad conficiendum ſacramentum Euchariſtiæ.

Tertiò, Videndum de tertio ſacramento. ſ. Euchariſtię, & primò quid ſit hoc ſacramentum.

Reſpondeo. Quòd Euchariſtia eſt ſacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti veraciter contenti ſub ſpeciebus panis, & uini poſt conſecrationẽ factã a Sacerdote ſub certis verbis, cum debita intentione prolatis, ex inſtitutione diuina ueraciter ſignificans Chriſti corpus, & ſanguinem, ſub illis ſpeciebus realiter contineri.

Ad cuius definitionis declarationem multa quæruntur, & primò ſi quæras, quæ nam differentia ſit inter ſacramentũ altaris, ſacramentũMiſſæ, & ſacramentum Euchariſtię?

Reſpondeo ꝙ nulla eſt differẽtia inte ipſa, ſed dicitur ſacramentum altaris, ab altitudine ipſius altaris, vt exiſtentes in eccleſia uideant &c.

Et dicitur ſacramentum Miſſæ a mittendo, quia ſacerdos mittit. i. offert Deo ſacrificium. & dicitur Euchariſtię. ſ. charitatis, quia Deus charitas eſt & ſummam charitatem oſtẽdit, offerendo filium pro nobis, & ẽt quia oportet, ꝙ miniſter offerens ſit in charitate. i. ſine peccato.

Quæritur quæ ſint partes eſſentiales huius ſacramenti Euchariſtię: Reſpondeo, ꝙ ſunt quatuor ſine quibus minimè coaffici poteſt,

Prima eſt Sacerdos conſecrans.

Secunda, Materia neceſſaria in tali conſecratione.

Tertia, Intentio inſtituentis, & conſecrantis.

Quarta Forma uerborum.

Ff Nam

Nam primus Sacerdos fuit Chriſ, qui ſe agnum immaculatum obtulit pro nobis pati in cœna ultima. Hoc eſt cor pus meũ. Vnde notãdum, quod licet ſint duæ ſpecies diſtinctæ ſcilicet, panis & uini, tamen ſub unaquaque ſpecie eſt totus Chriſtus indiuiſus. ſcilicet corpus per conuerſionem, ſanguis per concomitantiam, anima per coniunctionem, & diuinitas per unionem & iſta quatuor non poſſunt ab inuicem ſeparari, ſic etiam dico de ſanguine, quia non datur corpus uiuum ſine ſãguine, nec ſanguis uiuus ſine corpore

Act. 9. Mat. 26

De ſecundo autem Sacerdote inquam qui eſt miniſter eccleſiæ. Quæritur an Sacerdos, uel miniſter eccleſiæ, maculatus macula peccati mortalis, poſit miniſtrare ſacra eccleſiæ?

Reſpondeo, quod hæc quæſtio poteſt intelligi tripliciter, uel queris an miniſter eccleſiæ maculatus &c. poſſit diſpenſare ſacramenta uel an poſit conficere ſacramentum. uel an illa oblatio ſit Deo accepta, & grata. Si primum dico, quod Sacerdos maculatus peccato mortali, non poteſt macurlare ſacramenta, & ideo ſacramenta poſſunt ab omnibus Sacerdotibus diſpenſari. Ratio, quia ſi uis quod ſacramenta ſolummodo à bonis, & immaculatis diſpenſentur, illa bonitas uariari poteſt quia ſepties in die cadit iuſtus, & ſi dixerimus quia peccatum non habemus, ſeducimus non ipſos, & ideo communicandus, non ſecurus de innocentia, & puritate miniſtri, non acciperet communionem, ergo neceſſe eſt dicere, quod diſpenſatio ſacramenti conſiſtit, non in ſanctitate miniſtri eccleſiæ, ſed in poteſtate, & in auctoritate ipſius miniſtri eccleſiæ. Secũdò dico, quod põt, ſed nõ dẽt, quia Pau. Probet autẽ ſeipſum hõ, &c. Tertiò dico, quod in ſacramentis quædam ſunt ſubſtantialia, ut corpus Chriſti, & quædam ſunt ſacramentalia, ut oblationes, & alia, quæ ſequuntur. Primo modo tantum ualet opus boni miniſtri quantum mali. Ratio, quia Deus eſt tibi in ſacramento, ut auctor, Sacerdos uerò ut miniſter. & Chriſtus ibi ſuplet omnem defectum Sacerdotis, quod ſuum eſt facientis:

Pro. 24. 1. Io. 1. 1. Cor. 11

Secundo modo dico, quod Deus magis uult ſacrificium à bono Sacerdote, quàm à malo. Exemplum de ſacrificio Abel. Reſpexit Deus primo ad Abel, qui erat miniſter, & poſtea ad munera eius. Ad ſcd̃m, dico quod materia ſacramenti Euchariſtiæ eſt panis, & uinum; de pane dico, quod alia eſt materia neceſſaria, & alia debita, primò quòd ſit de tritico, & non de alia quàuis ſegete. diſcurre. ſecũdò debita, quòd panis ſit azimus, quia tali materia uſus eſt Chriſtus. De uino ſimiliter alia eſt neceſſaria, quia uino uitis, & non de alio liquore non de omphacio quia nondum eſt uinum, non de aceto, quia fuit uinum. Materia debita, eſt aqua, dummodo aqua ſuperetur à uino, ſicut Chriſtus in cruce, qui plus ſanguinis, quam aquæ emiſit, & ſignificant unionem eccleſiæ cum Chriſto.

Gen. 4.

Ad tertium dico quòd eſt differentia inter attentionem & intentionem, prima eſt neceſſaria, ſed non de eſſentia ſacramenti huius, quia miniſter celebrans diligenter attendere debet, aliter peccat, ſecunda ſcilicet intentio debita Sacerdos debet conformari cũ Chriſto, & eius eccleſia, qui Chriſtus, & quæ eccleſia ſimul (ut alias dictum eſt) intendunt ſalutem popoli Chriſtiani, & oium exiſtẽtium in fide eius.

Vnde notandum ſi Sacerdos ſtaret in foro, & ſuper omnes panes proferret formam uerborum, etiam cùm intentione conſecrandi, non fieret ibi tranſubſtantiatio, & hoc non propter defectum uerborum, ſed propter defectum intentionis illius, qui hoc ſacramentum inſtituit, qui fuit (ut diximus (Chriſtus, qui non intendit ſtulta, ſed utilitatẽ, & neceſſitatẽ eccleſiæ. & hoc loco dignum cõſideratione ne uit. nam hoc ſacrm̃ inſtitutũ eſt. in vltima

tima

tima cœna quam Chrs diſcipulis ordinauit.in qua ſi queratur quid intendebat Chriſtus facere.dico. Primo obediendo Patri intendebat mori pro ſalute humani generis, ideo dicebat hoc eſt corpus meum quod ꝑ uobis
Luc.22. tradetur.i.ad mortem.
Secundo redimendo naturā humanā intendebat habitare cum hoīe & hominē cum deo, Ideo dicebat qui manducat meam carnem et bibit meum
Ioan.6. ſanguinem in me manet & ego in eo. Tertio docendo diſcipulos intēdebat eis cæterisq́ fidelib. relinquere memoriā ſuæ mortis,& noſtre reconciliationis,ideo dicebat quotieſcunque feceritis in mei memoriam facietis.
Cor.11 Quarto inſtituendo ſacramentū ordinis intēdebat diſcipulis,& ſucceſſori.
Luc.22. ſacerdotib.duplicē ptātē tribuere, cōſecrandi & abſoluendi, ideo dicebat hoc facite in meā commemorationē.

Ad quartum dico, quod forma huius ſacramenti ſunt uerba, quæ protulit Ieſus Chriſtus ſaluator noſter,
Mat.26. quando cōicauit diſcipulos ī cœna dicens. hoc eſt corpus meum.ex quibus uerbis. Querit̄,an corpus Chriſti per illa uerba ſacr̄alia deſcendat localiter ꝑ medium ad ſpecies panis,& uini in altari. Reſpondeo, licet corpus Chriſti per uerba ſacramentalia ueniat, & incipiat eſſe ſub illis ſpeciebus panis & uini, non tamen mouetur deſcendendo localiter de cœlo per medium ad locum ſacramenti, quia corpus Chriſti in cœlo non eſt in termino à quo,
Dama. nec ad quem. Vnde Ioan. Damaſcenus dicit, quia conſuetudo eſt hominibus comedere panem, & uinum,& aquam bibere. Ideo Deus coniugauit eis eius diuinitatem, faciendo ea corpus & ſanguinem eius, non ꝙ corpus quod aſſumptū fuit in cœlo deſcendat de cœlo; ſed panis ille & uinum tranſit, & conuertitur in corpus & ſāguinem Chriſti, et magis ſubtilis ſpeciebus panis et uini hoc cōficitur ſacramētum. quia commeſtio i naturę noſtre magis ſunt aptę.

Notandum, quòd alia eſt forma neceſſaria, & alia debita, prima eſt illa ſine qua non poteſt fieri tranſubſtantiatio, ſecunda eſt illa, ſine qua non debet fieri talis tranſubſtantiatio Illa autem coniunctio, enim, quæ ponitur in illis uerbis ſacramentalibus, nō eſt de ſubſtantia ſacramenti, tamen nō eſt prætermittenda, quia eſt de neceſſitate Miniſtri. Si autem quæras quomodo diuiditur hoc ſacramentū Euchariſtiæ? Reſpondeo, ꝙ aliud eſt dicere ſacramentum tantum Euchariſtiæ, aliud res ſacramenti, & aliud ſacramentum, & res ſacramenti ſimul. Primum eſt ſpecies panis & uini; quæ uidentur. Secundum eſt corpus Chriſti myſticum.i. unio fidelium com Chriſto. Tertium eſt uerum corpus Chriſti extractum de uentre Mariæ. Vnde notandum, ꝙ illud, quod uides in ſacramento Euchariſtiæ, eſt ſacr̄m; Quod aūt credis, eſt corpus Chriſti. Si autem quæras an peccator uidendo ſacramentum peccat, ſicut tangendo. Reſpondeo, quod ex quo eccleſia ordinauit, quòd miniſtri .i. Sacerdotes facta conſecratione immediatè debent tollere in altum ſacramentum Euchariſtiæ,ut ab omnibus, tam iuſtis quàm iniuſtis uideatur, & adoretur, & ideo nō peccat, hoc autem inſtituit eccleſia,ut ex illa inſpectione & uiſione iuſti fideles uidentes ſaluatorem, ipſi gratias agant de redeptione, ſcđo ut dubii in fide cōuertant̄,tertio,ut iniuſti infideles,& obſtinati uidentes eū qui eſt uenturus iudicare illos in die nouiſsimo,& condēnare, cōfundant̄. Si q̄ras an ſacr̄m ſit panis, quia Chr̄s
Ioan.6. dicit, qui māducat ex hoc pane uiuet in æternum? Reſpondeo, ꝙ non poſt conſecrationem, quia per neceſſariā, debitā trāſubſtātiationē, panis ſit corp' Xp̄i, ſed aliqñ in ſcriptura dr̄ panis, quia ſeruat nomē primæ materiæ, q a fuit panis,& ideo ſequitur Chriſtus dicens,& panis, quā ego dabo caro mea

Ff 2 eſt pro

feſsio Mentalis ſcilicet ante aduentum Chriſti veri Meſsiæ, & tunc
Pſal. 31. illa erat neceſſaria. Dauid, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei, alia eſt Vocalis, quæ fit Chriſto vero Meſsiæ, vel eius vicario .s. Sacerdoti. & iſta eſt neceſſaria: quomodo autem ſit neceſſaria.

Vide ſermonē in feria ſecūda poſt quartam Dominicam quadrageſimæ in ſecundo puncto.

Et ſi dicas ꝙ Magdalena tantum lachrymata eſt & non confeſſa eſt voce, & tamen fuit abſoluta.

Reſpondeo, quod Chriſtus erat Deus, & non ſolum, videns lachrymas eius cognouit eam pęnitentem, ſed intus cognouit eius contritionem. Sacerdos autem non eſt Deus. Si dicas Petrus negauit Chriſtum, & non confeſſus eſt de peccato ſuo, ergo confeſsio vocalis non eſt neceſſaria.

Reſpondeo, quòd Petrus non eſt confeſſus tunc, quia confeſsio nondū erat inſtituta ante paſsionem Chriſti. Tertia pars pœnitentiæ eſt ſatisfactio, quæ eſt in quadruplici differentia.

Prima eſt abſtinere à peccato: hanc dedit Chriſtus adulteræ. Vade, & noli
Ioan. 8. amplius peccare. id intelligitur de natura humana: quæ commiſit adulterium relinquens Chriſtum, & fidem eius, adhæſit Diabolo, & pompis eius, reliquit fontem aquæ viuæ, & quęſiuit ſibi ciſternas diſsipatas.

Hic reprehendendum eſt &c.

Secunda eſt ſatisfacere ac reddere rem alienam. Aug. Non remittitur pec
Aug. catum, niſi reſtituatur ablatum, Diſcurre.

Tertia eſt remiſsio iniuriarum cum
Mat. 5. offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, ꝙ frater tuus habet aliquid contra te, relinque ibi munus tuum, & vade prius reconciliari fratri tuo.

Quarta eſt illa pœnitentia iniuncta à miniſtro eccleſiæ, quam debet facere peccator pro peccatis confeſsis.

Vnde notandum, ꝙ alia eſt pęnitentia perpetua, & alia ad tempus. prima eſt habitus perpetuus pœnitendi, & dolendi de ſuis malis operibus, & hæc eſt illa virtus, de qua dictū eſt in principio huius materiæ de pœnitentia.

Secunda eſt illa iniuncta a Miniſtro eccleſiæ in confeſsione, & iſta eſt illa pœnitentię ſacramentalis, quæ ponitur in definitione, qua facta, debito dolore, & contritione, homo eſt in gratia.

Sed quæri poſſet an Pœnitentia facta in hoc mundo ſit facienda iterum in alio .s. purgatorio.

Reſpondeo. Aut facis illam completè, vt Magdalena, aut non, ſi primo modo, non in purgatorio, ſi ſecundo modo ſic, quia pęna debita non relaxatur, niſi æquiualens ſoluatur, vel in hoc mundo, vel in alio Quinto loco videndum eſt de quinto ſacramento .s. de extrema vnctione.

Definitio cuius hæc eſt.

Extrema Vnctio eſt vnctio hominis Sco in 4. d. 23 q. 1
infirmi pœnitentis facta in determinatis partibus corporis cum oleo conſecrato ab Epiſcopo, miniſtrata à Sacerdote ſimul verba cum intentione debita proferente ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans curationem finalem venialium.

Ad cuius declarationem notandū, ꝙ in iſta definitione manifeſte cognoſcuntur quatuor partes principales. prima eſt miniſter.

Si quis infirmatur inducant præsbi Iac. 5.
teros eccleſię orantes ſuper eum, & eum vngentes oleo, & oratio fidei ſaluabit eum, ſecunda eſt materia .s. oleū conſecratum ab Epiſcopo die Iouis in hebdomada ſancta. &c.

Tertia eſt forma verborum .s. per iſtam ſanctam vnctionem, & ſuam piiſsimam miſericordiam, &c.

Quarta debita intentio, vel generalis, vel ſpecialis .s. conformari cum eccleſia. Quia miniſter debet intendere illud

illud totum in illa vnctione quod intendit Chriſtus & eccleſia. qui intendunt ſalutem homiuum.

Poſſumus etiam annectere hãc quintam partem eſſentialem. ſ. vngere infirmum in certis partibus corporis. s. ad aures, ad oculos &c.

Notandum, quòd ſecundum Bonæ.
Bona. in ſuo compendio, iſta vnctio non datur niſi ſemel in vita, & non in quacũque infirmitate. Sed tantum in vltima extremi tatẽ. i. dum quis agit in extremis, Sexto loco dicendnm eſt de ſexto ſacramento. ſ. ordinis ſacri.

Cuius definitio eſt hæc. ſ.

Sco in 4. d. 24. q. 1 Ordinatio, vel ordo, eſt ſacramentum inſtitutionis alicuius in gradu præeminenti in eccleſia, cui conuenit aliquod miniſterium circa ſacramentum, & præcipuè circa Euchariſtiam, factæ à miniſtro idoneo, certa verba ſimul cum intentione debita proferente, miniſterium gradus illius, aliquo ſigno ſenſibili, repręſentans, ex inſtitutione diuina, efficaciter ſignificans gratiam præeminentem, qua ordinatus aliquod miniſterium digne exequatur.

Vgo. Altera eſt definitio Reuerendi domini Vgonis. quæ breuior videtur. ſ. Ordo eſt ſignaculum quoddam per quod datur poteſtas ſpiritualis ordinato ad officium.

Ad declarationem iſtarum definitionum notandum, ꝙ Duplex eſt ordo. ſ. minor, qui nõ impedit matrimonium, & alter, qui impedit matrimonium. ſ. maior.

Si quæras quot eſt ſignum?

Reſdondeo, quòd duplex, aliud exterius vt tonſura, quæ non eſt de ſubſtantia & aliud interius, & iſtud vocatur character, & iſte eſt de ſubſtantia huius ſacramenti. Vnde quęritur.

Primò. Quid eſt character?

Secundò. In quibus ſacramentis imprimitur?

Tertiò. Quam virtutem habet.

Quartò. An Chriſtus habuerit omnes ordines.

Quintò. Quæ ſunt partes eſſentiales ordinis.

Ad primum Theologi dicunt, ꝙ eſt ſignum diſtinctiuum, ſpirituale, indelebile. Primò dicitur ſignum, quia anima tunc ſignatur quodam ſigno ſpirituali, ſecundò dicitur diſtinctiuum, quia anima, quæ habet characterem eſt diſtincta ab alijs animabus non habentibus, ſicut ouis ſignata, à nõ ſignata.

Ad ſecundum reſpondeo quod in tribus. ſ. in baptiſmo, in confirmatione, & in ordiue ſacro (& licet aliqui dicant, quod in extrema vnctione, tamẽ non eſt opinio communis) imprimitur indelebiliter, & non reiteratur.

Ad tertium dico, quod character per ſuſceptionem ordinis imprimitur in anima ſacerdotis. & ſic impreſſus dat ipſi ſacerdoti triplicem poteſtatem.

Prima eſt ligandi, & ſoluendi peccata, & iſta uocatur clauis iuriſdictionis, vel poteſtatis.

Secunda poteſtas eſt diſcernendi inter lepram, & lepram.

Et iſta vocatur clauis ſcientiæ, vel diſcretionis, quam debet habere omnis ſacerdos. Et iſtę ſunt illę claues, quas Chriſtus promiſit Petro, quando dixit, Tibi dabo claues regni cœlorũ, Mat. 16
quas quidem claues tunc habuit Petrus quando dixit Chriſtus Petro, & cæteris diſcipulis. Ioan. 20

Accipite Spiritum Sanctum, quorũ remiſeritis peccata remittũtur eis. &c.

Tertia dat poteſtatem conficiendi verum corpus Chriſti quando celebrat. &c. De qua Chriſtus hoc facite in meam commemorationem.

Ad Quartum dico, quod Chriſtus, Luc. [illegible]
habuit omnia ſacramenta eccleſiæ. quod poteſt probari.

Primo fuit hoſtiarius, ſecundo lector, tertio exorciſta, quarto fuit accolitus, quinto ſubdiaconus, ſexto Diaconus, ſeptimo Sacerdos.

De

De primo officium oſtiarij eſt non ſolum aperire, & claudere hoſtium templi, ſed etiam cuſtodire, & munda
Mat. 21. re templum ab illicitis, immundis. Hoc autem fecit Chriſtus, quando eie
Ioan. 10. cit vendétes &c. Et ipſe de ſe dicebat. Ego ſum hoſtium.

De ſecundo officium lectoris eſt aperire librum in templo, & legere prophetias, & declarare.

Hoc fecit Chriſtus, quia cum eſſet
Luc. 2. annorum. 12. intrauit in templum, aperuit librum, & diſputauit probans
Apoc. 5. aduentum Meſſię. Et Ioannes dicebat ſe vidiſſe agnum accepiſſe librum, & ſoluiſſe ſeptem ſignacula eius.

De tertio officium exorciſtæ eſt ex pellere dæmones à corporibus humanis.

Hoc fecit Chriſtus exibant Demonia clamantia &c.

Luc. 4. De Quarto officium accoliti eſt accendere lumen ad altare &c. hoc fecit Chriſtus dicens, Ego ſum lux mundi.
Ioan. 8. De quinto officium Subdiaconatus eſt ſuper linteamina altaris &c.

Hoc fecit Chriſtus in cœna, præcinxit ſe linteo, quando Lauauit pedes
Ioan. 13. Diſcipulorum &c.

De ſexto officium Diaconi eſt habere curam de calice &c.

Luc. 22. Hoc autem fecit Chriſtus, qui bibit calicem accipiens eum.

De ſeptimo officium ſacerdotis eſt offerre ſacrificium Deo, Hoc fecit Chriſtus offerens ſe agnum immaculatum in ſacrificium pro nobis peccato
Heb. 9. ribus.

Ad quintum dico quod ſunt ſeptē, Prima eſt dignitas, quia ſolus Epiſcop⁹ poteſt. & hic eſt miniſter eccleſię

Secunda eſt vnctio, quæ fit ſolenniter die Iouis Sancti & hęc eſt materia huius ſacramenti,

Ioan. 20. Tertia eſt forma verborum, Accipite ſpiritum ſanctum, & hæc dicitur forma huius ſacramenti,

Quarta eſt intentio debita,

Quinta quòd ordinandus ſit maſculus, Quia mulieres non ſunt capaces huius ordinis,

Sexta quod Epiſcopus, & ordinandi ſint ieiuni, nec aliter, ſeptima & ſuper omnia, quòd ordinandus ſit baptizatus, & catholicus.

Septimo loco videndum de ſeptimo ſacramento. ſ. Matrimonij.

Primo videamus quid ſit matrimonium.

Matrimonium eſt legitima coniunctio maris, & fœminæ ex communi cōſenſu explicato per verbum de præſenti, facta ad procreandum legitimā ſubolem. Hic quatuor quæruntur.

Primò quid ſit Matrimonium.

Secundò quæ ſint partes eius eſſentiales.

Tertiò quæ ſint bona matrimonij.

Quartò quot ſunt impedimenta ipſius.

Ad primum licet definitio ſit ſatis clara, tamen notandum quòd Matrimonium dicitur à matre propter maiorem laborem, quem mater, in liberis gignendis vtero gerendis & pariēdis habet. Vnde & illud dicitur patrimonium à patre, quia pro filijs alendis, acquirit laboribus ſuis neceſſaria bona temporalia.

Quare autem dicatur legitima coniunctio; Reſpondeo propter legem Dei factam in prima creatione hominis, quando dixit eis: Creſcite & multiplicamini, vnde manifeſtè videtur, à Deo inſtitutum fuiſſe matrimonium. Gen. 1.

Secundo, Dicitur coniunctio, ſed notandum quod duplex eſt coniunctio. ſ. ſpiritualis, quę fit per ingreſſum religionis, quæ non niſi per mortem ſpiritualem. i. non ſine peccato mortali poteſt repudiari. Alia carnalis, de qua loquimur, quę ſoluitur per mortem carnalem, & iſta coniunctio carnalis habet tres gradus, qui ſunt.

Promiſio, Deſponſatio, & Conſumatio per copulam carnalem. Quæ promiſsio non poteſt retrocedere ſine peccato mortali.

Tertiò

Tertiò dicitur maris, & fœminæ, loquendo in ſingulari ad oſtendum hoc, quod homo debet habere tantummodo vnam vxorem. iuxta verba Pauli. vnius vxoris virum.

1.Tim.3

Quarta omnes Theologi dicunt, ꝙ debent ambo retinere vitam indiſſolubilem, iuxta illud. Quos Deus coniūxit, homo ne ſeparet.

Mat.19

Ad ſecundum dico, quod ſunt tres partes eſſentiales, quę faciunt matrimonium.

Primò eſt mutuus conſenſus animorum, & hæc eſt principalis, ſine qua non poteſt fieri matrimonium, quod quidem fit, per legitimam coniunctionem factum.

Secūda eſt ratificatio per verba de præſenti in forma Eccleſiæ, coram ſacerdote curato, ſicut ordinatum eſt per Concilium Tridentinum.

Tertia eſt conſūmatio per copulam carnalem tempore debito, & non prohibito ab Eccleſia.

Quæritur an nolentes conſumare matrimonium poſſint ſolui? reſpondeo, ꝙ vbi ſunt iſtę duæ partes principales, non poſſunt ſolui.ſ. mutuus, cōſenſus animorum, & ratificatio. Quia licet copula carnalis ſit de eſſentia matrimonij, non tamen eſt principalis finis, ſicuti eſt mutuus conſenſus animorum.

Exemplum de Maria Virgine & Ioſeph, in quibus fuit verum matrimonium, non tamen copula carnalis.

Et ſi dicas ſi Maria & Ioſeph ambo vouerunt virginitatē, quomodo fuit inter eos verum matrimonium? reſpō deo, ꝙ illud votum (ſecundum opinionem Theologorum) fuit votum cō ditionatum.ſ. niſi Deo placeret aliter de illis diſponere.

Ad tertium, dico, quod ſunt tria bona matrimonii, bene declaranda.ſ. Bonum fidei.ſ. vt neuter alieno thoro violetur, & ſuper hoc multa mala ſunt reprehendenda.

Secundum eſt bonum prolis.ſ. vt filii educentur benè, ſecundum legem Chriſti. & ad id parentes, & compatres tenentur.

Tertium eſt bonum ſacramenti, & hoc eſt, quòd dicit Pau. hoc magnum eſt ſacramentum, dico in Chriſto & in eccleſia. &c. Ep.5

Nec mirum ſi Pau. exclamat dicēs. Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus eccleſiam.i. eadem charitate, qua Chriſtus dilexit eccleſiam. Col.3

Ad quartum dico quod duodecim ſunt quę impediunt matrimonia contrahenda, & dirimunt contracta.

Error; conditio; votum; cognatio; crimen.

Cultus diſparitas; vis; ordo, ligamē; honeſtas.

Si ſis affinis. Si forte coire nequibis.

Hæc ſocianda vetant, connubia facta retractant.

IHC EST PANIS VIVVS QVI DE cęlo deſcendit. Ioan. 6.

Bellorum Ducum mos eſt continenter quidem contra inimicos ſuos certare, verum poſt multos certaminis labores, cibis delicatis, & optimi ſucci feſſa inſtaurare corpora, idq; ne vires oīno deficiāt. Spiritualiter, Chriſti duces aſsiduè contra Dęmonem bellantes, cupientes poſt plurimos pęnitentię, ieiunij, ac eleæmoſynę labores, proprias ipſorum animas confortare, eas ſpirituali cibo ſacramenti reficere curant, aliter vires ſpirituales, animæq; ipſæ perirent. figurę de Ionatha quū in certamine aduerſus Philiſtæos laſſus non haberet quòd comederet, cęcus euaſit, inuento tamen melle ſilueſtri, eoq. guſtato, priſtinas vires recuperauit. Sic & nos ſacramentum Euchariſtiæ guſtare debemus, vt vires acquiramus. De quo Sacramento hodierno die tractabimus.

1. Re. 14

INTRODVCTIO MATERIAE.

Quæritur an ſola cōfeſsio ſufficiat ad totalem gratiam & gloriam Dei acquirendā, Aliqui dixerunt ꝙ ſic, quia corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſsio ad ſalutem.

Rom. 10

Ric. in. 4 d. 18 ar. 1

Nos autem dicimus, ꝙ licet confeſſio ſit neceſſaria, adultis ad ſalutem extra caſum neceſsitatis, tamen ſacramētum quoq; Euchariſtię neceſſarium etiam eſt, propter dictum Chriſti Niſi manducaueritis panem hunc & calicem biberitis non habebitis vitam in vobis. Nec mirum ſi Eccleſia dat ſacramentum Chriſtianis, vt viuant ſpiritualiter, quod autem hoc ſi verum videamus.

Ioan. 6.

Gratia eſt duplex. ſ. bona, & mala, bona a Deo, quia perfectus eſt, mala autem à mundo in maligno poſito, heu, bonum ſignificat vt ſupra diximus. charis gratiā, Euchariſtia itaq; bonam gratiam ſignificat. Vnde volentes ſacri Theologi de conſenſu eccleſiæ declarare quid ſit Euchariſtia, dicunt Euchariſtia eſt ſacramētum corporis, & ſanguinis, Chriſti veraciter contenti ſub ſpeciebus panis, & uini poſt conſecrationem factam à Sacerdote, certis verbis, cum debita intentione prolatis.

S. o. 3. 4 d. 8. q. 1.

Prima particula dicitur Sacramentum, quia ſacramentum eſt ſacræ rei ſignum, Notandum ꝙ in hoſtia conſecrata duo ſunt, ſignum & ſignatum.

Mag. i. 4 d. 1.

Primum eſt illud, quod vides. ſ. ſacramentum.

Secundum vero eſt corpus Chriſti, quòd non vides: Vnde Aug. de Ci. ſacramentum eſt viſibilis forma inuiſibilis gratię.

Aug.

Secunda particula dicitur veraciter contenti, ſub ſpeciebus panis, & uini, quia tanguntur illa, quę ſunt neceſſaria, & debita huius ſacramenti, quæ ſunt panis, & vinum.

Ratio autem myſtica eſt, quia ſicut in nutritione corporali, iſta duo ſunt neceſſaria; ſic in nutritione ſpirituali panis & vinum conſecratum, & hic intelligitur de pane tritici, & non aliter,

ne,& ſanguine ibi ad eſt Chriſtus, ſed ſpiritualiter, ſed hec erronea & hæretica ſunt, quia eſt ibi realiter. quod vt appareat. Videamus quædam exēpla.

Primum.exemplum, ſi natura naturata (vt quælibet creatura rationalis) poteſt vnam ſubſtantiam in aliam cōuertere, puta panem conuertere, quē comedit in carnem, & vinum quod bibit in ſanguinem, ergo à fortiori natura naturans. ſ. ipſe Deus idem poteſt facere &c.

Secundum exemplum eſt ſupernaturale. Si Deus de coſta Adę fecit Euā, ergo à fortiori Deus poteſt transſubſtantialiter velle de pane facere corpus ſuum.

Tertium eſt artificiale, ſi vitrarius ex cinere, & lumine facit vitrum cryſtallinum, ergo à fortiori Deus poteſt transſubſtantiare panem & vinum in carnem, & ſanguinem ſui corporis ergo debes credere Chriſtum verè eſſe in hoſtia cōſecrata, quia Chriſtus De⁹

Mat. 26. dixit: Accipite, & manducate; hoc eſt corpus meum,

Secundò quia Deus cum ſit omnipotens potuit hoc facere,

Tertiò quia Eccleſia fideliter de veritate tanti ſacramenti teſtificatur. Sex tamen notanda ſunt.

Primum, Quòd prolatis illis quinque verbis à Sacerdote Chriſtus verè ſub illis accidentibus continetur, ſed non ita ibi, quod non in cœlo, & hoc tripliciter probatur.

Primò ratione, Nam licet Deus ſit vbiq; eſſentialiter, potentialiter, & præſentialiter, tamen ſingulari modo eſt in tribus locis.

Primò ī cęlo ēpireo ꝑ glorificationē,

Secundò in anima iuſti per gratiæ ſanctificationem,

Tertiò in Eccleſia per ſingularem repreſentationē; quia eſt caput eccleſiæ.

Secundò, auctoritate, Orig. ſuper

Orig. Mat. dicit, Filius Dei ueniens in Virginem totus remanſit apud patrē ne dimidius eſſet apud eum, & dimidius apud Virginē, ergo in cœlo, & in hoſtia conſecrata.

Tertiò exemplo Beatus Ambro. nō diſcedens Mediolano interfuit obitui Ambr. beati Martini, & eū ſepeliuit in Galia. ergo à fortiori Deus. &c.

Secundum, Notandum eſt, ꝙ in ſacramento altaris Chriſtus habet duas ſocietates, prima eſt ſctā Trinitas. Aug. de Tri. ſicut inſeparabiliter ſunt, ſic o- Augu. perantur. Secunda ſunt omnes ſancti Angeli, qui immediatè ibi inueniūtur.

Tertiū notandum eſt, licet in pluribus partibus mūdi corpus Chriſti cōſecretur, tamen ſemper eſt idem corpus in illis locis. Hoc autem probatur tripliciter, Primo ratione, ſic, phil. 2. Ariſt. de anima, anima eſt tota in toto, & in qualibet parte tota. ergo.

Secundo, Auctoritate, Eccleſia dicit, licet in multis locis & innumerabilib. illud corpus conſecretur, nō tamē multa corpora, ſed vnum eſt corpus,

Tertio, exēplo, vox prædicatoris eſt vna, tamen æqualiter à pluribus auribus percipitur, Quartū notandū eſt, ſi dentibus prematur, tamen illæſum præſeruatur, hoc autem probatur, primo ratione, Quia corpus Chriſti eſt impaſsibile, & glorioſum: Ergo illæſum manet, Secūdo Auguſtinus; Quid Augu. hoc mirabilius? Chriſtus Deus & hō à fidelibus māducatur, ſed minime laceratur, Tertio exēplo de aīa, quæ eſt in qualibet parte corporis eadē, & tamē (truncato digito) non truncaē anima.

Quintū notandū eſt. Licet Chr̄us vere ſummaē a fidelib⁹, tn̄ in ſubſtantiā corporalē comedētis nō cōuertitur, ſicut alij cibi ſed in ſubſtātiā ſpiritualē, quāuis de ſpeciebus aliter ſit dicendū, & hæc eſt ſentētia Aug. libro confeſsionū, quia eſt cibus aīæ, & nō corporis, Auguſt. ex qua doctrina inferē quæ differentia ſit inter ſumētes dignè, & indignè. Primū eccleſia dicit, Quid eſt illa eſcam manducare, & illū potū bibere, niſi in Chr̄o manere? De ſecūda vero eſt oppoſitū. Exēplū de Iuda idigne ſumēt.

Sextum. Notandum; Licet Chriſtus ſit vere ſub illis ſpeciebus panis, & vini, tamen ſi à cane, mure vel alio animali comedatur; non Chriſtus, ſed ſpecies ſumuntur. Ratio autem eſt, quia nulla eſt proportio bruti, ad corpus Chriſti.

Mag. in 4 d. 13. Tho. in 4 d. 9.

Ad ſecundum reſpondeo, ad hoc quod ſacerdos poſſit conficere ſacramentum, aliquæ conditiones requirũtur, prima eſt, quòd ſit homo. ex quo ſequitur, non Angelus, non ſpiritus, non Beatus poſſunt conficere. Vnde Ber. ò præclara poteſtas veſtra ſacerdotes poſſe conſecrare corpus. &c.

Ber.

Secunda conditio eſt, qđ iſte homo ſit maſculus. ex quo ſequitur, quòd mulier non poteſt conficere ſacramentum.

Ratio quia nobiliſsimum ſacramẽtum debet nobiliſsimum habere miniſtrum. ſ. hominem maſculum, non fœminam.

Tertia conditio eſt, quòd iſte homo maſculus ſit rectè ordinatus, primò ex parte ordinantis, quòd non ſi ordinatus ab Epiſcopo ſimoniaco e mente illam dignitatem, non à ſchiſmatico, non ab hæretico, non ſeruantibus formam eccleſiæ: quia ſit ſeruat formam Eccleſiæ cum intentione faciendi quod facit Eccleſia ſimoniaci, ſchiſmatici & heretici epiſcopi conferunt ordines, ſecundò ex parte ordinati, quia non ſine examine, non per ſaltum, non extra tempora, non in ex communicatione, ad hoc vt ritè & vtiliter ordinetur.

in 4 d. Bon. in 4 d. 25. ar. 1. q. 2

7. q. 1. c. nihil.

Quarta conditio eſt, ꝙ ille homo maſculus rectè ordinatus ſit ieiunus. ſ. ꝙ nihil guſtauerit, vt dignè conficiat, non vt abſolutè conficere non poſſit. Caueant ergo ſacerdotes lauantes os. ante celebrationem.

Quinta conditio eſt, quod talis non ſit grauatus peccato mortali; vt cum vtilitate conficiat; nam licet ſacramentum per ſacerdotem in peccato, exiſtentem conficiatur, tamen ſacerdos ipſe peccat mortaliter.

O quot ſacerdotes nunc in peccato exiſtentes conficiunt ſacramentũ, adulteri, blaſphemi, & excomunicati. Vnde Hiero. in communione ſui tranſitus. Heu domine mi quid dicã? Quot hodiè ſacerdotes te commedunt in altari, vt carnes pecudum vel volucrũ, Immo peius nocte fruuntur mulierũ, actu turpiſsimo, mane autem te maſticando comedunt, vbi latitas domine; dormis ne, an vigilas? certe ſi hoc ſacrificium velles, & mendax fieres, & peccatorum ſocius.

Hier.

Quæritur an laicus poſſit diſpenſare corpus Chriſti, Reſpondetur, quod nõ; quia ſicut in corpore naturali ſunt membra principaliora, in quibus vita conſiſtit, ſic in ſpirituali Eccleſia ſunt principaliora membra. s. Religioſi, in quibus talis adminiſtratio conſiſtit. Sed pono caſum, quot corpus Chriſti reperiatur in terra, vel in loco immũdo in abſentia Sacerdotis, an laicus poſsit illud tangere, & ponere in loco ſuo? Reſpondeo, quot ſicut in caſu neceſsitatis laicus poteſt baptizare, non tamen in præſentia ſui ſuperioris ſpiritualis, ſic etiam in tali caſu poteſt. &c.

Tho. in 4 d. 13.

De co. d. 3. c. tri.

Ad tertium reſpondet Eccleſia, ꝙ aduentus Chriſti in terra poteſt tripliciter conſiderari; primo modo, quando fuit incarnatus, & vnitus carni, ſecundo modo. quando ambulabat ſuper terram declarando ſcripturas, & ſanando ægrotos, tertio modo, quando ſepultus erat. &c.

for. eſt. cor. Chriſti.

Prima ergo pars vnita ſanguini in calice ſignificat vnionem animæ Chriſti ad corpus in ventre Virginis, Ideo in illa vnione Sacerdos dicit pax domini ſit ſemper vobiſcum, quaſi dicat, il la pax, quam portauit Chriſtus in terra, quando vnitus eſt carni; iuxta illud, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax, ſit ſemper vobiſcum.

Secunda pars ſignificat ſecundum ſtatum Chriſti, dum præſentialiter erat in hoc mundo cõuerſando cum

Luc 2.

homi-

hominibus. &c. Tertia verò pars (quę alias ſummebatur in fine Miſſę) ſignificat ſtatum Chriſti ſepultum.

Ad quartum, Reſpondet Eccleſia vt ſupra; Sacerdos in Miſſa tenetur ſub peccati mortalis poena, tria facere, primò orare pro ſe, & omnibus viuentibus, qui habent animas ſuas vnitas ſuis corporibus, & ideo ſumitur à Sacerdote illa pars vnita cum ſanguine, quæ ſignificat animæ vnionem ad corpus,

Secundò Sacerdos tenetur laudare Deum, qui dignatus eſt aſſumere animas ſanctorum ad coelos, & ideo ſecunda pars ſicca ſumitur a Sacerdote pro tali commemoratione,

Tertiò Sacerdos tenetur orare pro animabus exiſtentibus in Purgatorio, & ideo aſſumit tertiam partem. Si autem quæratur, ſi fractis, vel diuiſis partibus diuidatur corpus Chriſti? Reſpondeo quod non; exemplum de ſpeculo fracto, non tamen facies, quæ videtur in ſpeculo. Si dicas ergo plura corpora; negatur, quia in ſpeculo ſemper illamet facies quæ eſt in vna parte, eſt in alia, dum nos ſpeculamur faciem noſtram.

Ad quintum Reſpondeo propter tres rationes. Prima eſt, quia ſi videres Chriſtum in carne & in ſanguine; nó eſſes fidelis. Quia Greg. Fides non habet meritum, vbi humana ratio prębet experimentum. Vnde quádo Thomas vidit, & tetigit latus Chriſti, dicens Dominus meus, & Deus meus. Reſpondet ei Chriſtus, quia vidiſti me Thoma crediſti; beati qui non viderunt, & crediderunt; ergo propter fidelitatem non poteſt videri.

Greg. hom. 21.

Secunda ratio eſt, quia ſi Chriſtus in carne & in ſanguine videretur, ſtomachus noſter abhorreret ſumere illam carnem, & ſanguinem. Ideo Chriſtus ſanctiſsimè ordinauit iſtum modum ſumendi corpus ſuum.

Tertia ratio eſt, quia ſi nobis impoſſibile eſt videre ſolem; ergo minus poſſemus videre corpus glorioſum, quod ſine comparatione eſt ſplédidius ſole.

Notandum tamen hoc: quod vides eſt ſacramentum; quod credis eſt corpus Chriſti, quod offertur, ſacrificium eſt.

Moraliter ergo dico, Sicut medicus curans infirmum ſeptem facit, primò reſpicit faciem, ſecúdò tangit pulſum, tertiò reſpicit vrinam, quarto pręcipit dietam, quinto ordinat ſyrupum, ſexto medicinam amaram, & ſeptimo electuarium ſuauiſsimum.

Sic Chriſtus medicus magnus, qui de coelo deſcendit curare infirmitates noſtras, primò reſpicit nos, ſecundò cor noſtrum, ſi tendit ad eum, tertiò reſpicit lachrimas, quartò ieiuniú, quintò orationes, ſextò confeſsiones amaras, & ſeptimo electuarium ſuauiſsimum. i. ſanctiſsimum ſacramentum (quo mediante) gratia in hoc múdo, & gloria in alio acquiritur. Amen.

QVI MANDVCAVERIT EX HOC PANE uiuet in æternum Ioan. 6.

IN uoluminibus Doctorum medicinæ inuenitur, quod ſenties ſe habere cibum in ſtomaco indigeſtum, non debet alium cibum illi ſuperponere; quouſq; illum digeſtum ſenſerit, aliter offendit propriam ſanitatem Spiritualiter, dum peccator ſe peccato mortali grauatum inuenit, non debet ſanctiſſimã communionem ſumere, ſed mediante confeſſione debet digerere peccata, aliter offenderet animam propriam. Hoc autem figuratum eſt. Quando Ioſias rex Iſrael præcepit populo ne comederet agnũ paſcalem, niſi prius Iudea ab idolis purgaretur Sic eccleſia præcepit populo Chriſtiano, ut prius a peccatis purgaretur, & poſtea comunionẽ ſuſciperet. De qua communione hodie erit ſermo utilis noſter.

4 Re 23

INTRODVCTIO MATERIAE.

QVæritur qualis cibus eſt magis homini neceſſarius corporalis, an ſpiritualis. Philoſophus primo politicorum dicit. Quod ſine neceſſariis impoſſibile eſt uiuere, & ſic ſecundum illum, cibus corporalis eſſet magis neceſſarius, quam ſpiritualis.

Ariſt.

At ego reſpondeo, quòd cum homo ſit compoſitus ex anima, & corpore, & anima ſit longè dignior corpore, hinc ſit quòd & cibus animæ, eſt magis neceſſarius, quâm cibus corporis. Ideo Chriſtus, dixit, qui manducauerit ex hoc pane uiuet in æternum. Nec mirum ſi eccleſia, ut homo habeat uitam æternam, dat communionem Chriſtianis, quod hoc ſit uerũ uideam.

Ioan. 6.

Volens eccleſia cum ſuis ſanctis Doctoribus inducere Chriſtianos ad ſanctam communionem, dixit quod Deus ſua prouidentia diſtinxit creaturas uiuentes in tres partes, primæ ſunt ſpirituales tantum, ſecundæ corporales tantum, tertiæ ſunt mixtæ, & ſicut cũ prouidentia eas diſtinxit, ſic diſtinctè prouidit de eorum cibis.

Primæ creaturæ pure ſpirituales sũt Angeli, qui habent cibum ſpiritualem ſcilicet uidere Deum, obedire Deo, & dicit Aug. Hæc eſt tota eius merces. Vnde (inuitato Angelo a Tobia ad comendendum cibum per ipſum portatum) reſpondet Angelus, ego aũt cibo, & potu inuiſibili utor.

Aug.

Secundæ creaturæ puræ corporales, ſunt animalia irrationalia; quibus hærbæ, & hmõi deputantur in cibum.

Tertiæ creaturæ mixtæ, ſunt homines, quibus ex parte corporis Deus deputauit partem corporalem

Ariſto.

Vnde primo de Generatione. Omne animal quandiu uiuit indiget comeſtione conuenienti ſuæ naturæ. ex parte uero animæ Deus ordinauit cibum ſpiritualem. Caro mea uerè eſt cibus, & ſanguis meus uerè eſt potus; De quo cibo hodie intelligitur. Notandum tamen, quod inter cœtera ſacramenta duo principaliter ſunt neceſſaria ſcilicet baptiſmus, propter gratiam acquirendam, iuxa illud Chriſti, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum. Secundum ſacramentum eſt communio per quam anima roboratur in præſenti uita; & licet confeſſio remitat peccata, tamen communio eſt deletio debiti, exemplum in ſolutione debiti niſi Chirographum dele nihil ſit, ergo uideamus quædam.

Primum quo tempore debet pænitens accipere corpus Chriſti; ſcilicet communionem.

Secundum. An contritus, & non confeſſus poſit accipere cõmunionẽ.

Ter-

Tertium. Ad ſacerdos ſuſpecto debeat dare ſacramentum.

Quartum. Quot ſunt genera accedentium ad communionem benè, & malè.

Quintum Quot conditiones debet habere ille, qui uadit ad cõmunionẽ.

Ad primum. Reſpondeo, quòd ſicut diuerſa fuerunt tempora eccleſiæ, ſic diuerſa fuerunt ſtatuta ad cõmunionem accipiendam.

In primitiua .n. eccleſia, dum fides feruebat, omnes quotidie ad communionem ibant, ut patet Actuum cap. 2.

Act. Lapſu temporis fuit decretum, quod in omnibus dominicis diebus.

Aug. Vnde Aug. & eccleſia dic: quotidie communionem Euchariſtiæ ſuſcipere, nec laudo, nec uitupero, omnibus tamen dominicis diebus ad cõmunicandum hortor. Tertio ſucceſſu etiam temporis ter in anno ſcilicet. in Paſcate, in Natiuitate, & Pentecoſte. Quarto eccleſia temporibus iſtis obligat ſaltem ſemel in anno, & hoc in cœna domini. Quare autem hoc? Reſpondeo ut memores ſimus Chriſti paſſionis. Quotieſcunque mãducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuncibitis.

Si autem quæratur quis debet ſuſcipere communionem. Reſpondeo, quòd adulti ſcilicet. maſculi quatuordecim annorum, & fæminæ duodecim anorum.

Ad ſecundum duæ fuerunt opiniones, prima quòd ſola contritio ſufficiat, ratio autem illorum eſt. Ille qui eſt reconciliatus cum Deo, poteſt digne ſuſcipere ſacramentum, ſed contritus eſt huiuſmodi Ergo.

Item homo non tenetur niſi ſemel in anno ad confeſſionem, ut determinauit eccleſia in concilio Lateranenſi, ſed pluries in anno homo tenetur ad communionem ut uiſum eſt; ergo contritio ſine confeſſione ſufficit. &c.

Secunda opinio bona eſt, quod ſi aliquis peccator ante abſolutionem ſacerdotis acceſſerit ad communionẽ certò iudiciũ ſibi manducat, & bibit.

Ad hoc dico; aut loqueris de peccato mortali, aut de peccato ueniali; ſi de ueniali; dico quod non peccat; quia peccator non tenetur confiteri uenialia.

Si uerò de mortali dico: Aut habet tempus confitendi, & cõfeſſorẽ commodum; aut non, ſi primum dico, quod peccat mortaliter; ſi uadit non abſolutus ad communionem. Ratio eſt, quia ad hoc, quod aliquis dignè ſuſcipiat ſacramentum, oportet quod habeat duas reconciliationes Primam com Deo, & hæc habetur per contritionem, Secundam cum eccleſia, & hæc habetur per confeſſionem. Si autem non habet commodum, tempus confitendi, diſtinguo, aut immitet periculum in perſona, & ſcandalum in populo, aut non Si primum ut parentes ſuſpecti de peccato filiæ uolunt experiri in communione, aliter uolunt eam occidere, dico, quòd in tali caſu pro euaſione ſcandali, & ruinæ illius, poteſt ſine confeſſione accedere ad communionem dummodo habita immediate opportunitate, confiteatur. Si autem non immineat periculum, nel ſcandalum, non poteſt ſine confeſſione accedere ad communionem.

Ad primum argumentum in oppoſitum dico, licet contritio com Deo ſit reconciliatio, neceſſaria tamen eſt etiam reconciliatio cum eccleſia, quæ fit per confeſſionem, & abſolutionem.

Ad ſecundum diſtinguo de confeſſione, uel ordinariè, nel extra ordinariè, primo modo ſemel in anno, ſecundo modo toties quoties opus fuerit, maximè acceſſurus ad Communionem.

Ad tertium punctum reſpondeo, quod triplex eſt ſuſpitio ſcilicet temeraria, probabilis, & uiolenta, prima oritur per inimicitiam, nel per differentiam malorum, & per iſtam ſuſpitionem non debet ſacerdos aliquem priuare à communione.

Secun-

Secunda dicitur probabilis, quæ oritur ex aliquibus ſignis, tamen ob iſtam ſuſpitionem non debet ſacerdos aliquem priuare, quia debet ſupponere, quod talis nõ uſq; damnari.

Tertia dicitur uiolenta, quando ſigna ſunt expreſſe mala, ut concubinarius, luſor ſeu aleator cum luſore, & iſtis nõ eſt dãdum corpus dominicum, quia ſicut publicus criminoſus eſt priuandus, ſic pubicus ſuſpectus, hoc figuratum eſt cum eiectis primis parentibus de paradiſo, ne amplius intrarent ad comedendum lignum uitæ, Deus ſtatuit Angelum cum gladio uerſatili ante portam paradiſi. Mortaliter.

Paradiſus eſt eccleſia, in qua eſt lignum uitæ. i. ſacramentũ. Angelus cũ gladio ad portam non permitens intrare parentes, qui peccauerunt. eſt Prælatus eccleſiæ, qui debet ſtare ad portam eccleſiæ cum gladio iuſtitiæ: ne peccatores publici, & ſuſpecti non confeſſi ingrediantur.

Ad quartum Reſpondeo, quòd quatuor ſunt genera accedentiũ ad communionem. Quidam aſſumunt ſacramentum, & non effectum ſacramenti, ut concubinarii, luxorioſi nõ bene diſpoſiti qui ſunt in peccato, & ſunt ficti pœnitentes.

Quidam autem effectum ſacramẽti ſuſcipiunt, & non ſacramentum, ut infirmi & debiles, quibus ſufficit bona uoluntas.

Quidam ſuſcipiunt ſacramentum, & effectum ſacramenti, ut boni Chriſtiani deuoti, confeſſi, contriti, qui non ſtant in ſeruitute Diaboli.

Quidam autem non ſacramentum nec effectum ſacramenti ſuſcipiunt, ut obſtinati non confitentes. &c.

Contra quos eccleſia. Seculares qui in Paſchate non communicauerint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur. Ideo curiones debent tales obſtinatos, & incorrigibiles expellere ab eccleſia, quia tribus modis ſummopere peccant.

Primò, ſi ille offendit Deum, qui diſcipulos ſuos non recipit. Amen dico vobis quod tolerabilius erit ciuitati Sodomæ, quam illi ciuitati, quæ vos non ſuſceperit, ergo a fortiori magis peccat, & offendit Deum ille, qui non recipit Chriſtum in domo ſua. Luc. 10

Secundo dico, quod, ſi ambulans in uia periculoſa indiget duce itineris, uel protectore, a fortiori Chriſtianus in hoc mundo periculoſo debet Chriſtum habere &c.

Tertio, qui Deo hoſpitium negat, paradiſus ipſi negatur, ſed non communicans eſt huiuſmodi, ergo. Quid enim eſt peius in homine quã dominum ſuum negare, & non recipere? nonne in Paſchate nõ communicãs comedet panem uenenoſum?

Ad communionem ergo vos ex animo hortor, quia communiò facit vos poteſtate filios Dei. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, ergo qui non recipiunt eum non ſunt filii Dei, ſed Diaboli. Ioan. 1

Ad quintum reſpondeo quod ſeptem ſunt conditiones ad bene ſuſcipiendum.

Prima eſt dilectio, & notandum, quod quatuor ſunt genera hominũ, qui non diligunt Deum, & per conſequens priuantur communione.

Primi ſunt publici uſurarii, eccleſia dicit, quòd de iſtis curiones tria debent facere, eos non communnicare, non accipere ab eis elemoſynas, neque eis dare ſepulturam eccleſiaſticam,

ſecundi publici concubinarii. Ad hoc autem quod aliquis dignè ſuſcipiat, duo concurrunt, primò amare Deum, ſecundò cogitare ſacramenti dignitatem. Sed concubinarii hoc non faciunt quia peruertuntur a concubinis, Ergo.

Si dicas tenebo illam domi ſine peccato. Reſpondeo non potes propter periculum, & propter ſcandalum.

Tert ii ſunt publici aleatores, non amantes Deum, ſed falſas imagines.

Quarti publici blaſphemi obſtinati, & non corrigibiles:

Heb.11. Secunda eſt fides. Vnde Pau. ſine fide impoſsibile eſt placere Deo, quia oportet credere omnia in eccleſia purè, & perfectè.

Tertia eſt contritio cor contritũ & humiliatum Deus non deſpicies.

Pſal.50 Quomodo autē? patet. Quando deus præcepit populo comeſtionem agni tribus circunſtantiis, ſcilicet cum baculo, cinctis renibus, & cum lactucis amaris. Baculus eſt, Crux Chriſti, renes cincti, ſunt caſtitas, lactucæ amaræ, ſunt amaritudo mentis.

Quarta pœnitentia. probet autem ſe ipſum homo .i. examinet ſuam conſcientiam, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. 1.cor 11.

Quinta Humilitas. Exemplum habes Centurionis dicentis, domine non ſum dignus. &c. cum fune ad collum, & ueſtimentis uilibus, & lachrymis Mat.8.

Sexta ſtabilitas cum propoſito nõ recidiuandi. &c.

Septima. Satisfactio, primò in ſpiritualibus ſcilicet pœnitentiis datis, ſecundò unicuique ius ſuũm tribuere:

Nec mirum ſi dicat, Qui manducat ex hoc pane cum iſtis ſeptem conditionibus, uiuet in æternum. Amen.

FERIA SEXTA IN PARASCEVE.

De Paſsione Chriſti.

Adam, Adam vbi es? Gen. 3.

Narratus hodie ſtupendum myſterium amariſsimæ mortis domini noſtri Ieſu Chriſti quocunque mentis oculo concerto, lachrymarum potius quam ſermonis materiam mihi miniſtrari uideo. Hinc enim Iudæorum ſæuiſsimos clamores contra Chriſtum redemptorem noſtrum, ac crudeliſsimas voces illas audio, quę non niſi crucifigendum illum expoſcũt. Inde manſuetiſsimum ſaluatorem flagellatum, ſpinis coronatum, & denique in crucis triangulo uitam animamque exhalantem intueor, ibi quoque ad crucis pedes maximis doloribus obnoxiam Matrem eius: cœli Reginam conſpicio: omnibus contemptui expoſitam, quo fit ut nullam exiſtimem unquam fuiſſe aut fieri poſſe tragœdiam ſæuiorem aut magis horrilem Atque eam ob cauſam nec verba ſuppetunt, nec ingenium ſufficit, nec animus ſuſtinet tam admirandum, tam lugubre ſpectaculum oculis noſtris ſubiicere, niſi me ſuperior aliqua uirtus mihi aſsiſtendo confirmet. Vnde & mea conſcius imperitię, & imbecillitatis, huc, illucque feror, & referor. Nam ſanctam Dei genitricem, quam ut aſsiſtat & quę mihi aſſiſtit ſingulis diebus inuocare ſolitus ſum, nunc inuocaturus videor mihi ipſam dicere. Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me uirtus mea, & lumen occulorum meorum, & ipſum non eſt mecum Hodie Angeli pacis Pſ.37.

amare lachrymant, quippe qui cœli lumen amiſerunt, Apoſtoli diſpeſſi ſunt, eccleſia tota lugubris eſt, ſola mihi reſſat crux &c.

ADORATIO AD CRVCEM.

Crux domini ſalue, ſalue uenerabile lignum
   Humani generis, ara ſalutis aue.
Tu uitam u ncens fœlici morte triumphas.
   Factus homo uenit in tua iura Deus.
Sydera clara dolent, lamentanturq; cohortes
   Angelicæ, & dominum cuncta elementa gemunt.
Te dominam rerum reginamq; omnia clamant.
   Quum teneas ſummum ſanguinolenta Deum.
Tu, quæ ſola potes, noſtris ſuccurrere cæptis.
   Vt tua ſit populo Gloria nota, faue.   Amen.

INTRODVCTIO MATERIAE.

QVeritur utrum paſſio Chriſti placuerit ſanctis? Reſpondeo Paſſio eius pôt dupliciter conſiderari, primo inquãtum paſſio fuit redemptrix peccatorum, uel animarum noſtrarum exiſtentium in peccatis; & ſic Sancti gauiſi ſunt, & nos gaudere debemus.

Secundo modo in quantum paſſio fuit inflicta corpori innocenti, & ſine cauſa, & ſic ſancti plorauerunt, & nos plorare debemus. Nec mirum ſi Doctores plorantes diſputant.

Primum Myſterium diſcutiẽdum in paſſione domini erit, Vtrum fuerit neceſſarium humanum genus reparari; & Chriſtum mori pro ſalute humani generis.

Secundum, Vtrum Deus potuerit aliter redimere naturam humanam, quam per mortem filii ſui.

Tertium, Vtrum Adam (a quo cauſa ruinę) potuerit reparare humanã naturam.

Quartum, Quot modis cognoſcitur vtilitas paſſionis Chriſti.

Ad primum eſt duplex reſponſio, prima eſt, quod neceſſe fuit humanum genus reparari, primò ex parte Dei, ſecundo ex parte hominis, tertio ex parte æquitatis.

Ex parte Dei, quia in iſta reparatione Deus oſtendit tria. primo ſuam potentiam uincendo omnes defectus noſtros corporales, & ſpirituales, q̃d quidem nil aliud eſt, quã uincere omnia peccata corporalia, & ſpiritualia totius naturæ humanæ, quæ uictoria non pôt eſſe in pura creatura, ſed in ſolo Deo, ſecundo oſtendit ſuã ſapiẽtiã, quia niſi reparaſſet naturã humanã, fruſtra eã feciſſet, ſed hoc ẽ falsũ, quia oĩa, quæ fecit in ſapientia fecit, ergo. tertio oſtẽdit ſuã clemẽtiã, quia niſi riparaſſet hoĩẽ, deſpexiſſet infirmitatẽ nr̃am, quod nõ cõuenit Deo.

Secundo fuit neceſſe recuperari genus humanum ex parte ho s, quia tanta eſt dignitas hoĩs, ꝙ per ipſum facta ſunt oĩa, & ipſe eſt dñs omniũ rerum. oĩa ſubiecisti ſub pedib. eius, ergo niſi Deus reparaſſet hominẽ, & iſte mũdus qui factus eſt pro ho e, fruſtra eſſet

ſet factus. Tertiò fuit neceſſe, ex parte æquitatis, quia ſicut hõ per tertiũ (ut ita dicamus) fuit deceptus ſcilicet per diabolum, Ideo congrue per tertium ſcilicet per Chriſtum Deum debebat ſibi ſubueniri.

Et ſi quis dicat, Deus non reparauit Angelum nobiliorem homine, ergo neque hominem debebat reparare. Reſpondeo, quòd non eſt ſimile de lapſu Angeli, & hominis, tum quia Angelus propria malitia peccauit; homo uero non, quia tentatus, tum etiam; quia per lapſum hominis tota natura humana cecidit, per lapſum uero Angeli non cecidit tota natura Angelica. Secunda Reſpõſio uel loquimur de neceſſitate abſoluta, uel, de neceſitate ordinata: nõ primò, tũ quia Deus nõ eſt obligatus homini, neque accepit beneficium ab homine propter quod Deus debeat eum reparare, tum etiam, quia Deus non potuit cogi ab homine ad huiuſmodi reparationem:

Si autem quæras, ſi Chriſtus non redemiſſet hominem, an homo eſſet obligatus Deo? Reſpondeo, quod ſic, propter beneficium creationis.

Si uero de neceſſitate ordinata loquamur Reſpondeo, quòd fuit neceſſe propter multas rationes.

Primo ratione prædeſtinationis, tam ex parte Dei, quàm ex parte hominis, ex parte Dei, quia præuidens Deus ab æterno ruinam humanam, per quam damnati fuimus, predeſtinauit filium ſuum ad ſaluandum nos ſua morte quantum ad humanitatem, ſecundò fuit neceſſe ex parte hominis, quia Apoſt. Deus predeſtinauit nos in adoptionem filiorũ Dei. & Anſel. in li. cur Deus homo uel Deus natura humana faciet quod incæpit, aut in uanum ipſam creauit, non ſecundo, quia eſt immutabilis, & quia deus & natura nihil agunt fruſtra, ſed qui predeſtinati erant impediti propter peccatũ Ade. Ergo fuit neceſſe, quod Deus miteret filium ſuum ad liberandum & ſoluendum ſua morte.

Si quæras an Chriſtus uoluit ariè paſſus eſt? Reſpondeo quod in Chriſto eſt triplex uelle, primo ſecudum uoluntatem diuinam uoluit, quod iuſtum erat. item ſecundum uoluntem rationis iuſtè conſenſum præbuit, ſed ſecundum uoluntatem carnis, pœnam recuſauit. & unaquæque uoluntas quod ſuum erat retinuit ſcilicet uoluntas diuina iuſtitiam, uoluntas rationis, obedientiam, & uoluntas carnis, recuſationem mortis.

Secundo ratione finis; nam finis noſter eſt Deus.

Aug. Feciſti nos domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum; donec requieſcant in te. Ergo Deus debebat reparare, ut finis noſter haberet locũ Ideo Aug. Creauit Deus rationalem creaturam, ut ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, poſſidendo frueretur, & Anſ. in li. Cur Deus homo. Non decebat (inquit) diuinam ſapientiam nobiliſſimas creaturas ultimo fine fraudari. &c.

Tertio ratione Exempli, uidens. n. Deus quod homo timebat mortem, & non habebat Sanctum modum uiuendi, ideo dabit nobis filium ſuum, ut eſſet exemplar uiuendi, & non timendi mortem, hoc tangit Aug. in li. 83. q. quòd ſapientia Dei hominem exemplum, quo rectè uiueremus, & moreremur, ſuſcepit, dico moreremur ſcilicet ſi oporteret nos mori pro illo.

Quartò ratione. ſatisfactionis nã peccatum Adæ fuit infinitum, quia contra bonum infinitum, ergo pęnitentia debebat eſſe infinita, quia ſecundum menſuram delicti danda eſt pęnitentia. Hæc pęnitentia infinita nõ potuit eſſe in Adam, quia finitus erat, ergo Deus infinitus debuit ſatisfacere pro homine, non ualente quia finitus. &c.

Gen. 6. Gloſa. Iſai. 35 Zac. 3. Quiuto ratione promiſsionis. Pæni tet me feciſſe hominem pœnitentiam agam pro homine. ecce Deus noſter veniet, & ipſe liberabit nos, Ius iurandum, quod iurauit ad Abraham patrē noſtrum daturū ſe nobis. Ergo ſi promiſit, neceſſe fuit obſeruare.

Ioan. 15 Ioan. 3. Sexto ratione dilectionis, nā Chriſtus dixerat, maiorem charitatem nemo habet, quam, vt quis ponat animā ſuam pro amicis ſuis, ergo debuit facere, ꝙ dixerat. Vnde ſic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum vnigenitum daret. ſ. ad mortem, vt omnis qui credit in illum. &c.

Luc. 22. Septimo ratione ordinationis, quia .ſ. talis redēptio ordinata fuit ab æterno in concilio ſanctæ Trinitatis. filius hominis vadit ſicut definitum eſt .s. in conciſtorio ſanctiſsimæ Trinitatis.

Reg. 22 Octauo ratione figuræ Abraam obtulit Aarietem in loco, in quo erat filius immolandus, & fuit mons Caluarius, quæ oblatio figurauit Chriſti ſacrificium in monte caluario conficiendum ſuper Chriſti humanitatem.

Quod autem in monte Caluario Abraam obtulerit ſacrificium patet ea diuo Aug. in libro ſermonū de tempore. Ser. 71. Augu.

Etiam, vt dicit diuus Aug. quia Adā in monte Caluario ſepultus eſt, ideo fuit conueniens, vt ibi Chriſtus morte ſua ſepeliet mortem, peccatum, & viuificaret prolem Ade.

Similiter Rex Iſrael vadens vadens in prælium contra Syrios, dum in prælio eſſet,

Primo mutauit veſtimentum regale, ſecundo cum aſcenderet currū fuit à ſagitta percuſſus inter ſtomachum, & pulmonem, tertio hora veſpertina mortuus eſt, hoc idem figuratum in Chriſto Item Ioſeph innocens fuit in carcere poſitus, & ſecum duo captiui, quorum vni in viſione fuit reuelata liberatio, & gratia regis, alteri vero patibulum hoc in Chriſto. &c. Gen. 40.

Item iuſsit dominus fieri oſtium in arca Noe, vt omnes ſaluandi per oſtiū ingrederentur. Oſtium fuit ciſsio in latere Chriſti, quia mors ſua fuit vita noſtra. Gen. 6

Item quando populus exiuit de Aegypto ambulans per deſertum ſtetit tribus diebus ſine aqua .i. ſine gratia hoc autem in triduo figuratum eſt. Exo. 15.

Nono ratione Similitudinis, factus ſum ſimilis Pelicano, nam Pelicanus proprio roſtro percutit pectus ſuum, & proprio ſanguine viuificat pullos ſuos a ſerpentibus ociſos, ſic Chriſtus viuificat ſuos &c. Pſ. 101.

Quærunt de iſta Morte, an Iudæi peccauerunt crucifigendo Chriſtum; Quidam dicunt, quod non, tum quia impleuerunt voluntatem Dei, qui ſic ſtatuit, tum quia bonum opus fecerunt, quia per illam mortem ſalui ſumus.

Reſpondeo, quod peccatum fuit grauiſsimum, Quia voluntas Iudęorū fuit quidem conformis in volito, ſed non in modo volendi; quia hoc non fecerunt vt Deo ſe conformarent, nec propter noſtram ſalutem, quia alius erat finis Dei, & alius erat finis Iudæorum, & quia Iudæi inuidia, & inimicitia ducti, crucifixerunt eum. Sco. in. 3 d. 20.

Ad ſecundum Myſterium, triplex erit reſponſio. Ric. in. 3. d. 20. q. 4

Prima eſt quod redemptio aliquando capitur pro liberatione, & aliquādo pro ſatisfactione.

Si primo modo, dico, quod Deus, quia omnipotens, Ideo potuit aliter redimere naturam humanam, quam per mortē filij ſui, copioſa apud Deū redemptio. Pſal. 29.

Si ſecundo modo, dico, quod non potuit aliter ſatisfacere, quia peccatū fuit infinitum, ideo per vnum infinitum, redimendus erat qui poſſet infinitam pœnitentiam facere.

Secunda reſponſio, quod in Deo eſt duplex potentia, abſoluta. ſ. & ordinata, prima potuit, quia omnipotens. Sco in. 3 d. 20.

Vnde

Arg. Vnde Aug. 13. de ci. Dei c. 10. Alius modus redimendi hominem Deo nō defuit,ſecūda ordinata. Vnde non potuit aliter redimere, quia oportebat ſatisfacere pro peccato infinito. Tertia Reſponſio, quod Chriſtus potuit ſola gutta ſanguinis eius redimere hominem ſed uoluit uſq; ad crucem ſe humiliare, tum quia uoluit adimplere ſcripturas quæ erat de eius paſſione, Greg. tum quia ut Greg. dicit. Tanta debuit eſſe humilitas Chriſti in redimendo naturam humanā, quanta ſuperbia fuit in Adam deſtruendo ipſam. Sed Adam primo eleuatus eſt in ſuperbia, quando Diabolus dixit eritis ſicut Dii, Gen. 3. ſecundò Adam extendit manum ſuam ad arborem, tertio delectatus eſt, guſtando &c. Sic Chriſtus primò ſe humiliauit uſq; in terram in uentre Virginis, ſecundò extendit manus arbore crucis, quæ crux duplex fuit una exterior, quæ fuit lignea.ſ.paſſionis, & pœnitētiæ, altera interior, quæ fuit Ioan. 5. aurea.ſ.compaſſionis,& miſericordiæ animam ſuam poſuit &c.

Tertiò guſtauit amaritudinem mor- Bern. tis, quæ mors a Bernardo ſic deſcribitur. Caput Chriſti Angelicis ſpiritibus tremebundum, denſitate ſpinarū pungitur; facie pulcra præ filiis hominū, ſputi Iudæorum inquinatur, oculi ſole lucidiores, in morte uelantur; os quod doctrinabat populos, fele,& aceto potatur; manus, quæ cœlos fabricauerunt, in cruce extenduntur: pedes, quorum ſcabellum adoratur, clauis affiguntur; latus lancea perforatur, totū corpus uerberatur, Quid Ioan. 19. plura? Nihil in eo remanſit ſanum niſi lingua, ut pro peccatoribus exoraret, & matrem diſcipulo ſuo Ioanni commendaret.

Quæritur, quarè iſta mors Chriſti, fuit acerbior quacunque alia morte? Reſpondeo propter ſeptem rationes, pimò ratione Delicatæ naturæ, nam quanto aliquis eſt delicatioris naturæ, tanto facilius patitur. Exemplum de nobili,& de ruſtico. Sed Chriſtus erat delicatiſſimus ſpecioſus forma præ filiis hominū ergo mors acerbior, & tāto plus, quia in locis neruoſis paſſus eſt. Pſal. 44.

Secundò ratione cauſæ, quia mors tanto eſt acebior quanto Sine cauſa moriturus ducitur ad iuſtitiam unde Bern. Bernar. dicit, Ipſe bonus pro nobis impiis, ipſe iuſtus pro nobis in iuſtis morruus eſt.&c.

Tertiò ratione ætatis, nam ſecundo Ariſt. de anima, omnia appetunt diuinum eſſe, propter perpetuitatem, tanto plus qui fugit mortem, quando magis eſt in floridiori ætate. Sed Chriſtus in ætate triginta trium annorum paſſus eſt ergo.

Quartò ratione indigne mortis Deut. 19 maledictus homo qui pependit in ligno. Sed ut Chriſtus cōnumeraretur (falſo tamen) inter maledictos, Iudæi ſuper lignum &c.

Quintò ratione ſenſibilitatis, quinque .n. ſenſibus paſſus eſt Chriſtus, primò in auditu, quando audiuit tot blaſpemias, ignominias, & maledictiones ſibi datas, & illatas, ſecundò in uiſu, quando uidit matrem, & diſcipulos plorantes, & eum ſequentes, tertiò in tactu, quando diuerſis flagellis eſt percuſſus, quartò in ordoratu, quando ſputos Iudæornm in eius precioſa faciem infuſos odorabat, quintò in guſtu, qnando fel, & acetum guſtauit.

Sexto ratione ſcripturæ, maxima .n. ignominia eſt, quando ſuſpenſo ſcriptura apponitur de eius mala uita, ſed Pilatus ſuper caput Chriſti hebraicè, græce, & latinæ poſuit Ieſus Luc. 23. Nazarenus Rex Iudæorum, quaſi ei infamiam irrogando.

Septimo ratione Temporis, quia eſt differentia mori publicè, & ſecreto, Sed eo tempore, quo Chriſtus mortuus eſt omnes, populi gaudentes erant ad feſtum Paſchatis congregati. Ergo maior & acerbior fuit mors.

Chriſto

Chriſto quæ cęteris præuerecundia.

Sed quæritur, quis magis peccauit, an pilatus, an Iudæi, an Iudas?

Reſpondeo, quòd Iudas, tribus rationibus, prima quia finis eius fuit pecunia.

Secũda quia magis ingratus de amicitia, Tertia quia nunquam offenſus a Chriſto.

Si dicas quare magis in Hieruſalẽ, quàm alibi mori voluit?

Reſpondeo, quia ibi victimæ Deo offerebantur; & ideo ipſe tanquam agnus immaculatus voluit (vt nos redimeret) Deo offerri.

Ber. Vnde Ber. ô anima precioſa, non auro, non argento redempta, ſed ſanguine immaculati agni, vt.n.oſtenderet, quantum te diligeret, non aliter, quam moriendo, liberauit.

Ad tertium Myſterium duplex reſponſio, prima communis eſt, quod ad veram reparationem oportet ſatiſfacere pro equiualenti damno dato, quando Adam peccauit, non ſolum peccauit ipſe ſed tota natura humana qui in ſe continebat, quia ſic Deus cõuenerat ſecum, quod bonum, & malum, quod ſibi eligeret etiam toti naturę humanæ cõmunicaretur ſed quia pænitentia, contritio, dolor Adæ non fuit ſufficiens pro tota natura humana, & niſi præueniſſet miſericordia Dei magna, nec pro ſuo proprio peccato erat ſufficiens, ergo ipſe non potuit reparare naturam humanam.

Bona. in 3 d. 10q. Secunda Reſponſio, quod nec Adã, nec aliqua pura creatura potuit ſatiſfacere pro tota natura humana, probatur ſic, Aut illa creatura eſſet homo, aut non, ſi eſſet homo. Ergo peccator, quia omnis homo mendax. (Pſ. 115.) Sed peccator non poteſt eſſe mediator & reconciliator, quia ipſe indiget prius reconciliatione, & etiam quia Deus non exaudit peccatores, (Ioan 9.) ergo non potuit reparare, ſi non homo, nec ſic poteſt ſatisfacere, quia oportet, quod homo pro homine ſatisfaciat, & quod qui peccauit debeat pœnitentiam facere. Ergo oportuit inuenire hominẽ reparatorem, qui eſſet infinitus, & innocens, & iſte ſolus fuit Chriſtus. Ergo nec Adam, nec aliqua pura creatura potuit reparare. Ber. (Ber.)

Conſidera o homo quã grauia fuerunt criminatu a, quibus neceſſe fuit Chriſtum tuũ vulnerari, voluit.n.vendi, vt nos redimeret, uoluit ligari vt nos ſolueret, voluit ſanguinem ſuum effundere, vt nos a peccato lauaret, voluit mori, vt nos ſuſcitaret.

Sed antequã iret ad mortem exemplum dedit omnibus teſtandi. Luc. 23.

Primo. Pater ignoſce illis quia neſciunt, quid faciunt. hic docet omnes iniurias remittere &c. Luc. 23.

Secundo. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. hic oſtendit miſericordiam ſuam verè pœnitentibus. Ioan. 19.

Tertio. Diſcipule ecce mater tua. hic Chriſtus docet honorare parentes. &c. Mat. 27.

Quarto. Heloi Heloi Lamazabathani, quare dereliquiſti me.i.tuę mihi diuinæ liberationis ſubtrahens conſolationem, perinde ac ſi eſſem purus homo, & non etiam filius tuus, vnus tecum Deus & dominus. Hic contra ſuperbos ſe humiliauit. &c. Ioan. 19.

Quinto. Sitio .i. liberare populum, qui ſeſe &c. hic docet gulam frenare & cohibere. Ioan.

Sexto Ioa. 19. Conſumatum eſt .s. peccatum Adę. & myſterium paſsionis, hic docet perſeuerare vſque in finem. Luc.

Septimo. Pater in manus tuas &c. hic docet animam reſtituere creatori ſuo. &c. Au.

Vnde Aug. Inſpicite vulnera pendentis, ſanguinem morientis: caput habens inclinatum ad oſculandum; brachia extenſa ad amplexandum: cor apertum ad diligendum; totum corpus expoſitum ad redimendum, hæc quãta ſint, cogitate; hæc in ſtatera cordis veſtri appendite; vt totus vobis figatur

gatur

Phil. 2. gatur in corde, qui totùs pro vobis fixus eſt in cruce.

Et Pau. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſq; ad mortem, mortẽ autem crucis,

Pſal 94. Dauid. Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra.

Auguſ. Aug. Nulla cauſa fuit veniendi Chriſto ad mortem, niſi vt peccatores ſaluos faceret.

Ambro. Ambro. Tantum fuit peccatum noſtrum, quòd ſaluari non poſſemus, niſi vnigenitus Dei filius pro nobis debitoribus mortis moreretur.

Ad quartum myſterium. Reſpõdeo quòd vtilitas paſsionis Chriſti. eſt triplex.

Prima eſt pœna, & culpæ ſolutio.

Secunda eſt Diabolicæ ſeruitutis liberatio.

Tertia eſt completa ſatisfactio.

De prima dico, quod paſsio Chriſti ſufficientiſsimè ſatisfecit non ſolum pro peccato, & pro pœna Adæ ſed pro peccatis, & pœnis totius naturæ humanæ in Chriſto credentis; ita vt ſi oẽs qui credebant in eum tunc mortui eſſent ſecum, antequam in alia peccata prolabarentur omnes fuiſſent ſalui, quia mors eius fuit vera Indulgentia à culpa, & à pęna, & non à pœna tantum ſic modo eſt indulgentia Pontificis pro pęnis debitis illorum peccatorum.

Quarè autem ſatisfecit pro culpa? Reſpondeo, quia confeſsio vocalis adhuc non erat inſtituta, ideo ipſe ſatisfecit. Hoc autem probatur ratione auctoritate, & exemplo.

Ratio eſt, quia ſi per Indulgentiam plenariam Pontificis, ratione theſauri eccleſiæ peccator contritus ſoluitur à pœna debita; ergo a fortiori Chriſtus primus ſacerdos moriendo corporaliter, & effundendo ſanguinem efficienter ſatisfecit pro pœna, & peccato to-

Rom. 5. tius naturæ humanæ Auctoritate reconciliati ſumus cum Deo per mortem filij Dei. &c.

Exemplum de latrone, qui ſaluus factus eſt, quia Chriſtus ſatisfecit pro illo.

Si dicas, omnes non ſunt ſalui, quia multi ſunt damnati in inferno.

Ergo non pro omnibus.

Reſpondeo, ꝙ hoc non eſt ex parte Dei; quia ſufficientiſsimè ſatisfecit, ſed pro venit hoc ab vna iſtarum cauſarum, vel quia nunquam voluerunt Chriſto credere, vel quia poſtquam crediderunt, iterum peccauerunt.

Secunda vtilitas eſt Diabolicæ ſeruitutis liberatio, nam Diabolus ab Adam vſq; ad Chriſtum fuit quaſi tyrannus animarum, quia in lege naturæ impediebat ſacrificia offerre Deo, poſtea in lege ſcripturæ tenebat gentiles adorantes idola, & Iudæos non obſeruantes præcepta, & ſuper naturam humanam exiſtimabat ſe ius habere perpetuum; quod non patiens Deus, factus eſt homo; qui dicitur Chriſtus, & mortuus eſt, vt nos liberaret.

Tertia vtilitas fuit, quòd in omnibus in quibus Adam errauit Chriſtus ſatisfecit.

Primum fuit refectio corporalis Adæ guſtando pomum, cui rei CHRISTVS ſatisfecit guſtando cęnam. &c.

Secundum Adam fuit captus, & ligatus à peccato, Chriſtus autem ſatisfecit, quia captus, & ligatus in horto à peccatoribus fuit.

Tertium, Adam fuit condemnatus à quatuor elementis ad mortem.

Ita Chriſtus fuit a quatuor condẽnatus. ſ. ab Anna, à Caypha, ab Herode, & à Pilato.

Quartum, paſsio Adæ fuit cum poſteritatis damno, & in hoc CHRISTVS quoque ſatisfecit, quia, & ipſe, & mater, & diſcipuli paſsi ſunt, &c.

Quintum, fuit Adæ mors corporalis, at Chriſtus ſatisfecit, quia quantum ad humanitatem mortuus eſt.

Sextum,

IN DIE SANCTO PASCATIS

Surrexit, non eſt hic. Marc. 16.

SI maximum meſtiſsima cohorti cęleſti dolorem dedere Hieroſolymitani cum videret filium Dei mortuum, quanto magis credendum eſt eidem in Gen. 8. *gens gaudium fuiſſe, dum vidit ſanctiſsimam ipſius Reſurrectionem? quę figurata eſt. Quemadmodum extra arcam Noë pater emiſit columbam, vt cum ipſa reuerteretur, virentem oliuę ramum referret, vt ſignificaret iam diluuium ceſſaſſe, ſic anima Chriſti, ſuo è corpore fuit ſegregata, vt ſua reſurrectione, contra dæmonem victoriam deportaret, & nobis indicaret iam poſſeſſum ceſſaſſe Diaboli.*

Nec mirum ſi eccleſia canit.

Hæc dies, quam fecit dominus &c.

De qua reſurrectione hodie tractabimus. Regina cęli.

INTRODVCTIO EVANGELII.

QVærit quare Chriſtus non reſurrexit ſtatī poſt mortem, vel non diſtulit reſurgerē vſque in diem iudicii? Reſpondeo quod ſi ſtatim reſurrexiſſet, & non in Tho. 3. p. 11. q. 53. ar. 2. tertia die, hæretici, qui iam negauerūt reſurrectionem, à fortiori dixiſſent Chriſtum non eſſe mortuum, & ſi diſtuliſſet vſq; in diem iudicii, Iudæi (qui iam negauerāt eius diuinitatem) a fortiori eam negaſſent, dicentes contra nos illud, ꝙ nos dicimus contra eos, de expectatione Meſsiæ.

Sed ideo tertia die reſurrexit; vt adimpleretur, ꝙ figuratum eſt de Iona propheta.

Cum tranſiſſet ſabbatū Maria Magdalenæ, Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum.

Quæritur, quare mulieres expectauerunt ſabbatum tranſiſſe? Reſpōdeo, quia ī ſabbato nō licebat aliquid emere, qa cōtra tertiū præceptū legis eſt.

Quare potius iſte tres Marię, quam aliæ mulieres? Reſpondeo, quia inter alias mulieres, iſtæ tres a Chriſto multa acceperunt beneficia, primò Magdalena obtinuit, per conuerſionem, gratiam Dei; & (vt dicunt aliqui) fuit liberata a ſeptem ſpiritibus, & etiam obtinuit ab ipſo reſurrectionem Lazari. Duæ aliæ Mariæ (quæ erant ſorores Virginis Mariæ ex parte matris, ſimiliter a Chriſto fuerūt beneficiatæ. Et valde mane vna ſabbatorum veniunt ad monumentum orto iam ſole. Quare dicitur Sabbatum? Reſpondeo ꝙ illæ tres ſolennitates. ſ. Paſchatis, Pentecoſtes, & Tabernaculorum durabant ſeptem diebus, & vocabuntur ſabbata quia feſtiui. Si quæras qualis dies determinatus? Reſpondet Theoph. quòd Theoph. fuit primus dies poſt primū ſabbatū Ioan. 20. .i. dies Dominicus. Quæritur cum dicat adhuc tenebræ erant, & hic Mar- Mar. cus dicat, orto iam ſole, quomodo ergo intelligitur? Reſpondeo, quòd Io. loquitur de diſceſſu a Bethania, mulierum venientium ad monumentum. Marc. autem loquitur de

& ſine qua reſurrectione, fides noſtra eſſet deſtructa. De hac igitur videamus quædam puncta.

Primum punctum, Quarè fuit neceſſarium Chriſtũreſurgere a mortuis

Secundum, Si Chriſtus diſtuliſſet reſurgere vſq; in diem iudicii, an corpus ſuum fuiſſet putrefactum.

Tertium, An Chriſtus ſtatim poſt reſurrectionem introduxit animas Sãctorum patrum in cœlum.

Quartum, An Chrs in triduo eſſet hõ.

Quintum, Quare diſcipuli non viderunt eum reſurgere. vel an Apoſtoli debebant uidere Chriſtũ reſurgere.

Sextum, Quare Chriſtus, prius apparuit Virgini poſt ſuã reſurrectionẽ.

Ad primum Reſpondetur, ꝙ ſic, propter quatuor rationes, primò propter vnionem: nam ſciendum, quod
Bona in. 3.d.21. Tho. 3. parte. q. 5 ar. 1 anima Chriſti realiter fuit ſeparata in triduo a corpore ſuo, ſed diuinitas eius nunquam ſeparata eſt a corpore, vel a carne ſua ſepulta. Ergo ratione iſtius vnionis. ſ. diuinitatis cum carne non erat conueniens, quod corpus cũ illa diuinitate ſtaret ſepultum. Hinc ſoluitur illud dubium, quod in triduo caro Chriſti non fuit putreſacta. ſ. propter balſamum diuinitatis non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.

Si autem quæras, quare Chriſtus noluit cum cicatricibus reſ·rgere. Reſpondeo propter quatuor primo ut oſtenderet, quod idem erat naturaliter,
Pſal.15 qui paſſus fuerat, ſecundo ut oſtẽdendo patri vulnera; ipſum nobis placaret, tertio ut in ipſis cicatricibus reſpicientes, cognoſceremus quanta difficultate redempti ſumus, quarto ut in iudicio Iudæi, & peccatores eas uidendo confunderentur,

Secundo propter perfectionẽ. Nam omne totum eſt perfectius ſua parte, ſed ſi Chriſtus nõ fuiſſet reſuſcitatus, remanſiſſet imperfectus, quia perfectio Chriſti conſiſtit in tribus unitis ſimul. ſ. in diuinitate, in anima, & in corpore ſimul, Ergo ne diceretur imperfectus, neceſſe fuit ipſum reſurgere. Si quæras de miraculis Chriſti poſt reſurrectionem. Reſpondeo, quod in ecclesia inueniuntur quatuor miracula in ipſa reſurrectione.

Primo quando reſurrexit de ſepulcro eo remanente clauſo, & ſigillato, ſecundo reintegratio corporis lacerati, tertio ſanguinis effuſi perfecta collectio, quarto cuſtodum proſtratio, quia facti ſunt quaſi mortui &c.

Si dicas, quomodo collegit ſanguinem, quia in multis locis inuenitur ſanguis Chriſti, ut patet in conuentu nñi ordinis. Magnæ Domus Venetiarũ Rñdeo, poſſumus dicereꝗ ille ſanguis non eſt de ſanguine effuſo in paſſione, ſed eſt miraculoſus, ut quãdo quis percutiendo imaginem Chriſti crucifixi, uel hoſtiam conſecratam emanat ſanguis. Et ſi meſmini me) dũ ibi concionarer) audiuiſſe a Patribus illius Almę domus quod ille ſanguis ſit de Chriſto ſaluatoris a quodam clariſſ. Venetorum Viro Coſtantinopoli Venetias delato, hinc præcioſus uocatur.

Tertio propter demonſtrationem, quia fuit neceſſe ipſum reſurgere, primo ex parte Iudæorum non credentiũ ipſum eſſe filium Dei. Ideo niſi reſurrexiſſet fides noſtra fuiſſet fruſtra. Ergo ut oſtenderet, & demonſtraret ueritatẽ fidei Chriſtianæ, reſurrectio fuit neceſſaria, ſecundo reſurrectio fuit neceſſaria ex parte diſcipulorũ, quibus prædixerat reſurrectionẽ, & ipſi eã expectabãt. Exemplũ de Thoma dicẽte. Niſi uidero & tetigero nõ Ioan.20
credã. cui Chrus, infer digitũ tuũ. &c.

Si quæras An Chriſtus poſt reſurrectionem comederit quia erat corpus glorioſum. Reſpondeo, quod comedit, Luc.24.
quia diſcipuli cognouerunt eum in fractione panis Sed notandũ, quod in comeſtione quatuor ſunt. ſ. maſticatio, deglutitio, digeſtio, & in ſuſtantiã conuerſio, primæ duæ fuerunt in Chriſto, ſcdæ uero non, qa non indigebat.

Quarto propter expectationem. ſ.

Dei uiſione, de primo non, quia Chriſtus non immediate aſcendit ad cœlum. De ſecundo autem ſic, in quocunque loco inuenirentur animæ beatæ. ſiue in limbo ſiue quocunque alio loco, ſemper uidebant Deũ clarè. Corollarium: Vbicunque homo eſt, dum modo uideat Deum, dicitur in paradiſo. exemplum de Angelis nos cuſtodientibus, qui ſemper uident Deum. Ad illam ergo auctoritatem hodie mecum eris in paradiſo; dico, quod paradiſus non capitur hic pro cœlo empyreo, ſed pro clara Dei uiſione, quaſi diceret, hodie mecum eris in paradiſo.i. uidebis Deum clarè. ſicut illi, qui ſunt in paradiſo.

Ad quartum Reſpondeo, quod nō Vnde ad ducere poſſem duas rationes, primam Logicam, quam prætermitto, ſecundam Methaphiſicam.
Sco. in 3 d. 1. q. 2 citat. Suppoſitum denominatur a ſua quidditate, exemplum homo a ſua humanitate. ergo ubi non eſt quiditas rei, non eſt ipſa res, ſimiliter lignum non dicitur homo quia in ipſo ligno non eſt humanitas. Sed ipſa legneitas. Ad propoſitum in morte Chriſti.s. quando anima fuit ſeparata a corpore, ipſa etiam humanitas ſeparata eſt à Chriſto, & ſola diuinitas remanſit
Bona. in 3 d. 1 cum carne & anima ſua, ergo eo triduo Chriſtus non erat hō. per humanitatem intelligo cum ſubtilibus formã totius, quę dicit entitatem diſtinctam à partibus. uide Maironem in quadrageſimali in die Paſchæ. Alia Reſponſio ad hoc, quod aliquis ſit homo oportet, quod anima ſit unita corpori, ſed iſta unio corporis, & animæ Chriſti, in triduo fuit ſoluta, ergo eo triduo Chriſtus non fuit homo.

Et ſi quis dicat, ſi Chriſtus in triduo non erat homo, ergo totus Chri-
Sco. in 3 d. 22. ſtus non iuit ad loca inferni, & liberauit Patres exiſtentes in limbo? Reſpōdeo quòd Chriſtus poteſt dupliciter conſiderari, primò modo, prout erat uiuens in hoc mundo ſcilicet quando anima eius, & corpus & diuinitas, iſta inquam tria erant ſimul unita, & iſto modo dico, quod Chriſtus, in triduo non fuit in inferno, quia corpus Chriſti ſemper fuit eo triduo in ſepulchro diuinitati unitum; ſecundo modo Chriſtus poteſt conſiderari pro filio Dei, uel pro ſuppoſito diuino, & ſic totus Chriſtus fuit ad loca inferni, quia ſicut caro Chriſti fuit triduum in ſepulchro diuinitati unita, ita anima eiꝰ unita diuinitati, fuit ĩ eo triduo ad loca inferni. Ergo totus Chriſtus fuit in iferno. Vnde Aug. hoc affirmã Aug.
do, inquit, quod totus Chriſtus fuit in utero Virginis, totus in cruce, totus in inferno, & totus in paradiſo.

Ad quintum punctum. Quidam dicunt, quòd Apoſtoli debebant uidere Chriſtum reſurgere propter tres rationes, primò quia ad ipſos pertinebat gubernare eccleſiam, prædicare & publicare reſurrectionem, ergo debebant uidere illum reſurgere, uţ de uiſu prædicarent illam per uniuerſum mundum; &c. ſecundò quia ſicut Apoſtoli uiderunt illum in cęlũ aſcendere uidentibus illis eleuatus Act. 1.
eſt; ergo debebant uidere pariter illum reſurgere a mortuis. tertio, quia ſi Apoſtoli uiderunt Lazarum reſurgere, ergo debebant etiam Chriſtum Tho. 3 p.
reſurgentem uidere. Reſpondeo, ꝙ q. 55. a. 2
præſentia Chriſti in hoc mundo poteſt dupliciter conſiderari, primò à Natiuitate ad reſurrectionem, ſecundò à reſurectione uſque ad aſcenſionem.

Primo modo Chriſtus uenit, ut à nobis Meſſias cognoſceretur, & habebat corpus paſſibile, a calore, a frigore, a fame, a ſiti, a morte, &c. Ideo oportebat, quod omnia opera eius, & acta eſſent publica, & in ſynagogis, & in ciuitatibus, legendo, ſanando, reſuſcitando, ut uerus Meſſias cognoſceretur. Secũdò modo habuit corpus impaſſibile, & glorioſum, & nō amplius aptum natum pati. Ergo nō

amplius

amplius publicum & conuerſatiuũ,
nec ergo mirum ſi diſcipuli eum non
uidernnt reſurgere. Alia reſponſio,
reſurrectio Chriſti fuit ſecretum ſan
ctiſimæ Trinitatis; & quia diſcipuli
Chriſti ad huc non acceperant ſpiri-
tum ſanctum, (quod quidem fuit
poſt aſcenſionem) ideo nondum
erant capaces tanti ſecreti, ergo non
debebant eum uidere.

Exemplum in taſfiguratione, quia
ceciderunt in faciem ſuam.

Ad primum dico; ſi non uiderunt
illum reſurgentem, ſufficiebat eis
uidere illum iam reſuſcitatum, & de
Ma.6. hoc uiſu dicitur Palpate & uidete,
quoniam ſpiritus carnem, & oſſa nõ
habet ſicut me uidetis habere.

Ad ſecundum dico, in aſcenſione
Chriſti fuerunt duo termini ſcilicet a
Luc. 23. quo, i. a terra, & ad quem. i. in cœ-
lum, primum uiderunt, non ſecun-
dum quomodo fuit ſuſceptus in cœ-
lum.

Ad tertium dico, quod Lazarns
erat pura creatura, & habebat cor-
pus paſſibile, chriſtus autem crea-
tor, cui erant tunc glorioſum corpus
& impaſſibile; ergo non debebant
uidere eum reſurgere.

Ad ſextum, Reſpondeo quod ſe-
cundum doctrinam Ambroſii, in lib.
de Virginibus, Chriſtus prius appa-
ruit Matri propter tres rationes, pri
ma propter honorem, Quia Honora
patre tuum, & matrem tuam. gemi-
Ambr. tus matris tuæ. &c. ſecunda propter
Exo 20. fidem, quæ erat amiſſa, apoſtoli fuge
Eccls. 7. runt. &c. Sola Maria reſeruauit fidem
in pectore ſuo, & ideo. &c. tertia pro
pter promiſſionem factam, quando
ad paſſionem ducebatur, ſciebat e-
nim Maria futuram reſurrectionem,
ſed horam ignorabat, cæpit legere
prophetias, & inuenit Dauid & eſt
pater qui uocat filium dicens. Pſ. 1[illegible]

Exurge gloria mea, exurge pſalte
rium, & cithara. Reſpondet autem fi
lius. exurgam diluculo, Quare glo- Ioan. [illegible]
ria dicitur filius? quia ego non quæro
gloriam meam, ſed eius qui miſit me;
Quare pſalterium? quia inſtrumentũ
decem cordarum, quia Chriſtus con
cordauit decem præcepta, quare ci-
thara? quia eſt inſtrumentum clarè ſo
nans, hoc eſt euangelium quod in om
nem terram effuſum eſt. iterum quia
nondum reſurgebat filius, reſpexit
Maria, & inuenit quaſi diluculum Oſee. [illegible]
paratus eſt greſſus eius, &c. & Chri-
ſtus dixit Gabrieli uade ſicut incar-
nationem, annuntiaſti ita reſurrectio
nem illi quoque anuncia. Qui dixit.
Regina cœli lætare Aleluia. Expoſi-
tio Aleluia.
Ale. ideſt creatura. Lu. ideſt laudat. Hiero.
Ià. ideſt domiuum. Augu[illegible].
Aug. Ale. i. ſalua. Lu. ideſt me. Ià. Dñe Ambro[illegible]
Ambro. Alle. ideſt lux. Lu. ideſt Ve Grego.
ritas. Ià ideſt. uita.

Greg. Alle. ideſt. pater. Lu. i. filius
Ià. ideſt Spiritus ſanctus. ob quam re
ſurrectionem multi gauiſi ſunt, pri-
mò angeli. Exultet iam Angelica
tuba.

Secundò diſcipuli, Gauiſi ſunt di-
ſcipuli uiſo domino. tertiò Patres an
tiqui. Aug. Aduenisti domine redem
Augu. ptor quem deſiderantes quotidie ex
pectabamus.

Quartò, Eccleſia Hæc dies quam Pſ. 117.
fecit dominus &c. dico ergo, ut idem
faciant Chriſtiani. primò gaudeant
de reſurrectione, ſecundò reſurgant
a mortuis. ideſt a peccatis, ut Chri-
ſtus glorioſus nobis gratiam in hoc
mundo & gloriam in alio tribuat.
Amen.

Ieſus Nazarenus, qui fuit vir propheca, potens in opere, & ſermone. Luc. 24.

SI Dauid glorioſus rex Iſrael, cum eum inuidus Rex Saul perſequebatur, ne ab Achis Rege Gath, cognoſceretur, faciem ſuam puluere tinxit, (ſe eſſe ſtultum fingens) quid mirum vobis hodie dilectisſimi eſſe debet, ſi glorioſus Dei filius, ne ab illis duobus diſcipulis ſuis cognoſcetur, qui euntes in Emaus caſtellum, de ipſo loquebantur, induit ſe ſe habitu Peregrini?

Cum id faceret, ne ipſi cognoſcerent eum eſſe uictorem, & triumphantem, quia propter ſuam incredulitatem non dum merebantur eum uidere, atque cognoſcere, de quia uictoria, & triumpho aliqua videbimus.

Regina cęli.

INTRODVCTIO MATERIAE.

CVm in quamplurimis ſcripturis tot uictoriæ inueniantur, quæritur, quæ potiſſimam commemoranda, & magis uideatur celebranda? Primò, Magna fuit uictoria Noè, qui humanum genus in naui ſaluauit, &c.

Secundò, magna quoque fuit Ioſeph. qui ſua prouidentia populum Iſrael in fame maxima pauit.

Tertiò, magna itidem fuit uictoria Moyſes qui in uirga populum Iſrael de Exypto & ſeruitute Pharaonis duxit.

Quartò, Ioſuæ. qui populum Iſrael ex deſerto trans Iordanem in terram promisſionis duxit.

Quintò, Saſonis fortisſimi. Qui morte ſua Philiſtæos interfecit.

Sextò, Dauid qui leonem interfecit & gigantem Goliam.

Septimò, Iudith. Quæ Holofernē occidit, & Betuliam ciuitatē liberauit

Octauò, Iudæ Mach. Qui plurimas uictoritas habuit, taceo, quam plurimos, ut triumphum Camilli, Scipionum, Pauli Aemilii, Cæſaris, Pompei.

Verum ſine corporatione maior fuit uictoria Chriſti, Ratio, quia omnes ſupraſcripti ſolum a ſeruitute tēporali populos redimerunt, Chriſtus autem a ſeruitute diabolica.

Videamus igitur omnia prodigia, & uictoritas eius quarum fuit.

Prima uictoria quantum ad ſe ipſum.

Secunda, Quantum ad nos.

Tertia, Quantum ad patres.

Quarta, Quantum ad electos.

Ad primum dico, quod fuit maxima uictoria ratione animæ, corporis, & totius.

Primo quantum ad animam, quia Chriſtus a ſepulchro ad in Inferos, & ab inferis ad cęlos aſcendit ſaluando animas, &c. Notandum bene. Quæritur hic an totus Chriſtus, uel ſola anima deſcenderi ad infernum.

Prima opinio, quod totus Chriſtus Ratio prima ex Symbolo Apoſtolorum, & Niceno, quod dicitur in Miſſa, ubi dicit crucifixus, paſſus, & ſepultus, deſcendit ad infernos, ſecunda ratio Aug. in lib. de ſimbolo, totus in utero Virginis, totus in cruce, totus in paradiſo. Ergo. &c. Aug.

Secunda opinio, quod non totus, ſed cum anima ſolum iuerit ad inferos, huic innititur rationi. totum eſt, quando partes ſunt vnitæ, ſed ibi non erant partes, ergo non &c. (margin: 8. Phiſ.)

Notandum diſcordiam inter Theologos fuiſſe propter illud dictũ Aug. Quòd totus Chriſtus fuit in inferno, ratio eſt, quia maſculinum genus refertur ad perſonam, & non ad naturã humanam, Chriſtus ergo fuit in inferno, quia verbum ſemper fuit vnitum animæ & corpori, licet anima, & corpus abinuicem eſſent ſeparata, Ideo Chriſtus totus fuit in inferno, quia verbum per animam ſibi vnitam fuit in inferno, & totus in ſepulchro per corpus, quia corpori erat verbum vnitum. (margin: Inter. Tho. & Sco. Tho. in 3. parte. q. 52. ar. 3.)

Reſpondeo, ꝙ ſola anima Chriſti, & non totus fuit in inferno. (margin: Sco. 12. 3 d. 22)

Prima concluſio. Chriſtus importat perſonam in duabus naturis. s. diuina & humana,

Secunda concluſio in triduo non fuit natura humana, quia natura humana dicit compoſitum ex anima, & corpore, ꝙ non erat in triduo, quia anima erat ſeparata à corpore, & fuit corrupta tertia entitas.

Tertia concluſio in triduo verbum nõ erat vnitum naturæ humanæ, quia quod non eſt, non poteſt alteri vniri, ſed Chriſtus non erat homo. ergo humanitas non erat vnita diuinitati.

Quarta concluſio, in triduo nõ fuit Chriſtus, quia verbum non vniebatur duabus naturis ſimul, quia non humanitati vniebatur quæ deſtructa erat Ergo non erat Chriſtus.

Primum corrolarium, Totus Chriſtus nõ potuit eſſe nec in inferno, nec in ſepulchro.

Secundum, ſola anima Chriſti diuinitati vnita fuit in inferno, & corpus diuinitati vnitum fuit in ſepulchro.

Ad primũ de ſymbolo dico, quòd ibi eſt figura Synecdoche, vbi capitur pars pro toto.

Ad ſecundũ Aug. dico, quòd Aug. loquitur de uerbo diuino, quòd eſt filius Dei. Idéo dicit totus filius .ſ. verbum diuinum. (margin: Aug.)

Ad ſaluandam Thomæ opinionem poſſumus dicere, quod Chriſtus poteſt dupliciter capi, primò pro ſuppoſito diuino, & ſic videtur accepiſſe ſanctus Thomas. (margin: Thomas.)

Tunc fuit vbiq; totus, ſecundò pro ipſo verbo vnito humanitati & tunc dico, ꝙ non fuit vbiq;, nec iſto ſecundo modo poteſt intelligi ꝙ dicit. D. Thomas, quia cũ dico Chriſtus mortuus eſt, Chriſtus ibi non poteſt accipi pro ſuppoſito diuino, quia ſuppoſitũ diuinum non eſt paſſum, nec mortuum &c.

Prima figura de Angelo, qui eſt ſpiritus ſolus ſine corpore, qui nocte trãſiens percuſſit Aegyptios, & ſaluauit hebræos, ſic Chriſtus ſine corpore de nocte. ſ. in triduo percuſſit damnatos, & ſaluauit ſanctos patres &c. (margin: Exod. 12)

Secunda figura de Sanſone qui media nocte ſurgens propter amicã Daliam abſtulit portas Gazæ. ſic Chriſtus in triduo amore humanę naturæ deſtruxit, aperuit, & abſtulit portas inferni, ſuperato Dæmone reuerſus eſt in cœlum. (margin: Iud. 16.)

Tertia figura, de Iudith. quæ egreſſa ciuitatem Betuliam occiſo Holofernе, reuerſa eſt in ciuitatem, ſic anima Chriſti relicta carnis ciuitate &c. (margin: Iudit. 13)

Secundo ratione corporis, primò quia tranſiuit deuicta morte, ad immortalitatem; Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. (margin: Rom. 6.)

Secundò tranſiuit de paſſibilitate ad impaſſibilitatem.

Tertiò de tenebris ad claritatem.

Quæritur ſi corpus Chriſti diutius fuiſſet in ſepulchro fuiſſet putrefactũ, dico, ꝙ non, quia Deus aliquo miraculo, s. per vnionem primam, quando verbum caro factum eſt, præſeruauit iſtud corpus à putrefactione, quæ quidem (margin: Opinio Henr. A 12. 8. Sco. Ratio.)

dem opinio apud aliquos nihil valet & ratio eſt, quia ſicut illa prima unio, vel primum miraculum antiquũ non præſeruauit à paſsione corpus Chriſti, ſic nec ſeruaſſet à putrefactione, sed dico contra, ꝙ non fuiſſet putrefactum corpus Chriſti, & per nouum miraculum factum a Deo, quia uerbũ ſpecialiter uoluit illud præſeruare, hoc autem probatur. *Io. in 3 21. contra Henr.*

Ratione.

Prophetia. *Alex. de Ales.*

Figura.

Ratione dignitatis eius corporis, quia dicitur, ꝙ putrefactio eſt pœna debita pro peccato Adæ, ſed in Chriſto non fuit peccatum Adæ. ergo. Maior patet quia poteſt peccatum Deus dedit pœnitentiam in puluerem reuerteris, mortem autem Chriſtus incurrit, ut poſſet noſtram redemptionem exercere, & in illa morte, poteſt eſſe aliquid meriti illam voluntariè ferendo. *Gen. 3.*

Prophetia. Non dabis ſanctum tuũ videre corruptionem. *Pſal. 15*

Item. Quæ utilitas in ſãguine meo, dum deſcendo in corruptionem. *Pſal. 29.*

Figura, in Virga Aaron Volẽs Deus eligere ſumum Sacerdotem, præcepit Moyſi, ut faceret, ꝙ principes duodecim Tribuum deferrent virgam vnã, in qua eſſet ſcriptum nomen eorum, & fuerunt duodecim virgæ, præter virgam Aaron, quas Moyſes poſuit in tabernaculo coram domino, vt ſi quæ floreret, ille cuius eſſet, eligeretur in ſummum Sacerdotem, & inuenta eſt altera die virga Aaron florẽs alijs omnibus aridis relictis, ſic etiã ſolus Chriſtus floruit uita, cunctis alijs corporibus putrefactis. *Vid.* *Num. 17*

Tertiò, Quantum ad totum compoſitum .s. animam, & corpus ſimul; maximam uictoriam habuit contra mortem; tranſiens a ſeparatione animæ ad vnionem cum illa perpetuam, quia corpore, & anima beatus aſcẽdit, per petuò regnaturis.

Hoc autem nullus alijs conceditur, & hoc a ſeipſo, & non ab alio habuit. Ideo eſt primo genitus mortuorum, .ſ. reſurgẽtium Chriſtus reſurrexit primitiæ dormientium .s. mortuorum. Vnde queri ſolet quomodo Chriſtus eſt primus reſurgentium, cum legitur plures reſuſcitatos fuiſſe ante ipſum per Heliam, per Eliſeum, per ipſum etiam ante ſuam paſsionem? ergo non fuit primus reſurgentium. *Cor. 15.*

Reſpondeo ꝙ cum reſurrectio ſit corporis & animę iterata unio, illa vnio poteſt eſſe ad unionem ſeparabilem, vel inſeparabilem: & ultima ad vnionem completam, & beatificam, vel non, & vltima item à ſe vel ab alio factam. Dico ergo, ꝙ Chriſtus fuit primus, qui reſurrexit ad vnionem inſeparabilem beatificam, & à ſeipſo, & in hoc habuit uictoriã ſuper omnes, quia cæteri reſuſcitati ſeparabiliter, & per alios ſunt reſuſcitati, ut de reſuſcitatis à Chriſto, ab Hælia &c.

Sed Chriſtus ſe ipſum ſuſcitauit, & iſta uictoria reſurrectionis erat prophetata figurata, & maniteſtata.

Primò prophetata. ergo dormiui & ſomnum cepi, & reſurrexi quia dominus ſuſcepit me. *Pſal. 3.*

Secundò figurata hinc Chriſtus Iudeis. Quærentibus ſignum uidere, reſpondit. Nõ dabitur ſignum, niſi ſignũ Ionæ prophetæ ſicut .n. Ionas. &c. *Ione: 2.* *Mat. 12*

Tertiò Manifeſtata exemplo Leonis. Nam leo Rex ferarũ naſcitur mortuus & tertia die viuit. Sic Chriſtus, qui eſt leo de tribu Iuda. &c. *Apoc 5.*

Secunda Victoria eſt, quantum ad nos milites ſuos.

Nam tranſitus eius fuit ſignum, & cauſa triplex. .ſ. Spiritualis, corporalis, æternalis.

De primò tranſitu ſpirituali, qui tranſitus eſt liberationis a peccato. *Ale in 3 & tho. 3 parte. que. 52.*

Dico quòd paſsio fuit cauſa ſufficiens liberãdi nos a peccato, quia per

paſsionem ſoluit debitum pro nobis, & per eam meruit noſtram abſolutio-
Iſa.53. nem. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Reſurrectio. autem fuit efficiens & reſtituens, nam per reſurrectionem data eſt nobis gratia; nam licet aliquis mereatur aliquid, niſi ſit ille qui det præmium, non habebit. Si contingit, nobis per paſsionem meruimus abſolutionem.

Sed per reſurrectionem de primo certi facti ſumus.

Exo 12. Figura primò liberati ſunt patres ex ſeruitute nondum tamen reſtituti propriæ patriæ.

Sed ſecundo fuerunt reſtituti in terram promiſsionis.

Secundus tranſitus corporalis, quia ipſo reſurgente habemus ſpem
1.cor.15 reſurrectionis. Vnde Apoſtolus ſi Chriſtus reſurrexit, quomodo aliqui ex uobis dicunt, quod reſurrectio mortuorum non eſt? Si enim mortui non reſurgent nec Chriſtus reſurrexit ergo per oppoſitum, ſi Chriſtus reſurrexit, ergo mortui reſurgent. Vnde eccleſia mortem noſtram moriendo deſtruxit, & uitam reſurgendo, reparauit.

exod.12. Figura Sicut primo factum eſt Paſcha ante eductionẽ corporalem populi de Egypto, ſic etiam nos Paſcha celebramus ſperantes, tenentes baculum ſpei, ut tranſeamus corporaliter, & cum dotibus, in patriam ſupernam.

Queritur an meruit ita reſurrectionem malorum, ſicut & bonorum, loquendo de reſurrectione in patria cœleſti Reſpondeo, quod quantum ex ſe æqualiter obtulit paſsionem, & reſurrectionem pro omnibus, Quantum uerò ex parte recipientium, Paſſio & reſurrectio non profuerunt po-
Sco. nentibus obicem, ut dicitur à Theologis.

Tertius tranſitus æternalis, quia meruit nobis apertionem Ianuæ, & introductionem omnium bonorum. Vnde notandum eſt ſecundum omnes Theologos, quod niſi Chriſtus reſurrexiſſet & intraſſet Ianuam cœleſtem, nunquam homo intraſſet. Ioſue 4.

Figura primo tranſire debuit Arcã Iordanem, quæ ſi non tranſiſſet, primo, populus non tranſiſſet Iordanẽ, Ambr.
Sicut eccleſia Ambr. & Aug. tu deuicto mortis aculeo; aperuiſti credentibus regna cęlorum. Auguſti.

Apparet ergo quo pacto hæc Chriſti uictoria omnibus, aliis, maior ſit, quia ab illa nos liberati ſumus ab inferno, à poteſtate Diaboli, & reſtituti in ſpem uitæ æternæ & iocũditatis. Bene ergo dicitur à diſcipulo hodie. Quia ipſe potens eſt in opere & ſermone. &c.

Tertia uictoria Chriſti fuit quò ad patres Antiquos captiuos, qui detinebantur in inferno, qui tranſierunt à captiuitate miſeria ſpiritualis ad gloriam æternalem. ò magnum triumphum &c.

Quæritur ſi omnes traxit ex inferno? Reſpondeo quod de quatuor locis inferni duo loca expoliauit. ſcilicet purgatorium, & lymbum Patrum, & reliquit damnatos per peccatum actuale, & per peccatum originale. Hæc etiam uictoria prophetata, & figurata. & exemplificata eſt. Oſea.13.

Prima prophetia ò mors, ero mors tua morſus tuus ero inferne. Zach.9.
Secunda prophetia Tu autem in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti uinctos de lacu, in quo non erat aqua ſcilicet gratiæ, & conſolationis. Gen.32.
Figura Iacob, In baculo meo tranſiui Iordanem & nunc cum duabus turmis regredior ſcilicet filiorum, & iumentorum Sic Chriſtus ſolus in baculo ſanctæ Crucis tranſiuit, & poſt regreſſus eſt in paradiſum cum duabus turmis captiuorum ſcilicet patrum, & aliorum.

Figurabatur ille tranſitus in tranſitu populi de Babilone, ibi fuerãt. 70. an-

annis in Hieruſalem ſcilicet domo pacis, ſic animæ antiquorum tranſierant de hoc mundo in Babilonem. ideſt in infernum, propter peccatum Adæ; & ſicut tempore Artaxerſis, qui rex regum uoluit nuncupari reſtituti ſunt, ſic ipſi per Chriſtū qui eſt Rex Regnum, & Dominus Dominatium, reſtituti ſunt in Hieruſalem ſupernam. o quantum gaudium Patrum.

Apoc.19

Exemplo Plutar. De Scipione Africano, qui Carthaginem deuicit & liberauit omnes Romanos captiuos, quos reduxit in Vrbem, cum magno triumpho (ipſis liberatis ſequentibus currum triumphalem). ſic etiam Chriſtus deuicto inferno omnes patres deduxit in cœlum; eum ſequentes.

Quarta Victoria quātū ad electos & btós q̃a meruit illis reaſſumptionē corporalem beatificam cum dotib. Scio quod redemptor meus uiuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & in carne mea &c.

Iob.19

Apoſto. Saluatorem expectamus, qui conformabit corpus humanitatis noſtræ cōfiguratum corpori claritatis ſuæ.

philip.3.

ſimil.

Exemplum triumphi Chriſti, legitur enim quod apud Roma. quando triūphabāt triplex honor fiebat triūphanti, primus quod triumphans induebatur tunica Iouis, & cum ea ſedebat in curru, quem trahebant quatuor equi albi uſque ad Capitoliū, & palma coronabatur, ſi in bello uiciſſent, ſed ſine ſanguine fugaſſent inimicos coronabantur lauro.

Secundus honor quia omnes captiui liberati, ſequebantur currum triumphalem ſecundum gradum, & dignitatem eorum.

Tertius honor erat, quia ingrediens urbē occurrebat ei totus populus cum lętitiā, & iubilo, ſic & Chriſtus primò indutus eſt immortalitate in curru crucis, & uectus quatuor equis ſcilicet quatuor uirtutibus prudentia, temperantia, cōſtantia, & humilitate.

Secundo quia captiui ſequebantur eum in ciuitatem Supernam, tertio quia Angeli obuiabant ei in cœlum eunti. Chriſtus ergo huiuſmodi, & maiorem quam alii, conſecutus eſt uictoriam. Qui hodie obuiam factus diſcipulis, ab ipſis primo non eſt cognitus, & merito dictus potens in opere & in ſermone. Qui cum patre & ſpiritu Sancto uiuit & regnat per ſecula cuncta. Amen.

Ariſt. NEmo beatus, nemo fœlix ſine virtutibus eſſe poteſt, (teſte Ariſto in Ethicis, & Scola Theologorum) cum ergo virtutes ſint tanti ualoris, ut nos fœlices, & beatos faciant, eas totis uiribus ſequemur. Sunt enim virtutes ueluti drachma illa, quam mulier euangelica amiſit, & ut eã inueniret, totam domum euertit, ſic nos euertamus domum uitiorum, & queramus hanc drachmam ſcilicet uirtutes, ut hic fœlices ſimus. De quibus uirtutibus hodie tractaturi ſumus Regina cęli &c. Luc. 15.

INTRODVCTIO MATERIAE.

Dubitatur cum uirtutes ſint partim mortales, partim que theologicæ; morales ut Iuſtitia, temperantia, fortitudo, prudẽtia. Theologicæ fides, ſpes, charitas. Quæ iſtarum nos fęciles faciant, & Deo gratos? Reſpondeo, quod Theologicę nosuerè beatos faciũt, & morales non ſine theologicis Quoniam, (teſte diuo paulo.) ſine fide impoſibile eſt placere Deo. & thema aſſumptum, de theologis loquitur, cum dicitur. Dominus uirtutem populo ſuo dabit ſcilicet uirtutes theologicas, quæ à Deo nobis dantur; & dicuntur etiam iuſuſæ, & ad abundatiorem doctrinam de uirtutibus, tum moralibus, tum theologicis dicemus. Heb. 6. Mat. 21.

Pro qua materia dilucidanda primum dico, quod ſeptem ſunt uirtutes, quibus uita humana regitur ſcilicet tres theologicæ, quas enumerauimus quæ ſunt fides, ſpes, charitas, reſpicientes Deum. Et quatuor Cardinales. ſcilicet Prudentia, Temperãtia. Fortitudo. & Iuſtitia, ordinantes hominem ad ſe ipſum, & ad proximum. Vnde meritò quæritur.

Quid eſt virtus loquendo in genere. Reſpondetur, aut loqueris ethimoligicè, aut definitiuè, ſi primò. Virtus dicitur, quaſi uir intus. ſcilicet in anima, & in potentiis animæ. Hæc autem uis, uel uirtus conſiſtit in tribus, in arduis, iu aduerſis, & in proſperis. Primò in arduis iuxta illud nats

Difficile eſt fateor, ſed tendit in ardua Virtus, hic dilatandus eſt ſermo.

Secundo, in aduerſis; quia uirtute preditum oportet patienter ipſa aduerſa ferre. Quia nemo ſanctorum ſine patientia coronatur.

Tertio, in proſperis, ut ille. Diſce fortunam bene ferre magnam, quia niſi ibi ſit moderatio animi, homo præcipitatur. Exemplum habemus de Dauide, qui poſt multas uictorias, commiſit adulterium furtum, & homicidium.

Quem poſtea ſeruus eius Natam reprehendit ipſum de hic tribus peccatis. ſcilicet de Berſabee furti, de adulterio cum ipſa committo, et de eius marito occiſo ſcilicet Oria Ob id.n. Dauid ſe penituit, et lacrimans con poſuit pſal. illum Miſerere mei deus. 2.Re.

Si uero ſecundo. ſcilicet deffinitiuè. Reſpondeo aut loquæris de uirtutibꝰ theologicis, uel de cardinalibus. Si de theologicis Aug. dicit eſt bona qualitas mentis, qua bene uiuitur, extra quám nullus bene operatur, & quam ſolus Deus in hoĩe operatur. Quæ definitio hẽnt quatuor ꝑticulas Augu.

Pri-

Prima dicitur bona qualitas, quia à Deo bono, & optimo datur, quia habitat in nobis, quia bonos homines facit, & quia nos ad æterna bona perducit.

Secunda dicitur Mentis, ad differẽtiam qũalitatum malorum corporis. Nec mirum ſi Paulus conquerebatur dicens. Video aliam legẽ in mẽbris meis, repugnantẽ legi mẽtis meæ. Rom. 7.

Tertia dicitur quę bene uiuitur. Quia habẽs uirtutem hanc theologicam, non poteſt non bene operari.

Quarta dicitur extra quam nullus bene operatur.

Quia opera facta ab hominibus ſine fide exiſtentibus, uel à non habentibus ſpem, & charitatẽ, ſunt mortua.

Quinta dicitur. Quam ſolus Deus in homine operatur, ad differentiam uirtutum moralium, quæ acquirũtur & non infunduntur, ſicut Theologicæ. & hæc eſt differentia inter eas.

Notandum de inde, quod in iſtis tribus uirtutibus Theologicis quatuor cauſæ reperiuntur. Quarum,

Prima eſt efficiens, quæ eſt Deus, qui infundit illas Secunda eſt cauſa formalis ſcilicet gratia Dei, quæ acquiritur in iſtis tribus.

Tertia eſt cauſa materialis, Quia hæ uirtutes reddunt hominẽ bonũ.

Quarta eſt finalis, quod eſt præmium. Aug. n. inquit; præmium uirtutum Theologicarum eſt Deus. Aug. ſi.

Si dicas quare dicuntur Theologicæ? Reſpondeo, ab ethimologia uocabuli. Nam theologia dicitur a theos quod eſt Deus, & logos, quod eſt ſermo, quaſi ſermo Dei.

Sed iſtæ tres uirtutes loquuntur de Deo, De fide ſcilicet de ſpe, de charitate, merito appellantur theologicæ, quaſi ſermo, de Deo.

Si autem loqueris de uirtutibus cardinalibus; Reſpondet, & definit ſic eas Aug. Virtus moralis ſiue cardinalis eſt habitus mentis bene inſtitutæ. Vñ hæc definitio hẽt duas particulas. Aug.

Prima dicitur habitus mentis, quia mens ſemper eſt promptior ad bene operandum potius quam corpus.

Vnde Chriſtus ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma,

Secunda dicitur bene inſtitutæ. Sed ad mentem benè inſtitutam tria requiruntur, primo quod intellectus (qui eſt tamquã arbiter, ſiue conſiliarius uoluntatis) benè & maturè ipſi uoluntati conſulat. Mar. 14.

Secundò, quod ipſa uoluntas (benè & mature conſulta ab intellectu) bene & promptè imperet, ut executioni mandetur.

Tertiò, quod ſenſualitas debito modo obtemperet hoc eſt, quod quilibet ſenſus ſobriè in ſua operatione operetur, neque præceptos ruat.

Quare dicũtur uirtutes morales? Reſpondeo, dicuntur a bonis moribus, qui oſtendunt uiam paradiſi, & non dant uitam æternam ſicut theologicæ.

Quare dicuntur cardinales? Reſpondeo à cardine, quia ſicut porta uertitur, & regitur a cardine, ſicut uita hominis uirtutibus iſtis quatuor regitur. Hactenus uidimus definitionẽ in genere, tum uirtutis theologicę, tum etiam uirtutis moralis, ſiue cardinalis. Modo uideamus in ſpecie de illis tribus uirtutibus theologicis, ſcilicet quid fides, quid ſpes, qd charitas ſit. Quibus uiſis, uidebimus in ſpecie, quid prudentia, quid temperantia, quid Fortitudo & quid Iuſtitia. De fide prout eſt uirtus infuſa:

Duo notanda ſunt.

Primum notãdum quod tria ſunt ſymbola fidei.

Primum, eſt Symbolum Apoſtolorũ, Credo in Deum patrem. Hoc eſt ad fidei inſtructionem.

Secundum, eſt Symbolum Concilii Niceni, Credo in unũ Deum &c. & hoc eſt ad fidei explanationem.

Tertium eſt Symbolum Athanaſii. Et hoc eſt ad fidei defenſionem, ſ. Quicunque uult ſaluus eſſe. &c.

Secun-

Secundum notandum, quę eſt differentia inter credere Deum, credere Deo, & credere in Deum.

Primò credere Deum, eſt credere
Pſal 13. Deum eſſe; & hoc contra inſipientes. Vnde propheta, dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus.

Secundo credere Deo, eſt credere verbis Dei: & hoc eſt contra negantes, & veteris, & noui teſtamenti ſcripturas.

Tertio credere in Deum, eſt credēdo in eum, ipſum amare, ipſum deſiderare, & in eo quieſcere per fruitionem.

Et hęc eſt illa vera fides, quæ eſt virtus, quæ dicitur infuſa a Deo, & quæ definitur ſic a Diuo Paulo.

Fides eſt ſubſtantia rerum ſperan-
Hebr. 11 darum, argumentum non apparentium.

Declarationem huius definitionis habes in primo ſermone Dominicę ſeptuageſimæ, & ſupra in Dominica palmarum Vide ibi, ne eadem ſæpius inutiliter repetantur.

De ſpe, pro vt eſt virtus infuſa.

Primo notādum, quod alia eſt ſpes ſuffragii, & alia eſt ſpes primæ auctoritatis.

Prima eſt illa quam habemus in virgine, & in ſanctis, in Diuo Franciſco, Dominico, Antonio, & cæteris ſanctis, qui intercedunt pro nobis.

Secunda eſt illa quam habemus in Deo optimo, vt ſaluos nos faciat. Et iſta eſt triplex.

Prima eſt ſpes veniæ, quam habuit Dauid, dicens In te domine ſperaui,
Pſal 30. non confundar in æternum.

Quaſi diceret: Impetrabo veniam abs te.

Secunda, eſt ſpes gratiæ, quam etiā
Pſal 31. habuit Dauid. dicens. Sperantem autem in domino miſericordia circundabit.

Tertia, dicitur ſpes gloriæ æternę,
Pſal. 16. quam etiam habuit Dauid dicens.

Qui ſaluos facis ſperantes in te, & iſta eſt illa ſpes infuſa a Deo, quæ ſic definitur a Diuo Bonaueutura in ſuo breuiloquio. Bonau.

Spes eſt audacia mentis de largitate Dei habendi vitam æternam per bonā merita. Quæ definitio habet quatuor particulas. Bon.

Prima dicitur audacia mētis. Quia ſi ſpes habendi bona huius mundi generat audaciam petendi quod deſideratur, a fortiori iſta infuſa quærens Deum generat audaciam petendi ab ipſo Deo optimo max. quod deſideratur.

Vnde exemplum eſt Audaciæ Centurionis, & Cananeæ.

Quæ Cananea licet pluries fuerit reiecta à Chriſto, tamen non ceſſauit audacter petere, ſperans obtinere, quod optabat. Mat. 15.

Secunda, de largitate Dei. Quia homo conſiderans liberalitatem Dei iuxta illud. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ergo reficiā vos, mouetur erga Deum, ſperans obtinere ſalutem. Mat. 11.

Tertia dicitur habendi vitam æternam. Hic tangit finem, quia (vt inquit philoſophus) omne agens agit propter finem, & iſte finis, eſt Deus noſter. Ariſt.

Quarta, dicitur per bona merita. Quia licet iſta ſpes ſit infuſa a Deo, tamen radicatur in bonis operibus, ſine quibus non datur beatitudo.

Vnde Paulus ſperādo obtinere gloriam, inquit. Ego bonum certamen certaui curſum conſumaui, fidem ſeruaui. &c. 2. Tim. 4

Sed hic notandum eſt, ꝙ alia eſt ſpes viſionis, alia ſciētiæ illorū, qui ſunt in purgatorio. alia eſt ſpes opinionis cum formidine.

Prima fuit ſpes, quam habuit Stephanus, qui vidit cœlos apertos, & Ieſum ſtantem a dextris virtutis Dei. Act. 6. 2. Tim. 4.

Similiter Paulus raptus ad cœlum vidit arcana dei, & dixit Scio cui credidi, & certus ſum, & Franciſcus ſimiliter,

ſiter,cui Crucifixus loquens dixit,vade Franciſ. repera domum meam, quæ labitur.

Secunda ſpes ſcientię eſt illorum, qui in purgatorio exiſtunt,qui ſciunt, peracta purgatione ſe euolaturos ad vitam ęternam, quam etiam ſperant.

Tertia,eſt uiatorum, qui ſperant ſalutem, tamen cum formidine. & hic quæritur quomodo viator poteſt ſe ſecurum reddere de ſalute ſua adhuc in hoc mundo exiſtens?

Reſpondeo, ex quo prædeſtinatio conſiſtit in duobus .s. in confidentia diuinæ bonitatis, & facere quicquid in ſe eſt. Ideo viator ſic faciendo, eſt ſecurus de ſalute coniecturaliter, & hoc probatur.

Primò ratione.Quia eſt propoſitio maxima Theologorum.Quòd facienti quod in ſe eſt, Deus tenetur tibi dare gratiam de congruo,non autem de condigno. Vnde ipſe Chriſtus.Vis uitam
Mat.19 ingredi; ſerua mandata .ſ. quantum potes.

Aug. Secundò Auctoritate. Vnde Aug. prædeſtinati ſunt omnes ad gloriam, ea conditione,ſi fidem,ſpem,charitatem habuerint, & mandata obſeruauerint.

Vnde dicendum, quòd quilibet Chriſtianus poteſt ſe prædeſtinare,benè viuendo,& ſanctè operãdo,& opera pia faciendo,& legem Dei obſeruã
1.Pet.2. do nec aliter,nec alio modo.Satagite, vt per bona opera certam faciatis vocationem veſtram.

Et ſi Deus reuelaret alicui illum eſſe prædeſtinatum, debet intelligi conditionaliter.Et hæc opinio vera confirmatur. Quia Deus dixit per os prophetæ. ſi impius egerit pœnitentiam
Ezec.18 ab omnibus peccatis ſuis,quæ operatus eſt,& cuſtodierit omnia pręcepta mea.&c.

De charitate pro vt eſt uirt⁹ infuſa.

Notandum, ꝙ charitas eſt amor, iſte autem amor diuiditur in amorẽ naturalem,vitioſum,& fructuoſum,ſiue gratuitum.

Primus tendit ad conſeruationem ſui ipſius. exemplum de infirmo, qui curat ſibi ſanitatem. vocãdo medium corporalem, priuſquam ſpiritualem.

Secundus, tendit ad ea, quæ ſunt delectabilia ſenſibus,vt guloſus,luxurioſus,ebrius,&c.

Tertius uerò, tendit ad Deum, & iſte amor eſt charitas infuſa a Deo, 1 ſen.
quæ ſic definitur a ſacris Theologis.

Charitas eſt dilectio, qua Deus diligitur propter ſe,& proximus propter Deũ,quæ eſt triplex.

Prima eſſentialis, quę eſt ipſemet Deus.

Deus charitas eſt, & qui &c. Ioan. 1.

Secunda actualis,eſt actualiter diligere proximum, uel ei oſtendere aliquod ſignum charitatis,Maiorem charitatem nemo habet, ut animam ſuã
ponat quis pro amicis ſuis, ſicut Chriſtus, qui pro nobis mortuus eſt. Ioan.15.

Tertia eſt habitualis; & eſt habitus exiſtens in voluntate inclinans,& mouens voluntatem ad diligendam Deũ, ſe ipſum, & proximum.

Dico Deum primò, quia bonum perfectiſsimum, ſecundò, quia ſimile .s.ad ſuam imaginem,tertiò,quia vtilei, quia Pau. Nec auris audiuit, nec
oculus vidit, nec in cor hominis aſcẽ 1.Cor.2.
derunt,quanta parauit Deus diligentibus ſe.

Vnde Aug. charitas habitualis eſt Aug.
virtus, qua Deum uidere & perfrui deſideramus.

Vnde interrogantibus legis peritis, quod eſt maius præceptum in lege?
Reſpondet Chriſtus, Diliges dominũ Mat.22.
Deum tuum,ex toto corde tuo, ex to Aug.
ta anima tua, & ex totis viribus tuis.

Quæ uerba exponens Aug.dicit habitualiter,non actualiter ſemper,propter extranea impedimenta corporis.

Si autem quæras quæ nam differentia ſit inter charitatem,& gratiam?

Reſpondeo breuiter,quia charitas facit Deũ carũ homini, & gratia facit homi-

hominem gratum Deo.

Hucuſq; vidimus de uirtutib⁹ theologicis in ſpecie, nunc uideamus de uirtutibus moralibus, ſiue cardinalibus.

De prudentia.

Ber. Quia Diuus Bernardus dicit, quod prudentia eſt auriga omnium aliarum virtutum moralium.

Ideo quęritur.

Primò. Quid eſt prudentia.

Secundò. Quæ ſunt partes prudentiæ.

Tertiò cui aſsimilatur prudentia.

Ariſt. 2. Eth. Ad Primum. Prudentia, eſt recta ratio rerum agibilium, ſecundum rationem.

Hic tria conſideranda ſunt.

Primum, dicitur recta ratio, quia non deuiat à via ueritatis, nec à regula æquitatis.

Secundum, dicitur agibilium, quia prudentia non eſt minus ſpeculatiua, quàm practica, & actiones noſtræ ſimiliter, uel ſunt ſpeculatiuæ, uel practicæ quaſi dicat, quod prudentia ſe extendit in omnes actiones noſtras, eas reſpiciendo quia ad hunc finem Deus dedit homini rationem, vt in omnibus poſsit, & debeat ea uti ad differentiam animalium irrationalium.

Tertium, dicitur ſecundum rationem, primò, quia non mouetur ſine ratione, ſecundò, quia prudentia docet homines rationabiliter cogitare, loqui & operari.

Ad ſecundum dico ſecundum Tullium, quod prudentia habet tres partes eſſentiales, quarum prima dicitur intelligentia, & eſt uirtus per quam quis cognoſcit præſentia.

Secunda eſt prouidentia, & eſt uirtus, per quam quis cognoſcit futura, antequam ſint.

Tertia dicitur memoria, & eſt uirtus, per quam quis recolit præterita.

Nec mirum ſi iſta uirtus pingitur cum tribus faciebus, quia reſpicit pręſentia, præteria, & futura.

Secundum uero Theologos triplex eſt prudentia.

Prima cordis, hoc eſt cogitare præſentia, præterita, futura.

Secunda eſt oris .i. moderatio linguæ. Dauid. Pone cuſtodiam ori meo. Pſ. 140.

Tertia eſt operis .i. bene operari. Dauid. Declina a malo, & fac bonum. Pſal. 30.

Ad tertium dico, quod ſicut Philoſophia moralis habet tres partes. Et hic am. Oeconomicam, & Politicam.

Sic prudentia, prima ad mores pertinet, ſecunda ordinat domum, tertia pertinet ad Rempublicam regēdam, & conſeruandam.

Hęc eſt illa virtus, quam Ieſus Chriſtus commemorat diſcipulis di. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. Et hoc propter tres proprietates. Mat. 10

Primo ſerpens eſt uigilans, & quem admodum uidet a longe.

Sic prudens proſpicit ſalutem.

Secundo, Quod ſicut ſerpēs in prælio ſemper defendit caput ſuum.

Sic ueri Apoſtoli Chriſti, & ueri Chriſtiani defendere debent Chriſti fidem.

Tertio. Quia ſicut mutat ſpolium, ſic ueri diſcipuli Chriſti commutare debēt de bono in melius uitā ſuā &c.

De Temperantia.

Circa temperantiam tria ſunt uidenda.

Primum. Quomodo definiatur.

Secundum. Quę ſint partes eſſentiales ipſius.

Tertium Qualis ſit eius dignitas.

Ad primum. Macrobius eam ſic definit, Temperantia eſt nihil appetere pœnitendum, in nullo leges excedere & ſub iugo rationis cupiditatem domare. Et hic declarādum eſt, uel ſunt leges naturales, uel diuinæ, uel ciuiles. &c. Macrob.

Ad ſecundum. Reſpondeo quod ſunt tres.

prima eſt continentia, que eſt uirtus, per quam quis continet ſe a cibo, potu, & uenere, & cæteris uoluptatib⁹

Secun-

Secunda eſt abſtinentia, quæ eſt virtus, per quam quis abſtinet ſe a malis cogitationibus, locutionibus, & operationibus.

Tertia eſt modeſtia, quæ eſt virtus, per quam vnuſquiſq; famam & honorem ſibi carum conſeruat in omnibus. Vnde Pau. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. *Phil. 4.*

Ad tertium. Reſpondeo, quòd eſt medium & mediocritas illa aurea eſt, iuxta illud, Medium tenuere beati. Vnde eſt exemplum.

Nam primò Deus, quando creauit hominem, ſeruauit, medium partim .n. creauit ſpirituale, & parti carnalē.

Secundò fecit Euam, non de capite, nec de pede Adę, ſed de medio. ſ. de coſta Adæ, non de capite; ne ipſa ſuperbiret, non de pede; ne eam tanquam vilem haberet.

Tertiò, Chrus ſeruauit mediū in natiuitate, qa i medio orbis voluit naſci.

Quartò, ſeruauit medium in ſua natiuitate, nam in medio duorum animalium, bouis & aſini ortus eſt.

Quinto, ſeruauit medium in templo, nam in medio Doctorum diſputauit confundens ſynagogas.

Sextò, ſeruauit etiam medium, in medio diſcipulorum in cęna recumbens, vbi manifeſtauit ſuam paſsionē.

Septimò, In medio latronum in cruce mortuus ſeruauit medium.

Octauo, ſeruauit rurſus medium in medio diſcipulorum, cum eis apparuit dicens, pax vobis.

Nonò, ſeruauit medium in medio eorum, quando viderunt eum aſcendentem in cęlum.

Decimò, ſeruauit quoq; medium, quando miſit ſpiritum ſanctum ſuper diſcipulos congregatos.

Hęc eſt illa virtus Temperantiæ, de qua Pau. Thim. 2. Sobriè, iuſtè, piè viuamus.

Primò, quò ad nos omnes, ſecundò quò ad proximum, tertiò, quò ad Deum viuere debemus.

Hic reprehendendi ſunt qui voluptatibus vacant libidinibus, gulę, iactantiæ, & huiuſmodi.

De fortitudine.

Circa hanc uirtutem duo videnda. Primum, Quid eſt fortitudo.

Secūdū, q̄ ſunt partes ei⁹ pricipales.

Ad primum Reſpondeo, quòd fortitudo eſt virtus, quæ reprimit timores, & moderatur audaciam.

Quia ſunt aliqui, qui naturaliter adeo ſunt timidi, ut timeant foliorum arboris motum.

Sunt uero aliqui, e contrario, qui ſunt adeo audaces, vt neque mūdum, neq; Deum timeant, ſed iſti non ſunt fortes. ad virum enim fortem pertinet timere timenda, & audere audēda.

Ad 2m iuxta Tullium, dico ꝙ quatuor ſūt partes eſſentiales fortitudinis.

Prima eſt Magnificentia, quæ uirtus cogitat alta, & non vilia.

Secunda eſt Fiducia, quæ virtus collocat fidem in corde, quia etiam hoſti fidem ſeruare quiſq; debet.

Tertia eſt Patientia, quæ eſt uirtus, qua mala æquo animo toleramus ſine perturbatione, uel ſint intrinſeca, uel extrinſeca.

Quarta eſt Perſeuerantia, quæ uirtus eſt ſtabilitas in rebus cum ratione benè conſideratis. Ideo Chriſtus ait, Non qui inceperit, ſed qui perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluus erit.

Hęc eſt illa uirtus, quam Chriſtus prędicauit diſcipulis ſuis dicēs Math. 10. Eſtote fortes in bello huius mundi, contra diabolum, contra mūdum, & contra carnem.

Vnde Chriſtus ſaluator nos admonet dicēs, nolite diligere mundū, neq; ea, quæ ſunt in mūdo, quia omne, q̄d eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut oculorū, aut ſuperbia uitæ.

De Iuſtitia.

Circa hanc uirtutē tria uidebim⁹. Primum, Quid eſt iuſtitia?

Secūdū, Quomodo diuidat̄ iuſtitia?

Tertiū, q̄ ſint eius partes eſsētiales?

ſeruant leges, & quærunt deſtruere decreta. &c.

Sexta eſt veritas, quæ a quocunq; dicatnr a ſpiritu Sancto eſt. Exemplũ de Caipha, qui prophetauit benè, licet malus & iniquus eſſet, contra mẽdaces, & non credentes Deo, nec èius ſcriptnræ. Diſcurre. &c.

Mos eſt prædicatorum verbi Dei poſtquam in prędicando, omnibus diebus quadragenarij ieiuuij operam fidelem conſumpſerint, in fine auditoribus aliquid boni exempli ſiue muimoſimon relinquere. Propterea volui in vltimo meo ſermone de virtutibus tractare, vt poſsint populis concionatores aliquid derelinquere, quò eorum non obliuiſcantur.

Quare eis relinquant, tres virtutes Theologicas, fidem, vt fide credant Deo, in Deum, & Deum, ſpem, vt ſperent bonis operibus vacando, ſe habituros ſalutem æternam; charitatem qua ſciant ſe fore Deo caros. Deinde virtutes morales. ſ. prudentiam, quia Deus dedit nobis potentias animæ, vt prudenter eis vtamur. Temperantiam vt ſobrie viuamus & frenemus libidines immoderatas, & cęteras voluptates. Fortitudinem, vt in fide fortes ſimus & timeamus timenda, & audeamus audenda &c. Iuſtitiam ut ius vni cuiq; tribuamus, & leges tum diuinas, tum hũmanas obſeruemus.

Quo quidem munere maius nihil popolis donare concionatores poſſunt.

Qui cum Petro dicere poſſunt argentum & aurum non eſt nobis, quod autem habemus hoc vobis damus. Quæ ſi corde retinueritis vitam æternam conſequemini. Ad quam vos per ducat Deus omnipotens. Qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

ADDITIO CONTRA ILLOS, qui dicunt malos Sacerdotes non poſſe adminiſtrare Sanctisſima ſacramenta.

Contra illos inimicos Sanctę eccleſiæ, qui dicunt Sacerdotes in peccato mortali exiſtentes, non poſſe ſacramenta efficaciter adminiſtrare, eorumq́ celebrationem vanam eſſe & quaſi in ferre volunt, omnem valorem Sacramentorum, miſſarum, orationum, Sacrificiorum in Sacerdotis bonitate conſiſtere. Quod eſt falſum & vanum.

Sed priuſquam hoc oſtendamus, operæ pretium eſt ſcire, quod aliud eſt auctoritas, & poteſtas; & aliud eſt ſanctitas, & bonitas, etenim, ſi vnum, & idem eſſet, omnes viri probi; & Sancti ſacerdotes eſſent; & auctoritatem, & poteſtatem haberent. Quod minimè verum eſt. Nam auctoritas, & poteſtas eſt neceſſaria, quoniam ſine ipſa, nemo poteſt eſſe Sacramentorum miniſter. Bonitas quoq; eſt neceſſaria; ſed non, quòd in illa valor conſiſtat. Sed ne ſacerdos, cum malæ vitæ ſit, & actualiter in malitia, ſibi mortem ęternam cauſetur, Quemadmodum Caiphas verum praphetauit, ſed cum eſſet incredulas, ſemetipſum damnauit.

Iacto hoc ſundamento. Sic probo quòd malitia ſacerdotis non impediat, ne ſacramenta offitio ſuo ſungantur, cum ſacerdos poteſtatem, & auctoritatem habeat.

Ab eo qui confirmat, ita quæro. cum nos imus ad ſummēda Sacramenta, ut gratiam Dei accipiamus; aut eam recipiendi certi eſſe debemus; uel non? Non oportet ut dicamus, quòd certi non ſimus, quoniam fides non eſſet in nobis Igitur certi ſumus. Hanc certitudinem à bonitate, & bona uita Sacerdotis habemus, uel non, minimè à bona uita Sacerdotis, quando quidem nemo noſtrum poteſt cognoſcere, quis ſit bonus, cum etiã bona uita ſimulari poſſit quemadmodũ faciunt hypocritæ, ergo non habemus ſcilicet certitudinem à uerbo, & promiſſione Dei, & Chriſti eius
Ioan.20 *filii. Qui dixit. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.*

Idcirco *operæpretium eſt dicere; quod uirtus, & efficacia in uerbo Dei conſiſtat, & in poteſtate ab ipſo Sacerdotibus tradita, & minimè in bonitate ſacerdotis.*

Quare malus ſacerdos etiam per Sacramenta illud tantum facit, quòd bonus facit, nam tam bonus, quàm malus auctoritatem habet, cum legitimè a prelatis eccleſiæ catholicæ & apoſtolicæ Romanæ conſecratur.

Sed mihi dices, gratiam non poſſe cum peccato eſſe, ſicut nec etiam lux eſt cum tenebris Auctoritas eſt gratia à Deo data; quomodo igitur hæc auctoritas unà cum Sacerdote uitæ malæ eſſe poterit?

Vt hanc uanam rationem ſoluamus oportet ſcire; quod gratiarum Dei duo ſunt genera Altera eſt gratia, ſcilicet uniuerſalis, & iuſtificans, ut eſt fides, ſpes, charitas, quæ gratiæ uniuerſales nuncupantur, propterea quod bonitas Dei omnibus eas gratias tradit, qui eas accipere uolunt. Et ideò uocantur iuſtificantes, quoniam faciunt hominem iuſtum & gratum Deo.

Rom. 3. *De hac gratia diuus Paulus loquutus eſt dicens. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Et hæc gratia non poteſt eſſe cum peccato.*

Altera eſt gratia quæ uocatur particularis & gratis data à Deo, quæ non iuſtificat, & hæc eſt, ut eſſe regem, pontificem maximum, Cardinalem, prophetam, Sapientem, Sacerdotem, & habere auctoritatem miniſtrandi Sacramenta. Iſtæ uocantur gratię particulares, quoniam Deus huic, & illi particulariter tribuit, propter utilitatem ſuę eccleſię; & has nobis ſine operibus precedentibus largitur.

Ideo illæ gratiæ largitę & donatæ dicuntur, & iſtæ homines non faciunt iuſtum & peccatoribus conferuntur. quemadmodum Saulo regnum, iudæ apoſtolatus, Balaam prophetia, & malorum Sacerdotum auctoritas, & poteſtas, celebratio, miniſtratio Sacramentorũ, benedictio, & facere alias res in eccleſia Dei, & hæc gratia cũ peccato mortali eſſe põt.

Cum

Cum uerò gratiam non ſtare cum peccato aiunt; uerum eſt, loquendo de gratia iuſtificante. Cum dicunt auctoritatem eſſe gratiam uerum eſt, ſed particulárem. Et hac cum peccato eſt, ſic etiam in bonis, & malis eſt auctoritas, & poteſtas.

Contra illos dicentes, quod Sacramenta eccleſiæ à malis Sacerdotibus adminiſtrata, gratiam, & ſalutem noſtram impediant.

Mar. 19 *Aut credis Ieſum Chriſtum filium Dei eſſe, aut non. ſi non credis es damnatus, quoniam Chriſtus Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit; qui uerò non crediderit condemnabitur.*

Si credis Chriſtum filium Dei eſſe, debes credere, quod quicquid ipſe Chriſtus dixit, ſit uerum Quoniã Deus eſt ſumma ueritas. Sed quoniam Chriſtus benedictus ſeptem Sacramẽta eccleſiæ abſoluta, & non conditionata inſtituit, ut ab eius miniſtris eccleſiæ adminiſtrata, ea ſint, quæ gratiam, & ſalutem largiantur. Igitur credere debes, quod hæc ſancta Sacramenta recipiendo (purgata tamen prius à peccatis conſcientia) in Gratia Dei manes.

Si uero mihi dicas, quod credis, miniſtrum, ſiue ſacerdotem bonum, & non ſacerdotem in peccato exiſtentem, ſupradicta ſacramenta poſſe adminiſtrare. His rationibus ſubſcriptis tibi probo, fundatis in Chriſti uerbis,
Aug. *diui Pauli, & ſancti Auguſtini, multiſq; exemplis, quod falleris, & deciperis.*

Prima ratio. Dixit aliquando Dominus noſter Mathei 23 Omnia ergo quęcunque dixerint uobis ſeruate, & facite; ſecundum uerò opera eorum nolite facere. Cum.n prævideret dominus noſter, multos ſacerdotes malos futuros, inquit, ſi mei miniſtri praui, & in honeſta uita fuerint, nolite eos imitari in illa. Cum nihilominus legem meam uos docuerint, eam amplectimini, & obſeruate. Argumentum certum, quòd malitia ſacerdotum, & eorum uita mala Dei legem maculare non poteſt, Itaque quamuis miniſtri mali ſanctiſsima ſacramenta adminiſtrent, non hac de cauſa eorum malitia, eorumque peccata gratiam Dei impedire poſſunt. Mat. 23.

Aug. *Idcirco (inquit pater Auguſtinus) Iudas baptizabat, ſicut cæteri Apoſtoli baptizabant; ſacramentumque baptiſmi à Iuda adminiſtratũ, gratiam conferebat. Si igitur malitia, & peccatum impedire poſſet, non contuliſſet gratiam. Sed quoniam contulit Ideo operæpretium eſt dicere, quòd malitia, & mala uita ſacerdotis, qui ſacramenta adminiſtrat, gratiam dei non impedit.*

Secunda Ratio. In ſacramentis ſacerdos eſt ſolummodo miniſter, & inſtrumentum; & Chriſtus Deus eſt ille, qui baptizat, qui abſoluit, & nobis gratiam confert, & quemadmodum uiridarii cuſtos dando aquam uiridario arido illi proſit, uel det uaſe aureo, aut terreo, ſic Chriſtus Deus baptizando, abſoluendo, & nobis gratiam in ſacramentis conferendo tantam nobis dat mediante bono miniſtro, quantam malo, gratiam.

Ideoq;

Ideoque malitia, ſine peccatum miniſtri, nos impedire minimè poteſt, ut ſanctiſſima ſacramenta non ſint ſalus noſtra.

*Tertia ratio. Diuus Paulus (ut legitur in actibus apoſtolorum) cũ
uideret, quòd ſanctos Petrus poſt euacuatam circumciſionem, & legem
Rom. 3. Moſaicam, & introductam euangelium permittebat aliquibus Iudæis,
qui cum illo erant, Moiſi legem obſeruare reprehendit eum dicendo,
quòd non benè faciebat; & ob id non eſt dicendum, quòd diuus Petrus
abſoluere, uel baptizare, uel benedicere, uel maledicere non poſſet.*

Igitur peccata miniſtrorum, licèt enormia, Dei gratiam non impediunt; dummodo ille, qui ſacramentum accipit, peccatum mortale non habeat

Quarta ratio Diuus Paulus ad Romanos Cap. 3 inquit. Si quis diceret, multos hæbræos non cedidiſſe Deo. Igitur Deus in ſuis promiſſionibus in lege factis, illis deerit? Ab ſit (diceret Diuus Paulus,) nam non credere nonnullorum non facit quod Deus ſuis promisſionibus non attendit Sic etiam nos dicemus. Deus promisſit dare nobis gratiam ſuam per ſacramenta à ſuis miniſtris adminiſtrata Dicet aliquis ſi miniſtri, & ſacerdotes mali erũt, nobis gratiam ſuam non dabit? Nõ dicam ego Igitur mala uita Sacerdotis faciet, quòd Deus ſuis promisſionibus deſit? Non ſic inquit Paulus. Et hoc, quoniã Deus eſt uerax, & filius eius Chriſtus qui inquit loquendo de Euchariſtia Hoc eſt corpus meum Hic eſt ſanguis meus: locutus eſt abſolutè, & non dixit. Si meus miniſter erit bonus gratiam dabo, & ſi erit malus eam non dabo ei, cui ille adminiſtrabit huiuſmodi Sacramenta.

Verum eſt, quod dominus Deus, tantò magis gratum, & acceptum habet ſacrificium altaris quanto magis ipſe miniſter ſic ſine peccato.

Quoniam dicunt Theologi, quòd in ſancto Sacramenno eſt corpus Chriſti benedicti, ut actor qui omni defectui ipſius miniſtri, aut ſacerdotis ſupplet, etiam ſi ipſe miniſter, aut ſacerdos in peccato exiſtat, quando uult ſacrificare.

F I N I S.

